LEXICON PERIPATETICUM

PHILOSOPHICO - THEOLOGICUM

IN QUO SCHOLASTICORUM

DISTINCTIONES ET EFFATA PRAECIPUA

EXPLICANTUR

AUCTORE

NUNTIO SIGNORIELLO

METROPOLITANAE ECCLESIAE NEAPOLITANAE CANONICO
IN ARCHIEPISCOPALI LYCEO LOGICAE ET METAPHYSICAE
PROFESSORE EMERITO

EDITIO QUINTA

ACCURATE RECOGNITA ET EMENDATA

Formam habe sanorum verborum (I Tim. I. 13).

Nobis ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus, quae hinc significantur, impiam gignat opinionem. (S. Aug. De Civ. Dei, I, X, c. 23).

ROMAE
FRIDERICUS PUSTET
PONTIFICALIS BIBLIOPOLA
MCMXXXI

IMPRIMATUR

-i- Joseph Pauca. Archiep. Philippen. *Vicesgerens.*

EüiTonis lus phophiefatis

IN LEGUM FUTELA EST.

Romae Iypographia Augustiniana.

Opus istud quod in lucem quinio venit nullis indiget verbis ut philosophiae cultoribus magnis extollalur laudibus. Mullis abhinc annis magnopere illis in veris exponendis, tum in erroribus prollligandis eo usi sunt.

Hisce temporibus nihil auctoritatis amisit, nihil praestantiae qua semper apud philosophos polluit.

Scholasticorum philosophia enim quae empirismum cum ratione armonice concordat adhuc viget, adhuc primas obtinet partes, quippe quae Rationalistarum somnia semper quam efficacissime adversatur innumerasque eorum fictiones omnino evertit.

Scimus quidem novos haereticos novas eorumdem errorum formas inducere, ideoque, ad eos confutandos nos interdum ad nova semita cogi. Nihilominus rationis humanae iura nunquam dilabantur. Illud scholasticorum: *Omnis cognitio humana a sensu initium ducit, sed sensus non est totalis causa cognitionis.* scholasticos vel a sensistis, vel ab ontologis vel ab idealistis. vel a modernistis, praecipueque pragmatistis omnino seiungit superque eos denique victores extollit.

Numquid est homo sensus tantum? Numquid solus intellectus aut sola voluntas?

Ad ipsam fidem assequendam, illustrandam et defendendam, cum actus voluntatis tum mentis operatio concurrant oportet.

Ideo Paulus gentes, revelatione destitutas reprehendit, quod rationis lumine usae non sint ad Deum cognoscendum et glorificandum, dicens: « *Invisibilia enim Ipsius a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur;* sempiterna quoque Eius virtus et divinitas [1] ». Et D. Thomas: « *Omnem voluntatis motum* — inquit — *necesse est quod praecedat apprehensio* [2] ».

Ergo qui nulla ante concepta opinione fidei student, illi bona voluntate assentiantur et ratione utantur: « *In fide assensus et cogitatio sunt quasi ex aequo* [3] ».

Qui mirus concentus omnium hominis potentiarum in captanda veritate, documentum praecipuum philosophiae scholasticae, continenter et efficacissime in hoc libro resonat, sive cum Auctor philosophica argumenta tractat, sive — et. si possibile esset, accuratius atque suavius — cum theologicas disciplinas attingit.

Quare cum philosophiae tum theologiae cultores, praecipueque tirones, plurimi huius operis documenta semper fecerunt et qui dociles ea sequuntur, tuti et securi. quasi moeniis et fovea muniti, pro aris pugnant et veritate cui student potiuntur; hic liber enim manu quasi comitatur veram fidem assequi cupientes.

Faxit Deus ut lucem quam concupiscunt ad Dei gloriam et sui multorumque salutem inveniant.

Neapoli, pridie solemnitalis S. Januarii, MC.MXXX.

Doct. Franciscus Donato.
Antistes Urbanas.

[1] Ad Rom. I. 20.
[2] *Summa th.* I, q. LXXXII, a. 4 ad 3.
[3] D. Thomas. *De veritate,* q. XTV, art. 1.

AI)

CLERI NEAPOLITANI ADOLESCENTES

PROLOGUS AUCTORIS

AI) TERTIAM EDITIONEM ANNI MDCCCLXXXI.

Si tempus est ullum, quod bonorum animos, ut philosophiae studium ad veteres Christianae sapientiae normas exigatur, vehementius possit intendere, hoe certe est, luvencs ornatissimi. Ex quo enim pessimo publico per omnes propcmodum humanae scientiae ramos Rationaliemus Germanicus pervasit, non modo multae cum in philosophiae, tum in ceteris scientiis Catholicae veritati adversae doctrinae obtinuerunt, sed et ipsa Christiana Theologia ad scientiam mere rationalem redacta fuit. Quod autem magis dolcndum nobis videtur, illud profecto est, e Catholicis non paucos, vana spe ductos revocandi ad verae Fidei lumen Rationalistas Protestantes, eo sua studia contulisse, ut ultima Transcendentalis philosophiae Germanicae placita cum Catholicae Ecclesiae dogmatibus componere adniterentur; ex quo factum est, ut, qui sine antiquitatis praesidio et quodam voluti instrumento Christianismum vel tradere, vel prosequi sunt ausi, hi umbram illius, atque vanam imaginem, quae stalim evanuit, sint consectati. Palam id quidem fecerunt Hermesius, Guntherus, quique eorum vestigia sunt secuti: in quorum operibus rationalisions

ille, qui a Pio Papa IX iam in *Syllabo* [4] et nuperrime in Concilio Vaticano [2] damnatus fuit, undique dominatur. Jam, Scolasticae doctrinae contemptum praecipue in causa fuisse, cur huiusmodi Catholici in perniciosissimum hunc errorem adducti fuerint, idem Summus Pontifex nobis iis declaravit verbis: « Neque ignorabamus in Germania etiam falsam invaluisse opinionem adversus veterum scholam, et adversus doctrinam summorum illorum doctorum, quos propter admirabilem eorum sapientiam, et vitae sanctitatem, universalis veneratur Ecclesia [3] ». Quocirca inter praecipuos nostrae aetatis errores illum etiam recensuit: « Methodus et principia, quibus antiqui doctores Scholastici Theologiam excoluerunt, temporum nostrorum necessitatibus, scientiarumque progressui minime congruunt [1] ».

Hinc Emincntissimus Xystus Riarius Sfortia, desideratissimus Archiepiscopus noster, nostrorum temporum rationem apprime callens, ex quo huius ilorentissirnae Ecclesiae gubernaculo manum admovit, nihil habuit antiquius, quam ut adolescentis Cleri tum in philosophicis, tum in Theologicis disciplinis institutio ad sanctorum Patrum et Scolasticormn doctrinam exigeretur, praesertim vero divi Thomae, qui priscorum institutorum investigationes in systema redegit, miraque perspicuitate exposuit. Id mirum, quantum, Deo favente, profuit ad germanam et solidam scientiae rationem. Nisi enim nostrarum rerum nos fallit amor, in hoc generali Catholicorum reditu ad veterum studia, Cie rus noster nulli se praebuit secundum. Quod quidem et libri ad usum Lycei conscripti, et publicae disputationes iam partem nomine *distinctionum* significavi, eo quidem consi-

1 § π.

2 Sess. III. *Constit. dogmar. De Fide CaihoL,* c. IV, *De Fide et ratione.*

3 Lin. *Apost. Archiepiscopo Monacensi et Frisingensi.*

4 *Syllab.*, § II. η. XIII.

fecerunt testatissimum universis. Stimulos etiam hac in parte Clero nostro adiecit clarissimus Gulielmus Sanfelice, qui nuuc Neapolitanam Sedem illustrat, quique totus in eo est, ut quae Scholastici doctores tradiderunt, maximo in honore habeantur.

Cum tamen plerisque vestrum, optimi luvenes, difficilis aliquando Scholasticorum intelligenlia evaderet, oh illud iarndiu obsoletum loquendi genus, saepe in votis vobis esse significastis, ut aliquod in promptu esset lexicon, quod ad illorum doctrinas expeditiorem vobis aditum patèfaceret. Non desunt quidem huius generis libelli; siquidem, praeter *Axiomata philosophica,* quae venerabili Bedae adseribuntur, et *Distinctiones et axiomata philosophica a Georgia Reeb S. I. proposita* (quae a cl. loanne Maria Cornoldi, eiusdem Societatis, recognita et aucta fuerunt), aliosque vetustioris aetatis, duo, unus Tornari, alter Bononiae iamdudum editi sunt 5. Sed vel admodum parvae molis ii sunt, ob idque non paucis scitu necessariis carent, vel etiam non semper accurate Scholasticorum doctrinas declarant. Quapropter, cum non penitus ex usu illi vestro crederentur, ego, ut praesenti Christianae philosophiae instaurationi meum quoque obolum conferrem, abundantius, fidcliusque *Lexicon philosophiae peripateticae,* iam anno MDCCCLIV, publicae luci commisi. Bifariam illud distribui, ita ut altera pars vocabula, quae penes Scholasticos adhiberi solent, altera vero *effata* quae vel eorum theorias paucis coniplectuntur, vel tamquam semina, seu principia demostrationum habentur, explananda suscepi. Priorem lio, ut non tantum terminorum perspicuam traderem no-

5 Mitte *Lexicon Bonavenlurianuni* duorum illustrium virorum Ordinis Minorum Reformatorum Provinciae Venetae, anno mdcccl xxx Venetiis editum; quod licet absolutam convenientiam doctrinae sanctorum Bonnventurae et Thomae Aquinatis iterum commonstret, tamen Scraphici Doctoris scripta proprius ac directe attingit

tionem, verurn etiam vel multiplicem eorum significationem, vel diversam, qua illi sibi invicem comparantur, rationem aperirem.

Quoniam illius, quale demum cumque fuerit opusculi iam aliquot abhinc annis nullum superfuerat exemplar, ubi mihi licuit, manum operi admovi, ut illud iterum vulgarem, in eoque conficiendo vestrae utilitati magis prospicere sategi, adeo ut hoc *Lexicon,* quod anno MDCCCLXXII vobis sistebatur, a priori eius editione valde immutatum existeret. Etenim tum materiam magis emendatam mole duplicavi; tum congruentem Patrum sive loquendi rationem, sive doctrinam appositis adnotationibus identidem protuli; ttun denique quomodo ex terminorum distinctione, effatorumque recta interpretatione sofismatum solutio, verorumque dogmatum probatio derivari possit, subinde significavi. Et quoniam non pauca, quae Theologicis disciplinis rite percipiendis viam muniunt, hoc *lexicon peripateticum* complectitur, *philosophico-theologicum* ipsum inscripsi.

Tertiam hanc *Lexici Peripatetici* editionem prodo, et quo emendatior atque locupletior evaderet, cum cura adlaboravi. Nemini autem negotium facessat, si ab eisdem Peripateticis proposita quandoque exempla occurrant, quae hodie scientiarum physicarum incremento haud satis quadrant; ea enim afferendi consilium mihi fuit ut illorum theorias fideli explanatione enunciarem; praesertim vero cum ex iis nihil quicquam detrimenti capiat doctrinae veritas.

Illud denique pro certo habeatis me non alia de causa hunc laborem suscepisse, quam ut vestris commodis, quantum per me fieri possit, consulerem. An istum mihi propositum scopum attigerim, aliis indicandum relinquo. Vivite, optimi Adolescentes, huiusque Ecclesiae bono valete quam diutissime.

Neapoli, festo die sancti Antonii Patavini MDCCCLXXX1.

Distinctiones.

1. Ab extrinseco - Ab intrinseco. Γ: *Ab extrinseco* motus [1] esse dicitur in eo, quod « non cooperatur ad motum, nisi recipiendo impressione agentis tantum ». E. g., *generari* est moveri ab *extrinseco;* siquidem per generationem « aliquid acquirit primam perfectionem sui esse, quae est etiam primum principium activum in ipso [2] »; ac proinde, cum generatur, non potest moveri per aliquod principium activum, quod iani sit ipsi intimum. Item motus *ab extrinseco* est in eo, quod « acquirit etiam perfectionem superadditam, qua limites suae formae excedit, *seu quae ex principiis suae naturae non profluit,* sicut cum paries depingitur, vel aer illuminatur [3] ». *Ab intrinseco* motus esse dicitur in eo, quod per quamdam iam in ipso existentem perfectionem, tamquam per principium activum sibi proprium, illum « operatur; sicut patet in motu naturali locali, et in sanatione, quae fit virtute naturae tantum [4] ». Ita etiam omnes operationes animae dicuntur motus *ab intrinseco* 5. Quod si perfectio, quae iam in re existit voluti prin-

1 Advertito nomen *motus* latiori sensu inlelligenduin hic eeee. Vid. vocem *Motus* (lilt. *M:* dist. 16 ss.).

2 S. Thom., *In lib. IV Sent.*. Dist. XXII. q. II. a. 1.

1 Ibid.

4 Ibid.

Λ I, q. LXXVII, a. 1 c.

cipium alicuius motus, « non sufficit ad operandum effectum, sed cooperatur agenti exteriori »: tunc motus esse dicitur parlim *ab intrinseco,* partim *ab extrinseco,* « sicut patet cum ars naturam adiuvat [1] ». - 2°: *Ab extrinseco* veritas alicuius rei cognoscitur, cum ex principiis extra naturam rei sumtis constat, puta cx aliorum auctoritate. *Ab intrinseco,* cum argumentis cx ipsa natura rei petitis evincitur; e. g. immortalitas animae humanae cx eo, quod est substantia immateriali. - 3°: *Ab extrinseco* pro *extrinsece.* atque *ab intrinseco* pro *intrinsece* quandoque accipiuntur 7.

2. Absolute - Accommodative. *Absolute,* vel *secundum distributionem absolutam* loti speciei illud attributum convenire dicitur, quod singulis individuis aeque convenit, puta omnes homines libertate pollent. - *Accommodative,* vel *secundum distributionem accommodam* illud, quod aut non omnibus omnino individuis, aut omnibus, sed non eadem ratione convenit; e. g., omnes homines sunt mendaces; omnes mala patiuntur. Ita etiam s. Thomas, explicans illa verba *Ps., Omnia subiecisti sub pedibus Eius.* inquit: « Illud *omnia* non est distributio accommoda ad aliqua genera, sed absolute ad omnia, quia omnia generaliter Ei *(Christo)* cl universaliter suhiecta sunt [8]9». Explicans autem quomodo Christus *pro omnibus* mortuus sit. subdit: «Pro omnibus dupliciter potest inlelligi; vel ut sit distributio accommoda, scilicet pro omnibus praedestinatis. vel absolute pro omnibus quantum ad sufficientiam, sufficiens enim quantum ad se omnibus est, I *Tini.,* c. 4: *Qui est Salvator omnium, maxime fidelium.* Chrysosl. : *Pro omnibus hominibus aeneraliter mortuus est. quia omnibus pretium sufficit. Et si omnes non credunt. Ipse tamen quod suum est implevit* [9] *».*

In lib. IV Seni., loc. cil.
Vid. has voces (liti. *E:* diet. 10).
[8] In *Cap. // Ad llcb.,* lecl. II.
[9] *Ibid.,* led. HI. Vid. diam I, q. XIX, a. 6 ad 1. Exemplum *dislribuliotiis accommodae* affert s. Augustinus, ubi scribit· «Tamquam si dicamus verbi gratia... unus est hic litterarum magister, qui omnes docet: neque ibi inlelligi possunt omnes, nisi qui discunt v. *De peccatorum meritis et remissione,* lib. 1 r. 28. n. 56.

3. Absolute - Comparative. *Absolute* ecu *simpliciter* de subiecto illud praedicatur, quod ipsi convenit non quatenus comparatur cum aliis, sed quatenus in seipso spectatur. - *Comparative,* id quod eidem subiecto convenit, prout cum aliis confertur. E. g., ignis noster *absolute* urere dicitur; *comparative* autem, nempe prout comparatur cum igne inferni, instar picti ignis urere censetur. Hac distinctione explicat s. Thomas, quomodo creaturae aliquid sint, et nihil sint: siquidem *absolute* seu *simpliciter* non sunt nihil; sed *comparative,* nempe prout comparantur Deo. sunt nihil [10].

4. Absolute - Connotative. *Absolute* inter se differunt illae voces, quae res diversas significant. - *Connotative* autem voces, quae eandem reni significant, ita tamen ut altera quamdam relationem involvat, quae in altera non exprimitur; cuiusmodi sunt *Deus* et *Creator.* Huc spectat distinctio inter terminum *absolutum* et *connotativum;* ille tantummodo rem, e. g., *Deus, homo;* iste autem rem una cum relatione ad aliud exhibet, e. g., *Creator,* praeter actionem Divinam, quae est ipsa Essentia Divina, quam praecipue significat, relationem huius actionis ad creaturas indicat. Exinde s. Bonaventura fallaciam huius argumenti, *Creatio est actio Divina, seu Deus; atqui Deus est aeternus; ergo creatio est aeterna,* ostendit: nam « aliquid, quod est aeternum ratione principalis significati, idest, quod est aliquid aeternum, ratione connotati dicitur temporale [11] ». - Ampliori autem sensu terminus *absolutus* dicitur, qui significat aliquid instar per se stantis, e. g., *homo, iustitia; Connotalivus,* qui aliquid significat instar adiacentis, e. g., *corporeus, animatus.*

5. Absolute - Dependenter. Idem fere valent ac *Essentialiter - Participative ,3.*

6. Absolute - Hic et nunc. *Absolute* quidquam spectatur, si nullius adiuncti ratio habetur. - *Hic et nunc,* si omnia adiuncta, puta loci, temporis, aliaque, quae nunc

[10] *Qq. dispp., De Ver.,* q. Il, a. 2 ad 8.
[11] *In lib. I Sent.,* Diet. XXX, a. 1, q. I *ad arg.*
Vid. has voces (liti. *E:* dist. 6).

in re occurrunt, inspiciuntur. Ita natura rei materialis ab intellectu *absolute;* a sensu, e contrario, prout ea est *hic et nunc,* cognosci dicitur 13. Ita etiain ambulatio *absolute spectata* est quaedam actio *indifferens;* ambulatio autem Petri *hic et nunc* potest esse praemio digna.

7. Absolute - Hypothetice. *Absolute necessarium a* dicitur quod est necessarium per id, quod in essentia sua est ». Hoc autem duplex est, nempe vel huiusmodi, ut habeat necessitatem et *esse* ab alio; e. g., hominem esse rationalem; vel huiusmodi, ut cius necessitas non dependeat ab alio, sed ipsum sit causa necessitatis in omnibus necessariis; et hac ratione solus Deus est *absolute* necessarius 14. - *Hypothetice necessarium* est quod, spectata rei natura, aliter esse et evenire potest; ast, aliqua posita conditione, necessario evenit, et ita se habet. Quare huiusmodi necessitas, ut s. Bonavcntura advertit, « non opponitur contingcntiae; nam aliquod contingens necessario sequitur; ut si ambulat, necessario sequitur, quod movetur 15 ». Hinc actiones humanae, quia praevidit eas Deus, non sunt *absolute* necessariae; nam ratione suae causae, quae libera est, possunt esse aut non esse, sed tantum necessariae *hypothetice.* « In praescito, subdit Seraphicus Doctor, non est necessitas absoluta, sed solum consequentiae, idest *hypothetica;* quia necessario sequitur, Deus praescit hoc; ergo hoc erit 16; eadem ratione, qua quidquid est, dum est, necessario est. Et sane, « contingens, ait Aquinas, refertur ad Divinam cognitionem secundum quod ponitur esse in rerum natura; ex quo autem est, non potest non esse tunc quando est; quia quod est, neccsse est esse, quando est. non tamen sequitur, quod simpliciter dicatur necessarium 17 ». Rursus. *hypothetice* necessarium aliquid dicitur ex conditione finis; et est, ut s. Thomas ait, « illud, sine quo non potest conse-

1:1 Hine intclligib, quid bibi velit, intellectum abstrahere *ab hic et nunc*. Vid. *Intellectus abstrahit a materia* (litt. I: rff.]6\

U *In lib. I Sent.,* Dist. VI, q. I, ŋ. 1 *sol.*

15 *hi lib. I Sent.,* Dist. XXXVIII, a. 2, q. I *ail arg.*

10 *Ibid.*

17 Qq. dispp., De Ver., q. II, a. 12 ad 3. Vid. S. Ansc.fm., De *tone. Praesc. Dei rum libero arbitrio.* II.

qui aliquis finis, vel non ita faciliter. Finis autem est duplex: vel ad esse, et hoc modo cibus vel nutrimentum dicuntur esse necessaria, quia sine eis non potest esse homo; vel pertinens ad bene esse, et sic dicitur esse navis necessaria eunti ultra mare, quia sine ea exercere non potest actionem suam 18 ».

8. Absolute - MoDAUTER. 1°: Illud, quod in se tantum, idest in sui substantia inspicitur, *absolute;* illud vero, quod in quadam sui conditione, *modaliter* considerari dicitur. Ita manus expansa a manu contracta non quidem *absolute,* sed *modaliter* differt 10. - 2°: *Absolute* aliquid enunciatur de subiecto, cum tantum illius ad istud relatio exprimitur; e. g., homo est ratione praeditus; *Modaliter,* cum modus, quo attributum refertur subiecto, indicatur; e. g., necessc est, ut homo sit ratione praeditus. - 3°: Potest aliquod, uti mox dicemus, esse *accidens* vel *absolute,* vel *modaliter 20.*

9. Absolute - Totalitek. *Absolute* aliquid accipitur, cum tantum secundum sui naturam, praetermissis eius adiunctis, consideratur; *Totaliter* vero idem significat ac *universaliter,* sive *omnino.* E. g., virtutes *totaliter,* seu omnibus modis sunt bonae; divitiae autem et honores tantum si *absolute,* spectentur 21. Atqui, ut a rebus theologicis exemplum sumamus, Corpus Christi viventis et mortui *absolute* fuit idem numero, « quia non habuit aliam hypostasim vivum et mortuum, praeter hypostasim Acerbi Dei »: at *totaliter* non fuit idem numero, nam « corpus, quod desinit esse vivum, non totaliter idem remanet 22 ».

10. Abstratio: formalis - totalis. *Abstrahere* significat alterum ab altero separare; unde res, quae sumitur *separatim* ab iis, quibuscum coniungitur, dicitur *abstracte* sumpta. Porro abstractio, quae in scientiis occurrit, non est

18 *In lib. 1 Sent.,* loc. cit.

lw Vid. *Simpliciter - Secundum quid* (lilt. S; dist. 17) et *Ul Sic · Absolute* (lilt. *U:* dist. 15).

20 Vid. *Accidens: absolutum · modale* (lilt. *A:* dist. 14).

21 Vid. s. Thom. 2Λ 2**\ q. LVIII, a. 10 ad 2.

32 3, q. L, a. 5 c.

abstractio *realis,* seu *materialis,* quae posita est in vera separatione eorum, quae naturaliter coniuncta sunt, puta cum ab ave pennae avelluntur; sed abstractio *interitionalis* sive *logica.* lain haec fit per intellectum, qui in aliqua re ad unum attendit, relictis aliis, quae cum hac iuncta reperiuntur: uti si alicuius aedificii sola latitudo consideretur. Haec autem abstractio duplex est, scilicet *totalis,* seu *universalis,* ct *formalis.* - Abstractio *totalis* fit, cum natura superior, sive universalior sine notis, quibus ad speciem vel individuum determinata est, spectatur; uti cum de aliquo homine cogito ipsum esse animal rationale, quin cogitem ipsum esse hunc hominem; vel, cum animal considero, quin ipsum, uti hominem, inspiciam. Dicitur *totalis,* quia natura communior, e. g., *animal,* se habet ut totum respectu naturae inferioris, c. g., *homo.* - Abstractio autem *formalis* fit cum in sui essentia tantum aliqua natura accipitur extra sublectum, in quo subsistit, vel cui inhaeret, e. g., *humani tas, albitudo.* « Duplex, ait s. Thomas, fit abstractio per intellectum: una quidem, secundum quod universale abstrahitur a particulari, ut animal ab homine; alia vero, secundum quod forma abstrahitur a materia, sicut forma circuli abstrahitur per intellectum ab omni materia sensibili 23* n. Hinc abstractio, qua corpus naturale consideratur, utpote constituensobiectum scientiae physicae, non est quidem *formalis,* sed *totalis.* Circa huiusmodi duplicem abstractions speciem haec etiam adnotare praestat. Abstracta priori ratione. secus ac illa, in quibus abstractio est *formalis,* 1° significari possunt *in concreto,* e. g., « homo significatur ut tpii habet humanitatem »; 2° α Non prohibentur habere aliquid aliud, quod non pertinet ad rationem (nempe *essentiam)* horum, nisi solum, quod est oppositum his. Et ideo homo... potest aliquid aliud habere, quam humanitatem 21 ». E contrario, *humanitatis* non nisi *in abstracto* significatur, et quoniam solam rei essentiam indicat, nihil aliud practer ipsam exhibere potest 25.

23 1, q. XL. a. 3 c.

-* Vid. s. Thoni., *Super Hoet., de Hebdomadibus,* Icet. I.

- De abstractione *totali* ct *formali* vid. Caici, in Prol. *Do Ente et Essentia.*

11. Abstractio: negativa - praecisiva. *Abstractio negativa* est ea, qua non modo concipitur unum sine alio, cum quo coniunctum est, sed negatur etiarn illi inesse; uti si parietem apprehendam, non apprehensa albitudine, quae in eo est, et dicam: *paries non est albus. Abstractio* autem *praecisionis* est, qua unum mente concipitur sine altero absque affirmatione an! negatione, adeoque efficit ut intellectus consideret subiectum, non habita ratione alicuius accidentis; puta si parietem sine albitudine intclligam, nihil affirmando, nihilque negando. Per hanc abstractionem intellectus agens considerat essentiam rei ab accidentibus seiunctam, et speciem inlelligibilem eiTormat 2C. Primum abstractionis genus dicitur etiam *abstrahere per modum compositionis et divisionis;* alterum, *per modum simplicitatis.* '\ Abstrahere, inquit s. Thomas, contingit dupliciter: uno modo per modum compositionis et divisionis, sicut cum intelligimus aliquid non esse in alio, vel esse separatum ab eo: alio modo per modum simplicitatis, sicut cum intelligimus unum, nihil considerando de alio 2Ъ ».

12. Abstractive - Intuitive - Comprehensive. Praedicantur hae voces de cognitione. *Abstractive* cognitio ea dicitur, qua res non cognoscitur prout in seipsa est, eo quod per speciem alterius rei apprehenditur, *Intuitiva,* qua res. uti in seipsa est, immediate cognoscitur, eo quod tamquam cognoscibilis, sive, ut aiunt, *in ratione obiecti cogniti,* immediate menti adest vel per suam essentiam, vel per speciem sibi propriam. E. g., cognitio, qua mens Deum in hac vita attingit, est *abstractive*; illa autem, qua Beati frumitur, est *intuitiva* 2\ lam ipsa cognitio intuitiva vel est *simpliciter intuitiva,* vel etiam *comprehensiva,* qua nempe res non solum prout in seipsa est cognoscitur, sed etiam *tantum co-*

26 Vid. *Intellectus agens,* (litt. *I:* dist. 19).

27 I, q. LXXXV, a. 1 ad 1. Huic generi abstractionis s. Augustinus innuit his verbis: « lam norro ab eo, quod est in memoria, animi aciem avertere, nihil est aliud, quam non inde cogitare»; *De Trin.*. lib. XI, c. 8.

2S De cognitione *intuitiva* et *abstractive* acute agit Ioann, as. Thoma, *Cursus philosophicus,* pars. I, q. XXIII, art. 1, p. 285 sqq. Lugduni 1678.

gnoscitur, quantum in se cognoscibilis est 2n, ita ut cognitio totam rei magnitudinem exaequet, et exhauriat 30. Uniusmodi est cognitio, quam Deus de seipso habet. Ita etiam Angeli *comprehensive* cognoscunt omnia sibi inferiora ordinis naturalis. *Intuitiva* cognitio distinguitur etiam contra *discursivam;* de quo *vid.* voces *Intuitive - Discursive,*

13. Accidens: logicum - physicum. *Accidens physicum,* sive *praedicamenta!e* significat omne illud, quod substantiae opponitur, ideoque est illud, cui convenit esse non in ee, sed in aliquo subiecto; lux: est, inhaerere substantiae, uti figura et modus quilibet. *Accidens* vero *logicum,* seu *praedicabile,* est qualitas, quae ita advenire cuidam subiecto intelligitur, ut neque eius essentiam constituat, neque ab essentia necessario fluat; ut esse doctum, album etc.; quocirca definitur: *quod adest, vel abest sine subiecti ipsius corruptione,* hoc est, sive subiecto convenire cogitetur, sive non convenire, nihil mutatur de illius essentia. Hinc color niger, etsi a corvo sit inseparabilis, tamen est accidens, quia, licet corvus albus esse non intelligatur, nihil intelligitur, quod essentiae corvi repugnet.

Ex qua explicatione intelligis peccatum, etsi animam quodammodo corrumpat, tamen, secus ac Flaccus Hillyricus putavit, est accidens; nam ipso et manente per reatum et maculam, et sublato per iustifleationem, adhuc subiectum, idest anima suam essentiam relinet. Id magis fit perspicuum ex eo quod peccatum, seu malum, non quidem *effective corrumpit bonum, sicut pictor* dicitur *facere album parietem;* sed *formaliter,* eo modo *loquendi, quo dicitur albedo facere album;* nempe malum « ratione ipsius privationis dicitur corrumpere bonum, quia est ipsa corruptio, vel privatio boni 31 ».

14. Accidens: modale - absolutum. Sunt duae epecies accidentis physici. *Accidentia absoluta* sunt, quae pro-

*» Vid. e. Thom., q. XII, a. 7 c.

30 « Illud scientia comprehenditur, quod scientis comprehensione finitur »: s. Aug., De *Cit. Dei,* lib. XII, c. 18. Et XLVII, c. 9: « Res comprehenditur, cum ita videtur, ut nihil eius lateat videntem ».

31 I, q. XLVIII. a. 1 ad 4.

prie substantiam afficiunt; modi autem, secundum quo· accidentia absoluta substantiam afficiunt, dicuntur *accidentia modalia.* E. g., calor aquae est accidens absolutum, intensio autem vel remissio caloris est accidens modale. lam accidentia absoluta Scholastici docent ita inhaerere subiecto. ut possint virtute Divina sine illo existere 3J.

15. Accidens: respectivum - absolutum. *Accidenti* absoluta,* prout contra accidentia respectiva distinguuntur, sunt quae in subiecto manent, hoc est, substantiam ita afficiunt, ut ordinem ad aliud in ea non ponant; e. g., quantitas in ligno. *Accidentia respectiva,* seu *relativa,* sunt quae in subiecto non manent, hoc est, substantiam ita afficiunt, ut in illa ordinem ad aliud ponant; c. g., aequalitas, per quam lignum ad aliud refertur. Qua re essentia accidentis *respectivi* non in eo, quod substantiae inest, sed in eo, quod substantia per *esse* ipsius ad aliud refertur, consistit.

16. Accidens: speciei - individui. *Accidens speciei* est illud, quod ex cunctis et adaequatis principiis speciei per sc consideratis emanat, ac proinde essentiam speciei necessario consequitur; e. g., esse liberum in ente intelligentia praedito. *Accidens individui,* profluit ex principiis speciei, prout haec in individuo determinantur, et ideo eius essentiam contingenter consequitur. Primum dicitur *proprium,* et est quartum *praedicabile;* alterum est quintum *praedicabile,* seu illud accidens *logicum,* de quo paulo ante diximus 33. Utrumque vocatur *accidens,* quatenus neutrum essentiam rei ingreditur, et ideo ei accidere, seu advenire intelligitur; illud quidem necessario, istud vero contingenter; ac proinde illud dicitur accidens *perse,* hoc autem accidens *per accidens 34.*

17. Accidentaliter - Essentialiter. Γ: *Accidentaliter* dicuntur invicem differre individua, quae ad eandem speciem pertinent; c. g., Socrates cl Plato. *Essentialiter* ea, quae vel toto genere sunt diversa, et in nullo genere conveniunt, uti Deus et creatura; vel quae, licet conveniant in

12 Vid. *Accidentis esse est inesse (A:* eff. 10).
33 Vid. litt. *A:* dist. 13.
Vid. s. Thom.. *Qq. dispp.. de Pot. Dei.* q. V. a. 4 ad 3.

aliquo genere, differunt tamen vel in aliis proximis generibus, uti homo et arbor, vel saltem in specie, uti homo et equus. 2°: Illa substantia, quae alteri advenit secundum contactum; e. g., vestis homini, vel sicut motor mobili, ita Angelus corpori, quod assumit, *accidentaliter advenire* dicitur. *Essentialiter* autem quae alteri ita advenit, ut vel cum ea unum *esse* completum constituat, quemadmodum fit in coniunctione animae et corporis in homine; vel licet alteri adveniat post eius *esse* completum, tamen trahitur ad unionem in illo esse, « sicut in resurrectione corpus adveniet animae praeexistenti; non tamen accidentaliter, quia ad idem esse assumetur, ut scilicet corpus habeat esse vitale per animam 35 ». Hinc etiam demonstrat s. Thomas naturam humanam, etsi advenerit Filio Dei habenti esse perfectum ab aeterno, tamen Ei non uniri *accidentaliter,* nam « Verbum Dei ab aeterno esse completum habuit secundum hypostasim, sive personam; ex tempore autem advenit ei natura humana, non quasi assumpta ad unum esse, prout est naturae, sicut corpus assumitur ad esse animae; sed ad unum esse, prout est hypostasis, vel personae 38 ». 3°; *Essentialiter* praedicatur de subiccto illud, quod constituit speciem, idest essentiam illius, vel ex principiis speciei necessario producitur, atque ideo eius oppositum eidem subiecto repugnat; e. g., ratio et libertas de homine. *Accidentaliter* vel *contingenter* illud, quod etsi negetur de subiecto, vel oppositum affirmetur, eius essentia adhuc consistit; e. g., esse philosophum de Socrate.

18. Actio: IMMANENS - TRANSIENS. *Actio inunanens* ea est, cuius terminus in ipso agente, tanquam in subieclo recipitur; uti contemplatio, quae manet in contemplante. *Transiens* vero, cuius terminus est in subiccto distincto ab ipso agente: uti calefactio, quae manat a calafaciente in id, quod calefit, eique formam aliquam impertitur, idest calorem. Haec proinde, docente s. Thoma 37, est potius perfodio patientis, illa vero ipsius operantis. Ex qua notione actionis

33 3, q. II, a. 6 ad 2.
33 Jbid.
37 1‘ 2“ q. XXXI, a. 5 c.

immanentis el transeuntis demonstratur creationem ad genus actionis transeuntis pertinere, nam « est talia actio, quae effectum exteriorem relinquit 3t› ».

19. Actio - Factio. 1°: Operatio immanens *actio,* operatio transiens *factio,* sive *effectio* proprie dicitur. 2°: Operatio, quae subicclum, in quo liat, non expostulat, *factio* potius quam *actio* dicitur. Hinc, aiente s. Bonaventura, « *Creare* non est *agere,* sed *facere.* Et in hoc differunt *agere* et *facere;* nam *agere* in quid agat, exigit, *facere* autem e converso 39 ». 3* : *Effectiones* sunt operationes, quae post se opus aliquod relinquunt, ut aedificatio domus: *actiones.* quae nihil operis effecti post se sinunt, ut saltatio aut cantio ‘°. 4°: *Actiones* sunt operationes, quas ex praeceptis et legibus vitae ac iuris regulis aestimamus: *effectiones,* quas ex regulis el praeceptis suarum artium. Hinc ab actionibus absolute boni dicimur aut mali; ab *effectionibus* non item, sed boni tantum aut mali artifices. E. g., qui iuste aut fortiter *agit,* absolute bonus dicitur, et iustus aut fortis; et qui in iustitiae aut fortitudinis leges impingit, omnino malus el iniustus, aut ignavus nuncupatur. At qui concinne canit, non omnino bonus, sed cantor solum bonus; et qui minus apte canit, non continuo malus habebitur, sed malus cantor.

20. Actus - Potentia. Actus significat Γ: operationem: e. g actus intellectus cl eiusdem operatio idem sunt. *Actus* hoc sensu acceptus *actus secundus,* ut mox dicemus, appellari consuevit, eique opponitur potentia, seu facultas, quae est proximum principium, ex cuius virtute operatio

38 *In lib. / Sent.,* Disl. XL, q. 1, a. 1, ad 1.

39 *In lib. II Sent.,* Dist. 1, p. 1, a. 1, q. 1 *ad arg.*

1,1 « Facere dicitur in artibus effectricibus ni quibus remanet res, quae fit, ut in fabrili et similibus. Absoluta enim effectione, remanet lectus. Agere autem dicitur in iis, in quibus non remanet opus, idest quod fuit effectum, ut in 'ibiae ludo et saltatione »; s. loann. Daniasc., *Dialect.,* c. 65. Et s. Ambrosius: « Artium aliquae sunt in corporis motu. aut sono vocis, quorum ubi cessavit motus aut sonus, nihil suprfuit, aut remansit spectantibus, aut audientibus. Aliae huiusinodi sunt, ut, cessante quoque operationis officio, operis munus appareat, ut aedificatio atque factura, quae etiam tacente artifice, peritiam eius ostendunt, ut operatori operis sui testimonium suffragentur »; *Hexaem.,* lib. I, c. 5.

producitur. 2°: Significat vel id, quod rem determinat, «eu perficit; unde *actuare* est determinare, seu perficere; e. g., anima est adus corporis, rationalitas est actus animalitatis; vel quod ex aliqua re educitur, cuiusmodi est ignis, qui ex ligno evolvitur, aut figura Caesaris in marmore insculpta. *Actus,* cui haec significatio adnectitur, vocatur actus *formalis,* eique e contrario respondet potentia *passiva,* seu *subiectiva,* quae est capacitas subiecti ad recipiendum actum formalem sive substantialem, sive accidentalem; v.-g., dispositio corporis ad recipiendam animam, pelluciditas aëris ad lumen suscipiendum, capacitas marmoris inelaborati ad recipiendam figuram, etc. 41. 3°: Quandoque usurpatur pro ipsa entitate scu existentia rei, qua ratione quidquid est extra nihilum, sive existit, dicitur *actus entitativus,* vel *habere actum entitativum;* eique opponitur *potentia obiectiva,* quae est mera rei possibilitas, scu non repugnantia ad existendum; in qua potentia modo est Antichristus, qui licet non existât, potest tamen existere 42.

21. Actus hominis - Actus humani. *Actus humani* sunt ii, in quos homo virtutem eligendi, ac proinde dominium exercere potest; ct quoniam voluntas est, quae per rationis consultationem, seu deliberationem aliquid prae alio eligit, ideo actus humani sunt qui a voluntate deliberata procedunt. Dicuntur autem *humani,* quia sunt proprii hominis, prout est homo, et a creaturis ratione carentibus distinguitur. *Actus hominis* appellantur, qui non sunt proprii hominis, prout est homo, idest fiunt sine deliberatione rationis, ac proinde sine electione voluntatis 43. Ex his colligitur *humanos* proprie esse illos actus, qui *quoad modum operandi* actiones excedunt rerum ratione carentium, non item qui tantum *quoad substantiam* proprii sunt hominis, puta intellectiones et volitiones necessariae; siquidem hae operationes, cum penes liberam potestatem hominis non sint, operationibus rerum naturalium quodammodo assimilantur 44.

Vid. *Forma - Materia (F:* Dist. 9).
Vid. *Potentia: obiectiva - subiectiva (P:* Dist. 27).
1Λ 2M. q. I, a. 1 c.
Vid. Caietan.. in *loc cit.* ⁴⁄₅. Thomae.

22. Actus: elicitus - imperatus. Jcius *eliciti* sunt qui per se ad voluntatem pertinent, ab eaque tamquam actiones eius propriae immediate producuntur; e. g., velle, consentire, eligere. *Imperati* dicuntur illi, qui per alias facultates a voluntate motas producuntur; ita ut ad voluntatem spectent, non prout ab ipsa producuntur, sed prout movet alias potentias ad exercendos actus sibi proprios; e. g., contemplatio, deambulatio. « Hoc interest inter elicere actum et imperare, quod habitus vel potentia elicit illum actum, quem producit nullo mediante; sed imperat actum, qui producitur mediante potentia, vel habitu inferiori circa obiectum illius potentiae 45 ». Ex quo patet actum *elicitum* esse rationem, cur actus *imperatus* habeatur, proindeque hunc ab illo dependere.

23. Actus: primus - secundus. 1°: *Actus primus* dicitur tum prima forma, scu essentia rei, tum eius integritas. *Actus secundus* est eius operatio: « Actus primus est, qui dat esse et speciem et rationem ei, cuius est actus. Actus vero secundus non est principium operationis, sed ipsa operatio 46 ». Hoc sensu malum physicum consistere docetur in amotione *actus primi,* uti caecitas in animali, quia est privatio perfectionis, quae requiritur ad integritatem rei; malum autem culpae in amotione *actus secundi,* quia est privatio perfectionis, «piam recta operatio expostulat. 2υ: *In actu primo* res ita, vel non ita dicitur esse respectu capacitatis, quam ad aliquid habet, vel non; puta qui dormit, videt *actu primo,* id quod de caeco asseri nequit. In *actu secundo,* si iam possidet illud, a quo denominatur, uti Tullius *actu secundo* fuit orator. 3°: *Actus primus* accipitur pro ipsa potentia; sic voluntas *actus primus* vocari solet; *Actus secundus* pro ipsa operatione. 4J: *Actu primo* res dicitur operari, si conditiones in ea adsint, quae ad operandum requiruntur; ita ut si hae omnes in ea concurrant, *actus primus* dicatur *proximus,* sin aliqua desit, *remotus;* e. g., ignis stupae admotus est in *actu primo proximo* eum urendi, ille

45 *In lib. HI Sent.,* Dist. XXVII, q. II. a. 4, *sol.* 3 c.
46 Alb. M., *De Hom.,* tract. I. q. IV, a. 2. Vid. !·. Phom., 1, q. XXVIII. a. 5 c.

nondum admotus est in *actu primo remoto; Actu secundo,* si iam operetur.

24. 4.CTU: signato - EXERCITO. 1°: Idem significant quod *actu reflexo - actu directo* '7. 2°: *Actu exercito* aliquid significari dicitur, cum, nullo adhibito signo, ipsum opus exhibetur: *Actu signato,* cum claris verbis, aliove signo indicatur. Ita Christus, cum in monte discipulos docuit, viam ad coelum aperuit *actu signato;* in monte Calvariae autem *actu exercito.* 3°: *Actu signato* illud velle dicimur, quod verbis, nutibus, aut aliis signis indicatur; *Actu exercito* illud, quod absque verbis etc. ex aliquo facto colligitur, aut omissione facti, ut ex silentio, cum quis loqui deberet; unde iuxta regulam turis: *Qui tacet, consentire videtur.*

25. Adaequari - Aequale esse *et* Assimilari - Simile ESSE. Unum alteri *aequale* dicitur, quod convenit cum co in quantitate vel *dimensiva.* vel *virtuali: simile,* quod convenit in qualitate. Iam aequalitas, vel similitudo est mutua, si quantitas vel qualitas in utroque eadem perfectione invenitur. Quod si alterum imitatur tantum illam qualitatem vel quantitatem, quae alterius propria est, tunc illud isti simile vel aequale dicitur, et non vieissim. E. g., pictura est similis homini, creaturae sunt quodammodo similes Deo, et non vieissim. *Adaequari* autem et *assimilari* significat etiam assequi quantitatem, aut qualitatem alterius vel per quemdam motum, idest successive, vel quatenus unum accipit eam ab altero: « Vssimilari supra hoc, quo est similem esse, ponit quemdam motum et accessum ad unitatem qualitatis, et similiter adaequari ad quantitatem 48 ». Quod cum evenit, illud, quod accipit, dicitur *adaequari,* aut *assimilari* alteri, a quo accipit, et non vieissim.

Hac distinctione s. Thomas probat inter Personas Divinas esse mutuam aequalitatem et similitudinem, « quia magnitudo vel bonitas est plene in qualibet Divina Persona. Sed quia una Persona accipit ab alia, et non e converso, ideo Persona accipiens potest dici adaequari, vel assimilari illi Personae, a qua accipit, et non e converso 49 ».

17 De his vid. voces *Directe · Reflexe* (lilt. *D:* Dist. 14·.
*·. *In lib. I Sent.,* Dist. XIX, q. 1, a. 2 w/.
‹Q *l.oc. cit.*

26. Adaequate - Inadaf.quate su.

27. Ad extra - Ad intra 50.

28. Adhaesive - Inhaesive - Informative. *Adhaesive* in alio esse dicitur id. quod illi unitur, ita tamen ut ipsum intime non pervadat: e. g., hedera *adhaeret* parieti. *Inhaesive,* quod alicui inest tamquam subiecto, a quo sustentatur, ita ut ab illo pendeat in suo esse. Hoc modo accidentia dicuntur *inhaerere* substantiae; e. g., nigredo inhaeret hcbano. *Informative* est in alio illud, quod est eius *forma,* seu quod illud in propria specie constituit: sic anima informative est in corpore 52.

29. Alteratio - Accretio - Decretio 53.*

30. Analogice - Afquivoce - Univoce - Denominative. Nomen, quod communiter pluribus sub eadem definition»' tribuitur, eo quod haec in unam superiorem naturam redi· emitur, *univoce* de iis praedicari dicitur. Sic animal *univoce* de homine et equo praedicatur; significat enim idem in homine et equo non quidem prout haec plura sunt, sed prout eidem generi subiieiuntur 51. - Nomon, quod communiter pluribus secundum diversam definitionem tribuitur, quin aliqua causa, oh quam ipsis commune sit. possit assignari, *aequivoce* de iis praedicatur. Ita nomen canis de cane terrestri et de cane marino; haec enim significat non quidem prout aliquam naturam communem habent; sed prout plura sunt, seu prout diversa utriusque natura est, atque quin ulla similitudo, aut ullus alius ordo unius ad alterum in eis inveniatur. « Ubi e*t pura aequivocatio, nulla similitudo in rebus attenditur, sed solum unitas nominis 55 ». Ex

50 Vid. voces *Causa* (lilt. *C:* dist. 8), *Obiectum* (lilt. *O:* dist. 3). *Totaliter* (litt. *T:* dist. 15).

51 Vid. *Actio transiens - immanens* (lilt. *4:* dist. 18).

32 Vid. vox *Forma* (litt. *F:* dist. 8).

53 Vid. *Motus: accretionis - decretionis · alterationis* (lilt. *M:* dist. 17).

34 « Ex his, quae sunt sub decem praedicamentis, alia quidem sunt synonima, sicut bos cl homo, quatenus animal. Sunt enim synonima quorum nomen est commune, ut animal: ct ratio eadem hor est definitio »; Clcm. Alex , *Strom.,* lib. VIII, n. 8.

35 *Contr. Gent.,* lib. I, c. 33.

quo fit, ut *aequivocatio nominis processum argumentationis impediat* 56. - *Analogice* de pluribus communiter praedicatur nomen, quod secundum diversam significationem accipitur, ita tamen, ut non desit aliquod principium, cx quo illud commune eis sit. E. g., *Nero* et de rege quodam et dc hominibus crudelibus propter similitudinem cum illo dicitur; et *sanitas* tum animali, tum medicinae, tum pulsui tribuitur ob ordinem, quem ad sanitatem habent. Ex quibtu perspicitur nomina, quae Deo et creaturis communiter tribuuntur, non *univoce,* sed *analogice* esse accipienda 57. - Denique *denominative* de substantia dicitur illud nomen, quod ab accidentibus, quae ei insunt, efformatur; c. g., si Socrati *sapientia* inest, nomen *sapientis* a *sapientia* efformatum ipsi convenire debet; unde *sapiens* dicendus est. Nomina univoca *synonima,* aequivoca *homonyma,* denominativa *paronyme* a Graecis appellantur 58. *Synonima* vero a nonnullis dici solent non solum quae contra *homonyma* distinguuntur, verum etiam plura nomina unum declarantia, quibus idem conceptus respondet, uti *ensis, gladius, mucro,* quae proprie *polyonima,* seu *multivoca* dicenda sunt.

31. Analogia: attributionis - proportionis. *Analogia attributionis* dicitur ea, cuius termini idem nomen sumunt ab aliquo, cui res illo nomine significata, et ad quam ipsi quadam ratione referuntur, principaliter convenit. E. g., *analogia attributionis* dicuntur *sana* cibus, medicina et pulsus, quia unumquodque eorum nomen *sani* mutuatur a sanitate. quae animali proprie et principaliter convenit, et

56 *Ibid.*

a" 1, q. X1П, a. 5 c. Dc nominibus *aequivocis* ct *analogis* ita loquitur idem Cleni. Alex. « llvmonyma sunt, quae utuntur eodem nomine, non autem habent eamdem rationem, ut homo, qui est et animal, ct homo pictus. Ex homonymis autem alia quidem habent idem nomen ex fortuna, ut Aiax Locrius et Aiax Salaminius; alia autein ex intentione. Et ex his alia quidem per similitudinem, ut homo, et qui est animal, cl qui pictus: alia autem per proportionem et convenientiam, ut pedes Idae, et nostri pedes, proptcrca quod sint inferius: alia autem ex operatione, ut pes navis, per quem navis navigat, ct pes noster, per quem movemur»; *Loc. cit.*

58 α Denominativa sunt, quae ex aliquo altero sunt nominata, ut a fortitudine fortis»; Clem. Alex., *ibid.*

ad quam aliquo modo referuntur; nam cibus dicitur *sanus,* quia sanitatem in corpore animalis conservat, medicina, quia illam producit, pulsus, quia illam patefacit. Item, de quantitate et qualitate nomen *entis* secundum *analogiam attributionis* communiter dicitur, quia illud trahunt a substantia, a qua pendent, ct cui *ens* per se, ac proinde principaliter convenit. - *Analogia proportionis* est ea, cuius termini commune nomen sortiuntur, quia illud, quod eo nomine significatur, etsi in cis sit simpliciter diversum, tamen per quamdam similitudinem vel quemdam ordinem, quem inter se habent, potest ipsis convenire. E. g., animal et cibus, vel animal ct pulsus dicuntur sana *analogia proportionis,* quia hoc nomen accipiunt non eo quod ordine ad aliquid principale habent, sed eo quod *sanitas,* etsi in eis diversam, tamen secundum aliquem respectum eamdem significationem praesefert. Ita etiam nomen *rex* homini ct leoni attribuitur, quia eo modo se habet leo inter feras, quo ille homo, qui ceteris hominibus praeest. Quare in his analogis « duorum attenditur ordo, vel respectus non ad aliquid alterum, sed ad unum ipsorum; sicut ens de substantia respectum habet: non secundum quod substantia et accidens referantur ad aliquid tertium 50 ». Itaque secundum *analogiam attributionis* « aliquid praedicatur de duobus per respectum ad aliquod tertium, sicut ens de quantitate et qualitate per respectum ad substantiam ». Secundum autem *analogiam proportionis* « aliquid praedicatur de duobus per respectum unius ad alterum, sicut ens de substantia et quantitate ftn ».

Ex his consequitur, nomina, quae, uti diximus 59. *analogice* de Deo et de creaturis praedicantur, non secundam analogiam *attributionis,* sed secundum analogiam *proportionis esseintelligenda.* « Nam in primo modo praedicationis oportet esse aliquid prius duobus, ad quod ambo respectum habent, sicut substantia ad quantitatem ct qualitatem; in secundo autem non, sed necesse est unum esse prius altero. Et ideo, cum Deo nihil sit prius, sed Ipse sit prior creatura,

59 *Contr. Gent.,* lib. 1, c. 34.
Ao *Qq. Dispp., De Pot.,* q. VII, a. 7 c.
61 Vid. Litt. *A:* diet. 30.

competit in divina praedicatione secundus modus analogiae, et non primus 02 ».

32. Analogia: proportionis - proportionalitatis. Suni duo diversi modi *analogiae proportionis.* Qui ut intclligan·tur, in memoriam revocandum est, quid sit *proportio,* quid *proportionalitas. Proportio* quemdam ordinem inter duos terminos determinate significat; quemadmodum apud arithmeticos proportio dicitur *habitudo,* seu ordo inter duos numeros aequales vel inaequales, ut ordo quatuor ad duo. quatenus quatuor includunt bis duo. *Proportionalitas* autem significat quemdam ordinem, seu similitudinem inter duas proportiones, quemadmodum ipsi arithmetici dicunt; sicut se habent quatuor ad duo, ita se habent sex ad tria; in utroque enim numerus maior bis includit minorem, quocirca *proportionalitas* est proportio proportionum. « Aequalitas, ait s. Thomas, proportionum vocatur proportionalitas 63 ». Hinc exislit duplex modus *analogiae proportionis.* Primus, qui retinet nomen *analogiae proportionis,* significat quemdam ordinem inter ipsos terminos unius proportionis; alter vero denotat quamdam convenientiam, seu similitudinem inter duas vel plures proportiones. Quocirca, secundum *analogiam proportionis,* nomen pluribus communiter tribuitur, eo quod significat quamdam habitudinem, seu relationem, quae inter ipsa existit; uti in allato exemplo *sanitatis,* quae de animali et de cibo praedicatur. Secundum autem *analogiam proportionalitatis* aliquod nomen pluribus communiter attribuitur, eo quo.d significat relationem unius ad aliud similem esse relatioiu alterius ad alterum: sicuti nomen visus dicitur de visu corporali et intellectuali, « eo quod sicut visus est in oculo, ita intellectus est in mente 01 ». Atque, « secundum hunc modum similitudinis transferuntur corporalia ad spiritualia »; c. g., cum dicitur: « Sicut se habet aqua ad delendas maculas corporales, ita gratia ad abluendum spirituales 65 ». Hinc nomina, quae de Deo et de creaturis secundum analogiam *proportionis,* uti paulo ante di-

n2 S. Thom., *Qq. dispp.*. loc. cil.
ru In lib. V Met., lect. V.
6l Qq. dispp., De Ver., q. Π, a. 11 c.
' *In lib. IV Sent.,* Dist. I, q. 1, a. 1, *sol.* 5 ad 3. **I**

xiiuus, praedicantur, intelligcnda sunt secundum alteram speciem huius analogiae, nempe secundum analogiam *proportionalitatis.* Etenim « quia in his, quae primo modo analogice dicuntur, oportet esse aliquam determinatam habitudinem inter ea, quibus est aliquid per analogiam commune, impossibile est aliquid per hunc modum analogiae dici de Deo et creatura, quia nulla creatura habet talem habitudinem ad Deum, per quam possit Divina perfectio determinari. Sed in alio modo analogiae nulla determinata habitudo attenditur inter ea, quibus est aliquid per analogiam commune; et ideo secundum illuni modum nihil prohibet aliquod nomen analogice dici de Deo eG ».

33. Analysis: consequentiae - consequentis. Per *analysini consequentiae* resolvitur syllogismus, cum, forma eius diligenter excussa, firmum ipsum esse ostendimus, propterea quod notionibus atque enunciationibus constet ex arte connexis ad figurarum et inodorum leges. Per *analvsim* autem *consequentis* syllogismum resolvimus, cum, eius materia excussa, firmum esse ostendimus, propterea quod enunciationibus constet veris et necessariis, ex quibus, tamquam ex causis, oritur conclusio, et ex conclusione scientia. Quare libri, in quibus Aristoteles de syllogismo agit, *Analytici* appellantur, atque ii, in quibus de *analyst consequentiae, Priores;* ii autem, in quibus de *analyst consequentis. Posterio res;* nam *consequentia* est prior et latius patet, quam *consequens,* quod scientiam parit; cum illa ad omnem syllogismum pertineat, hoc dumtaxat ad demonstrativum et necessarium.

34. Antecedenter - Concomitanter - Consequenter. 1°: *Antecedenter* respectu alterius dicitur id quod est illo prius; *Consequenter,* quod est illo posterius; *Concomitanter,* quod nec prius eo est, nec posterius, sed cum illo eoniungitur. Sic causa natura sua *antecedenter* est quoad suum effectum; e contrario effectus natura sua est *consequenter* quoad causam. Item causa, aliquando est tempore *concomitanter* cum effectu, uti lux cum sole f'7. 2°: *Antecedenter*

6,l *De Ver.,* loc. cit.
07 Vid. *Causa prior est suo effectu* (lilt. *C:* eff. 4).

λ

aliquid velle is dicitur, qui illud vult, praetermissis eius circumstantiis; *consequenter,* qui illud vult, inspectis omnibus circumstantiis. Sic iudex *antecedenter* vult omnes cives vivere, *consequenter* vult mortem rei. Hinc intelligilur quid sibi velit theologicum illud dogma, Deum voluntate *anteeo dente* velle salutem *hominum,* etiam post Adae lapsum. 3': *Antecedenter* dicitur impossibile, aut necessarium id quod taie eat *absolute; consequenter* vero, quod eiusmodi est *hypothetice* 68.

35. Appetitos: elicitus - naturalis. *Appetitus,* sive inclinatio rei ad bonum, dicitur *naturalis,* si exurgit ex cognitione, quae non in ipso appetente est, sed tantum in Deo, qui singulas res in proprium finem ordinavit. Hoc modo res naturales, quae omni cognitione destituuntur, in suum finem inclinant. Appetitus *elicitus* e contrario oritur ex cognitione, quae in ipsis appetentibus existit; et quoniam cognitio vel sensitiva vel intellectiva est, ideo appetitus *elicitus,* qui illam consequitur, dividitur in *sensitivum* et *intellectivum.*

36. Appetitus: irascibilis - concupiscibilis. Sunt duae species appetitus sensitivi. *Appetitus concupiscibilis* ea esi facultas, qua anima cupit bonum, prout hoc natura sibi consentaneum et delectabile sensibus apprehendit, et aversatur malum, quod natura sibi noxium ac ingratum sensibus apprehendit; e. g., appetit cibum, et venenum abhorret. - *Appetitus irascibilis* est ea iacultas, qua anima tendit in aliquid, quia velut bonum ex eo apprehenditur, quod vim habet vincendi difficultates, quibus assecutio illius boni, quod appetitu concupiscibili appetimus, et fuga illius mali, quod eodem appetitu aversamur, impeditur; e. g., appetitu *irascibili* rixam appetimus, veluti bonum, quo viam nobis ad assecutionem cibi obstruentibus, vel venenum propinantibus resistimus 60.

37. A quo - Ad quem - Cui. A *quo* significat illud, unde aliquid profluit; *Ad quem,* terminum, in quem ali·

ft8 Vid. litt. *A:* dist. 7, et, *Necessitas: antecedens · consequent* (liti. /V: dist. 6).

I, q. LXXXII. n. 5 c.

quid tendit; *Cui,* illud, in cuius gratiam aliquid fit. E. g., operum miserationis principium *a quo* est. charitas; terminus *ad quern* est indigens, cui subvenimus; terminus *cui* est Deus, quem per illa observamus. Adnotante s. Tboma, productiones rerum accipiunt speciem et dignitatem non a termino *a quo,* sed *ad quem.* Quocirca « creatio est perfectior et prior, quam generatio et alteratio, quia terminus *ad quem* est tota substantia rei; id autem quod intelligitur ut terminus *a quo,* est simpliciter non ens 70 ».

38. Argumentari: λ maiori ad minus - a minori ad MAIUS - A simili. *Maius* hic vocatur id, quod magis probabile et verisimile videtur; e. g., maius est hominem vincere equum, quam leonem. Iam argumentamur *a maiori ad minus* tripliciter negative. 1°: Maiori et minori positis ex parte subiecti, puta Angelus bonus non potest cogere voluntatem hominis, ergo nec Daemon. 2°: Positis maiori et minori ex parte praedicati, uti Homo non potest domare equum, ergo nec leonem. 3°: Ex parte utriusque extremi; e. g., rex non potuit expugnare castrum, ergo nec dux expugnabit urbem. — *A minori* autem *ad maius* argumentamur etiam tripliciter, sed affirmative. 1°: Ex parte subiecti, ut, dux expulit hostes, ergo imperator expellet. 2°: Ex parte praedicati, ut, vicit leonem, ergo vincet equum. 3°: Ex parte utriusque, ut, Christus pro nobis gravissima tulit tormenta, ergo et nos haec modica ferre debemus. — Denique argumentatio *a simili* tum affirmative, tum negative adhiberi potest, atque versatur circa ea, quae aliquam formam eiusdem rationis participant, e. g. cycnus disgregat visum, ergo et nix; equus non est particeps rationis, ergo nec leo; vel circa ea, quae eamdem habent proportionem, e. g.: Sicut se habet auriga in curru, ita dux in exercitu, sed auriga attente et caute debet dirigere currum; ergo et dux prudenter debet gubernare exercitum. Sicut se habet ancilla ad dominam, ita sensus ad rationem, sed non debet ancilla imperare dominae: ergo nec sensus rationi. lamvero similitudo sumenda est in eo, ratione cuius praedicatum subiecto inest, secus nullum erit argumentum: non euim

70 I, q. XLV, a. 1 ad 2.

recte infertur, *cycnus sentit, ergo et nix;* quia etsi similentur in albitudine, tamen haec non est ratio, qua cycnus sentit. In argumentum *a simili* redigitur etiam illud, quod *a pari* nuncupatur, e. g.: Lex est, qui occiderit patrem, obvolutus corio deiiciatur in profluentem; ergo et qui occiderit matrem, est deficiendus, quia par est peccatum.

39, Argument Alti: λ priori - a posteriori. *A posteriori* idem est, ac ab effectu. *A priori* idem est ac per causam. E. g., *a priori* ex Dei sapientia concluditur ordinata huius mundi administratio: item, resurrectio mortuorum cx resurrectione Christi, « quia resurrectio Christi est causa resurrectionis nostrae... efficiens et exemplaris: nam in quantum Deus, sive in quantum Divinitas est in Christo, Christus est et exemplar et causa efficiens resurrectionis mortuorum per humanitatem suam, sicuti per instrumentum Divinitatis suae 71 ». *A posteriori* eruitur existentia causae, si ex nexu, quo effectus ad illam refertur, deducatur: *a* sicut ignem ex fumo perpendimus 72 ».

40. Artificialiter - Naturaliter. *Naturaliter* fit, vel acquiritur, id qnqd non requiritur humanam industriam; sic arbor *naturaliter* tempore verno viret: *Artificiose,* quod requirit alicuius industriam; sic panis, vinum etc. *artificiose* conficiuntur; licet alio sensu etiam naturaliter hoc fiat, quatenus nempe non fit *supernaturaliter* Alio etiam sensu aliquid dicitur esse *per artem.* Etenim, docente e. Bonaventura, « quaedam est ars, cuius operatio consequitur naturam, et opus istius artis sic est artificiale, quod non est naturale »; e. g., *homo pictus:* « Quaedam est ars, quae est fundamentum naturae, et opus illius artis bene est naturale. quia fabricat ipsum natura, talis est ars, cuius opus est creare 74 ».

41. Assensus - Consensus. Assensus est actus intellectus, qui adhaeret alicui veritati vel propter evidentiam sive immediatam, sive mediatam, vel quia ad id a volun-

74 *In I Cor.* c. XK, led. II.
In lib. Ill Sent., Dist. XXIII, q. 1, a. 2 *sol.*
73 Vid. voces *Naturale · Supernaturale* (liti. *N:* disl. 3i.
74 *In lib. Il Sent.,* Dist. XVt. dub. 4.

tale determinatur, quemadmodum evenit in actibus fulci ' *Consensus* est actus voluntatis, quae tendit in id, quod iam ab intellectu iudicatum est. « Consensus, inquit s. Bonaventura, non est aliud, quam concordia voluntatis simul et rationis ad unum aliquid laciendum, unius ut arbitrantis et indicantis, alterius autem ut praeoptantis 7C ».

42. Assertive - Narrative - Disputative. *Assertive* aliquid dicitur, quod ita se habere affirmatur; *Narrative,* quod uti ab aliis assertum recitatur; *Disputative,* quod veritatis inquirendae causa pronuntiatur. E. g., *assertive* Scribae et Seniores de Christo dicebant: *reus est mortis; narrative* hqc ipsum refertur ab Evangelista: *disputative* s. Thomas dicit, *videtur quod non sit Deus.*

43. Attributum: superius - inferius. Illud attributum dicitur *superius* alio, quod illo universalius est, seu quod maiorem ambitum, idest extensionem habet. E. g., attributum *corporis* dicitur *superius* attributo *viventis,* quia sunt longe plura, quibus competit ratio corporis, quam ea sint, quae vita donantur.

44. Aurea - Aureola. Ilis vocibus Theologi utuntur. *Aurea* est praemium essentiale hominis, sive beatitude, quae consistit in co quod ipse perfecte Deo /ruitur. *Aureola,* seu corona, est quoddam praemium accidentale, quod essentiali superadditur oh singularium, virtutum eximios actus. Eius definitionem tradit s. Thomas iis verbis: « Privilegiatum praemium privilegiatae virtuti respondens 77 »; id est gaudium quoddam accidentale, quod Beati percipiunt ex victoria, quam vi alicuius particularis virtutis consecuti sunt. Hinc secundum triplicem triumphalem victoriam, quam de triplici hoste perfecte in hac vita consequuntur, mundo, carne et diabolo, de mundo per martyrium, de carne per virginitatem, de diabolo, a sc et a cordibus aliorum expellendo per doctrinam el praedicationem, triplex assignatur aureola. Martyrum, Virginum et Doriorum.

:i \ id. s. Thom. *Qq. dispp., De l er..* q. XVI. a. 1 c.
'ϰ *In lib. // Sent.,* Dist. XXXVHI, a. II. q. 2 *reto!.*
‘‘ *hl lib. ΙΙ' Sent.,* Dist. XLIV, q. V, a. 5.

Effata.

1, Ab **EODEM RES HABET, QL'OD SIT ENS, ET QUOD** SIT **UNA** ⧹

2, Ab **EXTREMO AD EXTREMUM NON DATUR TRANSITUS, MSI PER MEDIUM 2.**

3, Absolutum est i»r iu< respectivo. Est nempe prius *Natura,* quia hoc ab illo pendet, non contra: *Dignitate;* quo enim aliquid a pluribus pendet, eo est imperfectius; relatio autem pendet a subiecto, fundamento et termino, dum e contrario absolutum dicitur *quasi ab alio solutum,* seu disiunclum a respectu ad aliud: *Cognitione,* quae scilicet rerum origines et relationes investigat, seu quae circa relativa, prout relativa sunt, versatur, non item quae res in seipsis inspicit.

Haec autem circa idem effatum adnotanda sunt: 1° *lbsolutum* semper est prius *respectivo,* quod in ipso fundatur, non item omni *respectivo ; e.* g., *esse hominem est* prius, quam esse causam effectuum, qui ab eo producuntur, non autem est prius quacumque alia causa. 2° Relatum, cuius essentia in relatione omnino consistit, posterius est absoluto: e. g., esse *servum* est posterius, quam *esse hominem;* at illud, cui relatio attribuitur *esse causam,* non semper est posterius, quam *esse substantiam.* Quam ob rationem minus relatum non est ante magis relatum; siquidem « quanto causa est prior, tanto habet relationes ad plures effectus 3 j>. 3° In divinis hoc effatum locum non habet, quia Essentia Divina, cum a relationibus reipsa non distinguatur, illis prior dici non potest.

" Vid, *Unitatem ab eodem ros tlosumit,* etc, (liti. *l :*
Vid. lilt. *E:* eff. 22.
1· 2··. q. XVI, a. I nd 2.

4. Abstractus quo aliquid est, eo simplicius est. Etenim ei abstractio circa aliquam rem ulterius progrediatur, minor fit numerus proprietatum, quae in ea reperiuntur. E. g., simplicius est *esse substantiam,* quam *esse corpus.* Ex quo intclligitur illud efratum veritate gaudere, si illud, quod abstrahitur, reipsa distinguatur ab illo, a quo abstrahitur, ita ut ex utroque aliqua compositio existât. Quocirca adbibendum non est in Divinis; etsi enim natura Divina abstracta a Persona intelligatur, tamen non est ea simplicior, siquidem nulla inter utramque realis est distinctio [4].

5. Abstractum est forma concreti. Scilicet, abstractum est id, a quo concretum denominatur; e. g., ab albitudine res dicitur alba, et a visione res dicitur visa. Ex quibus exemplis patet *formam* hic sumi pro ratione, per quam aliquid denominatur, quae necesse non est ut sit in ipsa re, cum possit etiam esse aliquod principium extra rem, et a quo ista pendet; siquidem *visio,* ex qua res denominatur risa, est extra rem *visam.* Hac ratione, quemadmodum s. Bonaventura adnotavit, aliqui homines ex Divinitate denominantur divini, ut *divinissimus Paulus,* vel *divinissimus loannes* [4].

6. Abstractum est prius concreto. *Abstractum* non est quidem *cognitione* prius *concreto;* nam, ut passim docet s. Thomas, naturalis nostra cognitio a sensu, proindeque ex concretis principium sumit. Neque *tempore* aut *dignitate* abstractum est prius concreto, illud enim ab isto, tamquam a subiecto pendet; e. g., albitudo est posterior cygno, cui inhaeret. Quocirca abstractum est *natura* prius concreto, tantum si spectetur voluti forma, cx qua concretum, uti antea diximus, denominationem accipit: quo sensu *doctrina* est prior *natura,* quam *homo doctus,* siquidem forma est *natura* prior, quam id, cuius est forma.

Huius cfTati explicatio attente consideranda est, ne cum Trascendentalibus abstractum ita prius concreto intelliga-

[4] Vid. 8. Bonav.. *In lib. I Sent.,* Diet. XXXIV, a. I. q 1 *ad ur$.*
[4] *In lib. HI Sent* . Dist. XI, dub. 3.

tur, ut tamquam principium cognitionis cl rcalitatis rerum assignetur.

7. Abstrahentium non est mendacium. Tdost, qui abstrahit, non ideo in errorem inducitur, quia abstrahit. Intclligendum autem hoc est non quidem de abstractione *negativa,* sed de *praecisiva,* de quibus supra. Qui enim alterum cognoscit, omittendo alterum, nihil negat, adeoque non errat; siquidem error non est rem aliquam ex parte cognoscere et intelligere, dummodo nihil ei repugnans aut extraneum affingatur. Hinc qui considerat hominem, quin in eo consideret rationem, non mentitur. Item, « intellectus mathematicorum non est falsus, quamvis nulla linea sit abstracta a materia in re [6] ».

Hanc ob rationem demonstratur intellectum non errare. cum essentiam rei ab accidentibus, quibuscumque rcipsa coniungitur, seiunctam considerat.

8. Abusus non tollit usum. Variis exemplis s. Augustinus hoc effatum explicavit. « Non ideo, inquit, contemnenda vel detestanda virginitas Sanctimonialium, quia ct Vestales virgines fuerunt; sic non ideo reprehendenda sacrificia patrum, quia sunt et sacrificia gentium [7] ». Item: [8] Neque enim pro patria non est armandus miles, quia contra patriam nonnulli arma sumpserunt; aut ideo uti non debent boni doctique medici ferramentis medicinalibus ad salutem, quia his ad perniciem etiam indocti pessinique abutuntur [9] ». Ratio est, quia, aiente eodem sancto Doctore, « non facultas culpabilis est, sed ea male utentium perversitas [10] »; quocirca, « non ideo debent oves odisse vestimentum suum, quia plerumque illo se occultant lupi [10] ».

9. Accessus est prior quam recessus. Nempe est prior non quidem *in executions;* nam « in exeeutione prius est recedere ab uno termino, quam accedere ad alterum »:

6 S. Thom., *In lib. / Sent.,* DisU XXX, q. I, a. 3 .%‹»/.
7 *Contra Faustum,* lib. XX, c. 21.
" *Contra Crescon.,* lib. I. c. 1.
* *De Doctr. Christ.,* lib. II, c. 36.
10 Serm. Dom. in Monte, lib. Π, c. 24.

sed *in intentione,* « propter hoc enim receditur ab uno termino, ut accedatur ad alterum 11 ». Cuius ratio est, quia « accessus per se respicit id, quod est conveniens naturae; recessus autem per se respicit id, quod est contrariu; 12 ».

10. Accidens est emis ens, *et* ?Vccidentis esse est INESSE. Nimirum: Accidens, si secundum propriam et intrinsecam rationem spectetur, est quidem aliquod ens; sed quoniam ens simpliciter et principaliter significat *esse per se,* ac proinde substantiam; *esse* autem accidentis exigit inhaerentiam substantiae, ideo accidens dicitur *entis ens,* quia refertur ad substantiam, ac proinde non habet *esse simpliciter,* nempe ita perfectum, sicut substantia. « Essentia, subdit s. Thomas, proprie et vere est in substantiis, sed in accidentibus est quodammodo et secundum quid 13 ».

Quocirca vi huius efiati sententia Lockii refutatur asserentis substantiam in qualitatum complexione consistere. Qualitates enim sunt accidentia. Atqui accidentia, cum sint *entis entia,* principaliter et perfecte non sunt ens. Ergo substantia, si ex ipsis qualitatibus constitueretur, non esset proprie et perfecte ens; id quod eius notionem destruit.

Ex hoc theoremate illud alterum sequitur: Accidentis ESSE EST INESSE. Non quidem ita ut inesse significet *esse* accidentis absolute, sed modum essendi, qui sibi convenit ex ordine ad subiectum, cui inhaeret. Insuper accidentis *esse* est *inesse,* non quatenus ad essentiam accidentis requiritur, ut actu inhaereat subiecto, sed quatenus accidens necessario ordinem habet ad hoc, ut alteri insit, et recipiatur in subiecto sibi accommodato u. Hinc accidentia absoluta, de quibus supra 1S, non sunt huiusmodi, ut subsistant per se, quemadmodum substantia, sed sustinentur a Deo siuc subiecto. cl *actu* quidem non sunt in substantia, *pote-*

“ 1‘ 2", q. XXXIX, a. 2 ad 3

12 *Ibid.,* q. XXXVI, *a.* 1 c.

13 *De ente et essentia,* c. 2.

14 Viti. «. Thom., *In Ub. H' Sent.,* Dis-l. XII. q. I» a. 1. *sol.* 1 ad 1

15 Lilt. *A:* diei. 14.

state vero et *exigentia* in substantia sunt, quia etiani dum actu existunt sine substantia, postulant esse in substantia.

11, Accidens est extra substantiam. Non quidem quatenus accidens possit neque *actu,* neque *potestate* et *exigentia* esse extra substantiam, siquidem accidentis *esse,* ut paulo ante diximus, est *inesse;* sed quatenus ad aliud rerum genus a genere substantiae diversum perlinet. Quocirca accidensest *extra substantiam* ratione *essentiae,* idest accidentis essentia nulla ratione in essentiam substantiae ingredi potest, secus substantia non foret ens *per se,* sed *per accidens.*

Hinc illa alia effata: Accidens non est de essentia substantiae. Quod tamen intelligendum est, prout suhstantia consideratur talis. Sic doctrina pertinet ad hominis docti essentiam. *Et,* Accidens non constituit substantiam. Idest, non potest accidens esse internum substantiae principium, tum quia causa non potest esse deterior suo effectu, tum quia accidens posterius est substantia. Potest vero accidens constituere substantiam, tamquam principium illi extrinsccum, nempe, cum sit instrumentum illius substantiae, cui inhaeret, potest aliam substantiam producere. E. g., calor constituit pullos, non intrinsece, sed extrinsece, tamquam instrumentum substantiae, quae per calorem pullos excudit.

12, Accidens non est accidentis accidens, *vel,* Accidens non est subiectum accidentis. Nempe: Nullum accidens esse potest *primum* et *radicale* fundamentum, seu *jundarnentale* subiectum alterius accidentis. Cum enim accidens expostulet subiectum, in quo insit, non potest per se esse subiectum alterius accidentis. Quod si quandoque unum accidens alteri accidere dicitur, hoc intelligendum est, quatenus unum simul cum altero eidem subiecto inest ; id quod, uti advertit s. Thomas, contingere potest vel absque aliquo ordine, puta cum accidit, ut idem homo, qui est musicus, sit etiam albus; vel cum aliquo ordine, nempe quia subiecluni recipit unum accidens per aliud, sicut corpus recipit colorcrn per superficiem; quam oh rationem dicimus unuin accidens, c. g., colorem esse in superficie 16. Quocirca accidens munquam est subiectum alterius, nisi per substantiam, cuius est accidens 17.

Clarius etiam cum eodem sancio Doctore hoc modo idem effatum explicatur: « Subiectum tripliciter comparatur ad accidens. Uno modo, sicut praebens ei sustentamentum... Alio modo sicut potentia ad actum... Tertio modo sicut causa ad effectum... Quantum igitur ad primum, unum accidens alterius subiectum esse non potest; nam, cum nullum accidens per se subsistat, non potest alteri sustentamentum praebere, nisi fortasse dicatur, quod, in quantum est a subiecto sustentatum, aliud accidens sustentat. Sed quantum ad alia duo, unum accidens se habet ad aliud per modum subiecti, nam imum accidens est in potentia ad alterum, sicut diaphanum ad lucem, et superficies ad colorem. Unum etiam accidens potest esse causa alterius, ut humor saporum, et per hunc modum dicitur unum accidens alterius accidentis esse subiectum; non quod unum accidens potest alteri accidenti sustentamentum praebere, sed quia subiectum est receptivum unius accidentis altero mediaute, et per hunc modum dicitur potentia animae esse habitus subiectum 18 ».

13. Accidens non est nobilius suo subiecto. Videlicet, dummodo accidens tamquam huiusmodi consideretur; subiectum enim est ens per se, accidens vero in alio, atque a subiecto, cui inhaeret, habet rationem accidentis. At vero, accidens nobilius est subiecto, si comparetur ad ipsum, tamquam actus ad potentiam; nam hac ratione accidens perficit subiectum; e. g., veritas creata est nobilior anima, quae illam cognoscit, quatenus est perfectio ipsius animae. Quod s. Bonaventura explicat hunc in modum: « Etsi nullum accidens sit nobilius substantia, prout accidens comparatur in se, quantum ad essentiam generis, sive quantum ad esse primum; nihilominus tamen, prout accidens comparatur in subiecto, et includit esse subiecti, quamdam nobilitatem superaddit quantum ad esse secun-

,c l» 2*·, q. VII. a. l ad 3. B

17 *In lib. I Sent.,* Dist. IV. a. 3 ad 2.
18 *Qq. dispp., De J'irtut.,* q. I, a. 3 c.

dum 19 ». Insuper, aliquod accidens esL nobilius substantia, quatenus per ipsum substantia coniungitur alicui nobiliori se; quo modo beatitudo creata et gratia, et alia huiusmodi sunt aliquid nobilius natura animae, cui inhaerent 20. Hinc, uti Seraphicus Doctor subdit, accidens, quod ab agente extrinseco producitur, potest esse nobilius subiecto, quia, si *ab aliquo superiori* producitur, « iungit ipsum, ct conformat ei, quod est ipso superius. Quod si ortum habet ab F.nte supremo, si eius infusio vel origo sil secundum perfectam influentiam, non solum habet nobilitare, verum etiam consummare et quietarc. Et hoc non facit tantum ratione sui, verum etiam ratione Eius, a quo procedit, in que reperitur omnis perfectio et bonorum omnium aggregatio 21 ».

14. Accidens non extendit se ultra suum SUBIECTUM. Id verum est *subiective,* quatenus nempe accidens non potest esse, nisi in subiecto proprio, puta color non nisi in corpore, numquam in spiritu esse potest; unde s. Thomae sententiam eorum refutat, qui opinantur accidentia panis et vini, quae in Sacramento Eucharistiae manent post Consecrationem, esse, sicut in subiecto, in aere circumstante 32. Non item *effective,* nam actio accidentis potest versari ultra suum subiectum; e. g., calor ignis ultra suum subiectum. licet secundum conditionem cius, agit cum calefacit aquam.

15. Accidens non migrat de subiecto in subiectum. Sermo hic est non de accidente eodem specie; istud enim modo in uno, modo in alio esse potest: sed de accidente eodem numero, non enim haec albitudo transit de pariete in pallium. Ratio est, quia accidens numerum a subiecto accipit; ac proinde fieri non potest, ut idem numero manens sit quandoque in hoc. quandoque in illo subiecto. Quocirca. adnotante s. Thoma, cum in Scripturis gratia de subiecto in subiectum transire dicitur, « talis actus loquen-

| | /n *lib. II Sent.,* Dist. XXVI, a. 1, q, III *ad arg.*

20 Vid. s. Thom., *In lib. IV Sent..* Diet. XLIX. q. 1. a. 2. sol. 1 ad S.

21 Ibid., et *In lib. IV.* Dist. XLIX. p. I. a. 1. q. T *ad are*

22 3. q. LXXVII, a. 5.

similitudinem gratiae ad similes actus in specie [23]

Hoc effato autem abutuntur ii, qui inde rebus naturalibus virtutem agendi denegant, quasi per earum actionem idem numero accidens de subiecto in subiectum migraret. At vero « non hoc modo dicitur corpus calidum calefacere, quod idem numero calor, qui est in calefaciente corpore, transeat ad corpus calefactum; sed quia virtute caloris, qui est in calefaciente corpore, alius calor numero fit actu in corpore calefacto, qui prius erat in eo in potentia [24] ».

16. Accidens non potest convenire alicui ut genus. Nempe respectu sui subiecti. E. g., color non est genus corporis. Potest vero respectu suorum inferiorum: sic enim color est genus respectu albi et nigri. Et quoniam genus de suis inferioribus aequali ratione praedicatur, ideo accidentia de suis inferioribus non dicuntur praedicari secundum magis et minus, sed hoc* modo de suis subiectis tantum praedicari possunt, quatenus haec magis vel minus illam formam participare possunt.

17. Accidens non potest corrumpere subiectum. Idest *efficienter;* nam subiectum corrumpitur, cum transmutatur, nempe cum propriam formam substantialem amittit, novamque adquirit; impossibile autem est accidens transmutare subiectum, quia formam substantialem in subiectum minime inducit. Sed potest accidens *dispositive* corrumpere subiectum. quatenus ipsum ad transmutationem, hoc est ad novam formam in se recipiendam disponit. IIoc modo febris pestilens corpus corrumpere dicitur: « Accidens non corrumpit subiectum effective. Posita enim qualitate, quae est necessaria dispositio ad formam ignis, scilicet calore in summo, removetur forma aeris [25] ».

18. Accidens praedicatur de subiecto. Intelligendum hoc est de accidente in concreto, ut album, nigrum, et de subiecto, cui inhaeret; recte enim dicitur: cycnus est al-

[23] *In lib. II Sent.,* Dist. XXVI, q. I a. 2 ad
[21] *Contr. Gent.,* lib. III. e. 69.
[25] S. Thom., *Quodlibet.* X, a. 4 ml 2.

bus. Insuper de accidente in abstracto et de subiecto, cui tribuitur, veluli generi inferiori; ut cum dicitur: color eel qualitas. Non item de accidente in abstracto et de subiecto, cui inhaeret; sic dici nequii: homo est sapientia. Cuius ratio est, quia disparatae species non possunt de se invicem praedicari, quemadmodum nec ea, quae generibus distant, cuiusinodi sunt homo et sapientia.

19. Accidens uni non est alteri substantia. Accidens et substantia, inquit s. Thomas, « non univocanlur in aliquo ». Ex quo « Commentator probat, quod calor non est forma substantialis ignis, quia in corporibus calefactis est accidens 26 ». Et sane, substantia ct accidens, *formaliter,* seu essentialiter sccum pugnant, et ideo id, quod est accidens, non potest esse substantia. Item, « quod in se est substantia, non potest esse accidens alicuius, quamvis coniunctio unius substantiae ad alleram possit esse accidens, ct sic una substantia alteri accidcntaliler advenire dicatur, sicut vestis homini 27 ». Accipiendum autem est hoc effatum: 1° de praedicato, quod in utroque univoce reperitur, quocirca, cum scientia Deo et hominibus univoce non tribuatur, in his est accidens, in Eo est substantia: 2° De accidente *praedicamentali,* prout distinguitur contra substantiam, nam id, quod est accidens logicum tantum et *praedicabile* respectu unius, potest esse substantia respectu alterius. Ita, cum dico, Animal est homo, *homo* accidit *animali;* ct cum dico, Petrus est homo, *homo* significat Petri essentiam, seu substantiam.

20. Accidentia mutant conditionem substantiae. o Subiectum acidentis secundum aliquod accidens alteratur 28 ». At vero, substantia quoad *esse* mutatur ab accidentibus, non vero quoad *essentiam;* sive enim calidus, sive frigidus sit Petrus, semper est animal rationale.

26 *In lib. II Sent.,* Dirt. XIII, q. I, a. 3 *sol.*
2T *In lib. Ill Sent.,* Dist. VI, q. III, a. '2 *sol.*
28 S. Thom., *Qq. dispp., De Ver.,* q. XIV, a. 7 ad 3. Hoc effatum enuneiavit etiam s. Augustinas iis verbis: « Aliae *(praeter Deum}* quae dicuntur essentiae, sive substantiae, capiunt accidentia, quibus in eis fiat vel magna, vel quanlacumque mutatio »; *De Trin.,* lib. V, c. 2, n. 3.

21. Accidentia speciei accidunt generi, non contra. Adnotaudum est, genus hie suini non in sua essentia speciatum, sive prout genus est, el a suis speciebus distinguitur, sed prout in singulis suis speciebus determinatum intelligitur; quo modo potest ei aliquid accidere, puta accidit animali esse in equo quadrupee, in homine bipes, lam, eum totum genus in qualibet specie, certo quodam modo determinatum inveniatur, necesse est ut quidquid accidit alicui speciei, id quoque generi accidere posse dicatur: quapropter, si concedatur aliquid esse accidens alicuius speciei, inde colligi potest illud esse accidens generis, cui illa species subiicitur. E. g., quia accidit homini esse bipedem, ideo animali quoque idem accidit. E contrario, id, quod accidens generis est, non invenitur in cunctis speciebus eius, quia cunctis speciebus alicui generi suhiectis commune est illud, quod vel essentiam generis constituit, vel ipsam necessario consequitur, sed non illud, quo essentia a genere denotata in tuiaquaque illarum determinatur. Quocirca dici non potest aliquid accidere alicui speciei ex eo tantum, quod accidit generi: quia fieri potest, ut in alia quidem specie, non vero in hac inveniatur. E. g., quia animal quadrupes est, non sequitur etiam homini advenire esse quadrupedem.

22. Actio fit per contactum, *vel* Non datur actio IN DISTANS 29.

23. Actio fit per contraria. Intelligitur proprie de agentibus, quorum unum alterum corrumpit, hoc enim fit per qualitates contrarias, puta ignis, quatenus calidus, expellit ex alio frigus. Quod si de agentibus, quatenus aliquid efficiunt, uti est, e. g., sol illuminans, praefatum theorema explicari velit, tum το *per contraria* sumendum est latiori sensu, prout nimirum agens non potest aliquam formam in aliud inducere, nisi istud illa careat; e. g., sol non nisi aerem tenebrosum illuminat; quando vero illud, in quod agens agit, perfecte simile ei fit, desinit actio 30.

29 Vid. *Nihil agit in distans* (litt. *N:* off. 14).

ao Vid. alud effatum, *Omne, quod fit, ex opposito fit,* seu, *Ex contrariis omnia fiunt* (litt. *C:* eff. 24).

Advertendum autem est satis esse, ut in agente virtualiter tantum sit illa forma, qua illud, in quod agit, caret, ha medicus agit in aegrotum non ratione suae sanitatis, sed quia virtute pollet gignendae sanitatis.

24. Actio infert passionem. Idest, non contingit aliquid agere, quin aliud re vel ratione distinctum patiatur. « Si actio, inquit s. Bonaventura, completur, infert passionem necessario 31 ». Quod explicandum est hunc in modum: Actioni transeunti passio proprie respondet, et quidem in alio, quod ab ipso agente distinguitur. .Hinc, ut s. Thomas ait, « invenitur calefactio actio et calefactio | passio, et similiter creatio actio et creatio passio 32 ». Passio autem, quae actioni immanenti respondet, vel consistit tantum in eo, quod ipsa in agente recipitur, qua ratione *intelligere* dicitur quaedam passio; quod profecto de actionibus Dei, qui per ipsam suam essentiam agit, dicendum non est: vel si proprio sensu accipiatur, ipsa huin?· modi non est, « nisi per modum significandi tantum; sicut cum dicitur aliquid sciri, non ponitur aliqua passio secundum rem in scito, sed solum quidam respectus ad scientem secundum rationem, qui per modum passionis significatur a Grammatico 33 ». Atque, ut exemplum as. Augustino allatum adhibeamus, « qui excnil..., si excutiat seipsmn, excutiens est, quia excutit se, et excutitur a se ». Idem dicatur de iis actionibus, quae non aliud exhibent, nisi ordinem originis unius ab alio; quocirca in Divinis ơ non ponuntur passiones, nisi grammatice loquendo, quantum ad modum significandi, sicut Patri attribuimus generare, Filio generari 35 ».

25. Actio non est in agente, seu in patiente. Intelligendum est non de actione imm/mente, sed de actione *transeunte.* lam, secundum aliquos, actio *transiens* ita in patiente esse dicitur, ut *originaliter,* sive ut in principio,

31 *In lib.* /Iz Sent., Dist. XII, p. 1, a. III, q. 2 *resol.*
32 *In lib.* / Sent., Dist. XL. q. 1, a. 1 ad 1.
33 *Ibid.*
3‘ *In Ps.* CXXF/, n. 10.
35 I, q. XLI, a. 1 ad 3.

a quo fluit, sit in agente, *subiective* autem, sive ul in subiecto, cui inhaeret, sit in patiente. Secundum, alios vero, forma, quae per actione efficitur, est in patiente, sed ipsa actio non nisi in agente, tamquam in subiecto, est; e. g., cum ignis agit in aquam, ut eam calefaciat, aliud eet actio ignis, aliud calor, qui per ignis actionem in aqua producitur: illa non in alio, quam in igne est, calor vero in aqua.

26. Actio non fit sine aliquo motu. Ipsa enim operatio dicitur *motus;* nam sicut motus est actus mobilis; ita actio est actus agentis 36. Tnde perspicitur istud effatum inlelligendum esse de motu late sumpto 37, nempe pro quacumque processione ab alio, quamvis non sit successiva; eunt enim aliquae actiones, quae *in instanti* ab agentibus procedunt, ut illuminatio solis 38.

27. Actio, quae efficienter procedit ab aliquo agente, non potest esse productiva illius. Ratio est. quia secus idem esset prius et posterius seipso secundum idem. At vero axioma inlelligendum est hunc in modum: Actio, quae efficienter procedit ab aliquo agente, non potest esse prima productio ipsius: potest tamen esse iterata eius productio, et quoad novum modum essendi. Licet enim idem non possit esse prius seipso; tamen potest aliquid tamquam primo productum esse prius seipso tamquam reproducto, seu tamquam producto quoad novu modum essendi. Quocirca, etsi transubstantiatio Eucharistica sit efficienter a Corpore Christi, seu ab Eius humanitate, uti ab instrumento Divinitati coniuncto, tamen potest Corpus Christi ex pane, et sub speciebus Eucharisticis per eam actionem produci. Nam Corpus Christi, ut primo productum, est prius seipso, uti reproducto sub novo modo essendi Sacramentali; unde idem non est prius, et posterius seipso secundum idem 39.

36 I, q. XVIII, a. 3 ad 1.
37 Vid *Motus: proprie acceptus · Improprie acceptus* (lilt. *M:* dist. 16).
38 Dc his vid. *Motus: instantaneus · Successivus* (Utt. *M:* dist. 18).
39 Vid. Gonct. *Manuale Thomistarum,* t. VI, tract. IV, c. IV, Ç 11.

28. Actio recipit magis et minus. Scilicet actio non secundum se, sed secunum formas, seu qualitates, per quas fit, recipit magis et minus. E. g., calefactio ignis vividior est, quam calefactio aquae calidae, quia calor ignis est vividior calore aquae. Hinc actiones, quae fiunt per qualitates, quae non suscipiunt magis et minus, puta generare, magis et minus non recipiunt.

29. Actiones sunt λ proportione maioris inaequalitatis, *seu,* Actiones fiunt a superante. Scilicet, cum patiens non nisi remotam potentiam ad recipiendam actionem, vel contrariam dispositionem habet, tunc actio non consequitur, nisi agens ea polleat virtute, ut obstacula, quae in patiente occurrunt, vincere possit. Hinc ferrum a debili calido non calefit; lapis non nisi per violentam actionem sursum movetur, etc. Item, quoties virtuti alicuius agentis contrarium agens obsistit, actio consequitur virtutem superioris agentis; prout istud virtutem alterius in se *reagentis* imminuit, atque impedit ne ulterius in se agat.

Ex hoc effato colligere licet infinitam esse virtutem creandi aliquid ex nihilo. Etenim, quemadmodum eo maior virtus in agente expostulatur, quo magis remota est in patiente potentia actionem illius recipiendi, ita maxima oportet ut sit virtus in creante, quia nulla est in nihilo potentia recipiendi *esse,* atque inter istud et illud infinita occurrit distantia.

30. Actiones sunt suppositorum. Hoc effatum sibi vult substantiam agere non posse, nisi assecuta sit sui complementum, seu subsistentiam. Neque id mere concomitanter, sed antccedenter, adeo ut prius sit rem subsistere, quam agere, siquidem oportet ut natura sit in suo esse completo, ac plene constituta, antequam operetur. Ex quo fit, ut actiones, aeque ac passiones, toti composito, seu individuo, non soli parti, quae actionem elicit vel patitur, tribuatur. Sic. corpore aegro, homo dicitur aegrotare, et, anima intelligente, homo dicitur intelligerc ‘°. Monendum tamen hic est

40 Quod haud latenter innuit b. Augustinus, ubi scribit: «Tria ista, memoria, intellectus et amor, mea sunt, non sua; nec sibi, sed mihi agunt; imino ego per illa. Ego enim memini per menul

subsistentiam non concurrere in effectum tamquam principium, quo operatio elicitur, constat enim huiusmodi principium esse naturam; sed tamquam terminans et perficiens naturam, ita ut haec efficiatur etiam principium quod operatur: unde actus sunt suppositorum non *elicitive* sed *denominative,* nempe actiones sunt suppositi, tamquam agentis *ut quod,* naturae vero, tamquam agentis ut *quo.* Sic homo ratiocinatur tamquam principium *quod,* anima tamquam principium *quo.*

Hinc in Christo, etsi una sit Persona, tamen, quia duae eunt naturae, Divina et humana, duae operationes agnoscendae sunt; siquidem principium, quo operatio elicitur, non persona est, sed natura. Attamen, quoniam una est in Eo Persona, nempe Verbum, unum est principium, *quod* illas elicit actiones; ex quo fit, ut operationes humanae Eius *theandricae,* seu *Dei-viriles dicantur,* quia participant virtutem Divinae operationis.

31. Actui repugnat accidere actum. Scilicet, actui *substantiali,* nempe illi, per quem res in sua specie constituitur, alius actus accidentalis advenire quidem potest, qui illam aliquo modo afficiat, puta humanitati doctrina, at numquam alius actus substantialis; siquidem unius rei non nisi unum esse potest *esse* substantiale.

Hoc effato omnes ii refutantur, qui animam intellectivam unicum in homine esse *actum substantialem* inficiantur.

32. Actus est qui separat et distinguit. Nomine *actus* hoc loco itVelligilur forma substantialis. Quare sensus praefati axiomatis est, actum, seu formam substantialem efficere, ut composita in certa specie constituantur, et ab aliis distinguantur. E. g., homo per animam rationalem quae est cius forma, a ceteris animantibus distinguitur 41.

33. Actus est perfectio potentiae. *Nempe* 1°: actus *entitativus,* seu res existons, est perfectio potentiae *obiectivae,* idest cius, quod nondum existit 12; 2°: Actus potentiae

riain, intelligo per intellectum, amo per umorem; *De Trin.*. lib XV, c. 22, n. 42.

41 Vid. *Forma substantialis* (litt. *F:* dist. 12).

42 Vid. *Potentia obiectiva - subiectiva* (litt. P: dist. 27).

passivae, per quam nempe ens constituitur aliquid recipiendi capax, est perfectio eiusdem potentiae passivae, siquidem haec potentia perficitur a suo actu; e. g., figura Caesaris actu in marmore insculpta perficit capacitatem marmoris ad illam figuram recipiendam; 3°: Actus potentiae *activae* potest significare vel eius *actualitatem,* eo modo, quo *esse* eet actualitas essentiae, vel terminum actionis, quae per illam exercetur. lam, si primo modo spectetur, actus est perfectio potentiae, siquidem, « potentia et habitus per operationem perficiuntur 43 1 »; quod tamen intelligendum non est do potentia, quae actualitatem non habet « *propter defectum susscipientis* »; unde si dicatur, quod « sol actu lucens potest domum illuminare, quae non est aperta, et domum apertam illuminat, nulla omnino notatur perfectio, quae non erat ante 44 ». Sin altero modo, actus non est perfectio potentiae; nam terminus actionis vel est extra potentiam, ut in actionibus transeuntibus, et sic illam intrinsecus perficere non potest; « non enim aliquid acquiritur igni ex hoc quod est calefaciens; sed calefacto acquiritur calor 45 »; vel si in ilia est, ut in actionibus immanentibus, perficit quidem ipsam, at non quatenus est potentia activa, sed quatenus velut potentia passiva spectatur, seu quatenus terminum illius actionis in sc recipit. Denique in *genere moris* actus est perfectior potentia, quatenus « praeeminet potentiae, ut dicitur in IX *Met.'.* Melius est bene agere, quam posse bene agere; et similiter vituperabilius est male agere, quam posse male agere 46 ».

34, Actus est prior potentia. Porro, 1°: actus est cognitione prior potentia; siquidem in cognitionem potentiarum devenimus per earum actus. 2C; Actus *secundum ordinem naturae,* seu secundum ordinem, quem natura intendit, est prior potentia, haec enim ad illum ordinatur. 3°: Actus non est *tempore* prior potentia; sed vel est posterior, vel simul cum ipsa existit. Etenim, quin dicamus de agentibus

41 *Contr. Gent.,* lib. I. c. 100, η. 2.
S. Bonav., *hi lib. I Sent.,* Dist. XVIII, a. I, q 3 «<! *are*
<'· S. Thom., *Qq. dispp., de Pot* "
46 1* 2», q. LXXI, a. 3 c.

voluntariis, in quorum polestate est eligere tempus, in quo effectum producant, actus est posterior potentia, cum haec per actionem successivam exercetur, vel cum agens naturale post aliquod tempus perfectionem virtutis naturalis ad agendum assequitur; sicut homo non a principio generare potest. E contrario, actus est simul cum potentia, si haec per actionem instantaneam exercetur, atque iam a principio expedita agendi virtute pollet. Quocirca potentia illuminandi in sole, calefaciendi in igne etc., simul cum actu est 47. At vero, si actus ct potentia in diversis inspicianlur, tunc actus semper est *tempore* prior potentia; nam id, quod est in ρo· tentia, non deducitur ad actum, nisi per aliquid iam existons in actu ‘8. Unde illud etiam intelligitur quod *actus,* seu substantia, quae sit *purus actus,* cuiusmodi est Deus, prior est quavis potentia.

35. Actus est ratio intellicendi 49.

36, Actus et potentia sunt eiusdem generis. Nempe, Γ: in eodem genere inveniuntur actus et potentia, ita ut illud, quod fuit in potentia, et nunc est actu, ad idem genus pertineant: c. g., homo in potentia et homo in actu. 2°: Quoniam unumquodque agit, prout est actu, et patitur, prout est in potentia, actus et potentia dicuntur esse unius generis, quatenus proprio agenti respondet determinatum patiens, ct vicissim. E. g., album non patitur a dulci, nisi per accidens, sed a nigro tantum 50. 3°: Actus et potentia, quae ordinantur ad componendum unum per *se,* sunt in eodem genere; e. g., materia et forma sunt in eodem genere ratione enlitatis; potentia cognitrix, et species, per quam aliquid actu cognoscit, sunt in eodem genere cognoscibili. 4°: Actus, ct potentia, quae ad illum per sc primo et principaliter instituta et ordinata est, ita ut ab ipso speciem suam accipiat, sunt eiusdem generis; puta potentia ordinata ad actum substantialem est substantialis, ad

47 Vid. s. Thom., I, q. Xl.ll, a. 2 c.
48 Contr. Genl., lib. II, c. 16, n. 10.
41 Vid. *Nihil cognoscitur, nisi secundum quod est in netu* (lilt. /V: eff. 18).
50 Qq. dispp., De Ver., q.‘VIH, a. 9 c.

accidentalem, est accidentalis; late nimirum sumpto nomine *generis* pro generalibus rationibus substantiae et accidentis; si enim actus sit de genere accidentis, satis est, ut potentia essentialiter ordinata ad talem actum et quae proinde ab eo determinatur, sit accidens, et non substantia.

Hoc effato utitur s. Thomas ad demostrandum potentias animae non esse idem, ac eius essentiam; cum enim actus et potentia ad idem genus referantur, sequitur, ut si actus nempe operatio animae, non est in genere substantiae, potentia, quae *dicitur ad illum actum,* nec etiam possit esse in genere substantiae, ideoque non possit esse animae essentia 8t.

Diximus autem illud intelligendum esse de potentia, quae *essentialiter* ordinata sit ad talem actum, siquidem nihil obstat, quominus res unius generis, seu *praedicamenti,* sit in potentia respectu alterius, quoniam, ut Caietanus adnotavit, « nullum praedicamentum est essentialiter in potentia respectu ad alterum 52 »; puta substantia est in potentia ad recipiendam quantitatem, quantitas est in potentia ad recipiendam qualitatem. Quam ob rationem s. Thomas ait: « Non oportet quod in eodem genere ponantur potentiae et actus 53 ».

37. Actus et potentia, *seu.* Ens actu f.t ens potentia SUNT idem. Scilicet non sunt idem *ratione formali,* sen quatenus eadem sit eorum notio, differunt enim ut ens *inchoatum,* et perfectum: sed idem sunt *realiter,* non enim differunt ut res et res, quia ens, quod nunc est actu, est illa eadem res, quae prius erat in potentia. Neque tamen sunt idem identitate *positiva,* quasi ens spectatum, prout est in potentia, sed sunt idem *negative,* quatenus non sunt duae res diversae speciei, e. g , homo, qui existit, et qui potest existere.

Ex his colligitur allato axiomati illud non obstare. *Actus et potentia sunt contraria,* beic enim actus, et potentia sub eorum formali ratione accipiuntur, et ideo sunt *contra-*

s» 1. q. IAXV1I, a. 1 c.
52 *hi loc. cit.* s. Thom.
53 *In lib. I Sunt.,* Dist. VII, q.], a. 2, ad 2

ria, scu *privative opposita,* siquidem potentiae notio privationem actus exhibet. Item, ne illud quidem obstat, *Actus et potentia differentiae sunt valde oppositae,* vel illud, *Actus non parum differt a potentia;* hoc enim vel significatur notionem actus a notione potentiae differre; vel per actum intclligitur *forma,* per potentiam autem *materia;* quocirca, cum materia et forma valde differant, etiam actus et potentia, hoc sensu accepta, valde sunt diversa.

38. Actus in bonis praeferendus est potentiae, non autem IN malis. Hinc melius est homini cognoscere, quam vim habere ad cognoscendum, Deum amare actu, quam posse amare, esse sanum actu, quam posse sanum evadere. Actus enim bonus potentiam in perfecto statu collocat. Contra, deterius est aegrum esse, quam posse in aegritudinem incidere. Circa quod effatum admonendum est ipsum accipiendum esse de tali potentia, quae possit accipere actus contrarios, quorum unus sit ipsi naturalis, alter violentus, vel repugnans perfectioni sibi debitae. Tunc quidem melius est potentiam carere utroque actu, quam habere repugnantem. Sic melius est ut aegrotus neque medicinam, neque venenum, quam ut solum venenum absorbeat. Hinc sensus illius effati est: Quando actus est alicui subiecto bonus, eiusque perfectioni confert, tunc melius est habere illum actum, quam posse tantum habere, seu illo carere. Quando vero actus non bonum reddit subiectuin, tunc melius est illum actum abesse.

39. Actus unus non est operativus alterius. Hoc effatum intelligcndum est tantum de actu, qui virtualiter alium non contineat; nam actus, qui virtualiter alium continet, potest efficere illum, quatenus movet et determinat potentiam ad hoc quod ex uno actu in alium, qui in illo continetur, prodeat. E. g.. in intellectu assensus praemissarum est causa assensus conclusionis, quae in illis virtualiter continetur; et in voluntate actus intentionis est causa electionis. Hinc s. Thomas actum charitatis assignat tamquam causam pacis et gaudii 51, et actum devotionis tamquam causam laetitiae 55.

51 2« 21", q. XXVIII a. 1 et XXIX, a. 3.
55 *Ibid.,* q. 1.XXXII, a. 1.

40. Actu et potentia virtuali idem simul esse non potest. De hoc infra, ubi de illo, *Quidquid movetur, ab alio movetur 56.*

41. Actu posito, tollitur potentia. Intelligendum est de potentia passiva; nam, cum actus est, aboletur potentia ad illuni actum; non item de potentia activa, quae semper remanet. Contra, *actu sublato, non tollitur potentia,* nam potentiae naturales, sive *aptitudines,* sunt adiuncta propria, quae ab essentia rei separari non possunt, earum vero exercitium, sive actusj est accidens, quod potest esse, vel abesse.

42. Addiscens artem operatur actionem artis sine arte. Quod ita explicat s. Thomas: « Quia potest homo in scientiae, et virtutis actum, antequam habeat habitum scientiae, et virtutis, quo adepto, perfecte operatur 57 ». Et quidem, si ita non se res haberet, non possent ipsae artes, et scientiae nostris actibus aquiri, nam saltem illi primi actus, quibus acquiruntur, non possunt ab arte procedere, siquidem generant illam.

43. Admiratio parit scientiam. Scientiae nomine hic intelligitur cognitio alicuius rei per eius causam. Tam admiratio scientiam parere dicitur, quia is admiratur, qui, cum in aliquod phaenomenon incidit, eius causam ignorat; unde, si ad hanc causam inquirendam accedit, et ideo scientiam illius rei sibi comparat, profecto ab admiratione excitatur 3S. Hinc s. Thomas: « Qui primi philosophati sunt, coeperunt philosophari propter admirationem alicuius causae 59 ».

44. Affirmatio est prior negatione. Etenim quod est. prius est eo, quod non est; sed affirmatio est, negatio vero non est, seu affirmatio dicit rem esse; est igitur affirmatio

38 Vid. lilt. *Q:* eff. 23.

57 *In lib. IX Met.,* lcd. VII. Vid. *Habitus generatur ex actibus* (Jitt. *H:* eff. 3).

38 « Diligit veritatem philosophus... Eius autem principium est admirari, ut dicit Plato in *Theateto* »; Clem. Alex., *Strom.,* lib. II, o. 9.

39 *In lib. I Ma.,* Icet. Ill, et *Contr. Gent.,* lib. Ill, c. 25, η. 8

prior negatione co. Qua in re illud observandum est, quod etsi in individuo, et in rebus singulis non ens sit tempore prius *ente, e.* g., Socrates prius non cuit homo, quam homo fieret; tamen in toto genere etiam ipso tempore *ens* est prius *non ente,* puta necesse fuit hominem esse, antequam Socrates esset; semper enim oportet aliquid actu esse, quod illud, quod potestate est, ex potentia in actum reducat 60.

45, Acens ex tota potentia producit optime. Distinguendum est hoc modo: « Agens ex potentia tota quoddam agit secundum impetum, quoddam secundum arte et sapientiam. Et quod secundum impetum agit, facit quanto melius potest. Quod agit secundum artem et sapientiam, agit quantum vult, et quantum congruit, salvo ordine, quia sapientis est ordinare. Ideo quaedam facit bona, quaedam optima 62 ».

46. Agens omne agit in quantum est actu. Nomine *actus* significatur vel *existentia rei;* et sensus axiomatis est, nullam operationem posse fluere ab co quod nondum existit, siquidem principium *activum* alicuius rei sibi vult, ut iam actu sit. Hinc s. Thomas: « Omnis actio causatur ab aliquo existenle in actu, quia nihil agit, nisi secundum quod est actu 6364. Hinc etiam: « Nihil potest per se operari, nisi quod per se subsistit, non enim est operari, nisi entis in actu 61 »: Vel *forma;* et sensus exiomatis est, nullam operationem posse alicui tamquam sibi propriam, et immediate ab eo procedentem convenire, nisi per aliquam formam in ipso existentem, nempe nisi ah aliquo principio ipsi intrinseco proficiscatur. « Forma propria, ait s. Thomas, est in qualibet re operationis propriae principium 65 ». E. g., ignis per calorem, cx quo est actu calidus, calefacit °0. Actio enim, quae ab exteriori principio proficiscitur, non tamquam illi

60 Vid. *Negatio reducitur ad genus affirmationis* (lilt. /V: eff. 13).
81 Cf. lilt. *A:* eff. 34.
62 S. Bonav., *In lib. I Sent.,* Disl. XLIV, a. 1, q. 2 *ad arg.*
el 1· 2»“, q. LXX1X, u. 2 c.
64 I, q. LXXV, a. 2 c.
«s *in lib. IP Sent.*. Disl. XI.1X, q. I. a. 1, sol. 1 c.
86 *Qq. dispp.,* q. un. De *Sp. ct.*. a. 2 c.

propria assignatur, sed tantum quatenus movet aliud ad operandum; e. g., calefacere ferrum est operatio propria ignis, non autem fabri, nisi quatenus ipse utitur igne ad calefaciendum ferrum °7.

Ex huius effati explicatione illud etiam intelligitur:

Omne agens agit per sitam formam. Ratio autem, ob <piam dicatur per formam *suam* ita traditur ab eodem Aquinate: « Omnis actio cuiuscumque rei est per formam naturae illius rei. Nam etsi sint formae aliquae accidentales principia actionum alicuius rei, oportet quod huiusmodi actiones reducantur, sicut in primum principium, in formam specificam illius rei agentis, sicuti actio caloris ignis reducitur, sicut in primum principium, in formam substantialem ipsius, quae est etiam principium omnium accidentium propriorum ignis 6S7 ».

47. Agens omne agit propter finem 6970

48. Agens patiente est nobilius. Ubicumque enim est *passio,* ibi et imperfectionem adesse certum est, quia passio in rebus invenitur, prout sunt in potentia et per actum disponuntur ad sui perfectionem; actio autem est agentis perfectio. At notandum est: 1° hoc effatum veritate gaudere, prout agens uti agens, atque ratione illius qualitatis, per quam agit, spectatur; e. g., ignis, qui in corpus humanum agit, non est eo. nobilior, nisi quatenus est actu calidus. « Quia lapis, inquit ad rem s. Bonavenlura, laedit pedem, non oportet, quod lapis sit nobilior pede, sed sufficit, quod excedat in aliqua conditione, sicut in duritie, et soliditate ‘° ». 2° Quoniam effectum proportionem habet cum causa principali, non vero cum instrumental], non oportet, ut agens instrumentale sit nobilius, eruam patiens. 3° Agens est nobilius patiente, si circa idem subiectum spectentur: nam, si ad diversa referantur, passivum potest esse nobilius activo. E. g., « intellectus est vis passiva respectu totius entis universalis; vegetativum autem est activum respectu cuius·

67 Vid. 3% q. XIX, a. 1.
6S Passim.
09 Vid. *Finis* movet efficientem* (lilt. *F:* eff. 7).
70 *In lib· III Sent*,* Dist. Nλ L u 1, q. 1 *ad arg.*

dam entis particularis, scilicet corporis coniuncti. Unde nihil prohibet huiusmodi passivum nobilius esse tali activo [71])).

49. Acens unum, jn quantum est unum, immediate NON PRODUCIT, NI«I UNUM: *SOU,* IDEM SEMPER FACIT IDEM. Sensus huius effati hic est: Unum et idem agens naturale, nempe agens, quod agit sua naturali vi, non vero ex consilio, et deliberatione, idem agit, non quatenus non potest plura facere, sed quatenus non potest facere contraria. E. g.. ignis calefacit, exsiccat, illuminat; at non frigefacit, humcctat, obscurat. Ex quo patescit, aptandum esse huiusmodi effatum solis causis naturalibus, hae enim sunt ad unum oppositorum determinatae; quod enucleabimus in illo: *Natura est determinata ad unum;* non vero causis, quae libere agunt, hae enim vim habent agendi diversa, imo et opposita; e. g., Petrus ambulare potest, aeque ac quiescere: amare, aeque ac non amare, vel etiam odisse Antonium. « Ab uno naturali agente, ail s. Thomas, non est immediate, nisi unum; agens autem voluntarium diversa producere potest: quod ideo est, quia omne agens agit per suam formam; forma autem naturalis, per quam naturaliter aliquid agit, unius una est; formae autem intellectivae, per quas aliquid voluntate agit, sunt phires [72] ».

Hinc *debile fundamentum,* ut idem sanctus Doctor inquit, *habet* Neopla Ionicorum opinio, qui « posuerunt a primo Principio, quod Deus est, eo quod est unum, et simplex, non potuisse plura prqdire, eo quod idem natum est facere idem ». Etenim « in naturalibus agentibus actio sequitur ex necessitate formae, unde secundum unitatem formae oportet esse unitatem in effectu; sed in Divinis actio sequitur intellectum, et ideo secundum quod diversa ab uno possunt intelligi, ita diversi effectus ab uno immediate procedere possunt, et secundum hoc multitudo a Deo processit, prout se intellexit ut ideam plurium, idest ut participabilem diversimoda imitatione [73] ».

·' I, q. LXXIX, a. 2 ad 3.
72 Comp. Theol., c. XCVI.
" Jn lib. II Sent., Dist. XVIll, q. II, a. 2, *sol.*

Insuper adnotanduin est: 1° causas naturales per *se* non nisi idem agere posse, at *per accidens* posse etiam diversa agere; e. g., frigus hieme calefacit *per accidens,* quatenus impedit, quin calor a corpore effluat: « Contrarium quan doque per accidens est causa contrarii, sicut frigidum quandoque calefacit, ut dicitur in VIII *Physic.;* et similiter tristitia per accidens est delectationis causa, in quantum fit per eam apprehensio alicuius delectabilis 74 ». 2° Causam tunc idem agere, cum eadem manet, nec ullam habet diversitatem in se. « Idem, inquit B. Alb. M., eodem modo se habens, non facit diversa 7576. E. g., ignis semper calefacit, pulmo sanus semper facit bonum sanguinem; at si causa diverso modo affecta sit, aliterque disposita, tunc mutantur effecta; e. g., pulmo male affectus non gignit bonum sanguinem. Quocirca « nihil prohibet idem secundum diversa esse causam contrariorum 70 ». Idem evenit, si mutetur, aut aliter disponatur materia subiecta; hac enim mutata, mutantur et actiones, quia, ut inferius explicabitur, *quidquid recipitur, ad modum recipientis* (idest subiecti patientis) *recipitur.* Hinc unus idemque sol simul liquefacit ceram, et indurat lutum; tepidum infrigidat calidum, et calefacit frigidum, quia comparatione calidioris tepidum est frigidum, respectu vero frigidioris est calidum 77. « Idem manens idem natum est facere idem: Dicendum quod habet veritatem de eo, quod naturaliter inclinat tam ratione sui, quam ratione sibi adiuncti; et hoc respectu eiusdem obiecti. Nam secundum diversitatem obtectorum fit diversificatio operationum, unde sol amplius illuminat crystallum, quam illuminet

74 1‘ 2»% q. XXXII, a. 4 ad 1.
75 De *anim.,* lib. I, tract. II. c. 15.
76 1‘ 2*·, q. XXXII, a. 3 ad 2.
77 « Idem autem fit causa contrariorum, quod aliquando accidit propter ipsius causae magnitudinem, ac vim. Aliquando autem ob eius, quod patitur, apliludinem. Ob certam quidem vim eadem chorda, quatenus intenditur, aut remittitur, acutum aut gravem edit sonum: ob aplitudinem autem eorum quae patiuntur, mei quidem sanos dulcedine afficit, amarore autem eos qui febre laborant; el unum et idem vinum alios quidem ciet ad iram, alios vero exhilarat; et idem sol ceram quidem liquefacit, lutum autem exsiccat »; Clem. Alex., *Strom.*. lib. VIII. η. 9.

lapidem, vel lignu [78] ». Monente autem Aquinate, effectui diversi, qui ab unica facultate operandi producuntur, ad unicum eius obiectum formale revocantur: « Contingit. quod per unam suam virtutem res aliqua potest inducere diversos effectus, sicut ignis per suum calorem liquefacit, el coagulat, et mollificat, el indurat, et comburit, et denigrat 79 8 ».

50. Anima est species specierum, seu forma formarum. Hoc de anima humana enunciatur, tum quia prae caeleris animarum speciebus eminet; tum quia est forma formarum intelligibilium, scilicet *receptive,* siquidem in se recipere potest species intelligibiles omnium rerum. Quare anima dicitur esse « quodammodo omnia per assimilationeni ad omnia 80 », atque huiusmodi est *ratione possibilitatis et suscipientis* 81 ; siquidem « intellectus agens non est actu plene respectu omnium, quia non est plene agens, et ideo indiget iuvari a cognoscibili ad hoc, quod fiat in actu 82 ».

51. Appetitus est ratione carentiae. « Appetiius. ait s. Thomas, proprie est rei nondum habitae 83 ». *Proprie* quidem nam si appetitus fastidium excludat, atque solam affectus intensionem significet, etiam illud, quod perfecte habetur, desiderari dicitur. Hoc modo de Angelis, qui perfecte Deum cognoscunt, et delectantur in Ipso, dicitur quod desiderant Eum cognoscere 84.

52, A SENSU DISTRIBUTIVO AI) COLLECTIVUM NON VALET ILLATIO. Scilicet a partibus seorsum sumptis ad totum non valet consecutio. Quod quidem verum est, si agatur de praedicatis accidentalibus, non autem si de praedicatis essentia-

78 S. Bonav., *In lib. Ill Sent.,* Diet. XXIX, a. 1, q. 1 *ad arg,*
79 *Qq. dispp., De Pot.,* q. Vil, a. 1 ad 1.
80 S. Bonav., *hi lib. 1 Sent.,* Dist. Ill, p. 1, a. 1, q. 1 *ad arg.*
81 *In lib. 1 Sent.,* Dist. XIX, p. 1, dub. 8.
82 *In lib. Il Sent.,* Dist. VII, p. 1, a. 1, q. 3 *ad arg.*
83 *In lib. I Sent.,* Dist. XLV, q. 1, a. 1 ad 1. « Bonum expecla-Ium gignit cupiditatem »; s. Ioann Datnaec., *De Fide Orth.,* lib. II, c. 12. «Omni·, quod desiderium nostrum fugit, cupiditatem exercet »; i. Greg. Nazianz., *Orat.* XVI.
84 I *Petr.,* c. 1, v. 12.

libus, quae naturam, et essentiam attingunt. Valel enim isu illatio: quilibet lapis est ens corporeum; ergo tota lapidum moles est corporea. Pariter: Quilibet homo est rationalis; ergo tota hominum collectio est rationalis. Ratio est, quia praedicata accidentalia et quant>tativa partibus conveniunt praecise, ut partes sunt, seu quatenus *distributive* sumuntor, et seorsim a se invicem spectantur; unde nihil mirum, si ab illis ita spectatis ad totum ipsum consecutio non sit legitima; e contrario, praedicata essentialia conveniunt et partibus et toti, sive *distributive,* sive *collective* sumantur.

B

Distinctiones.

1, Bonum: entitative - naturaliter - moraliter. *Bonum entitativum,* seu *in genere entis* dicitur quidquid, prout actu habet *esse,* spectatur. Hinc hujusmodi bonum *transcendentale.* etiam appellatur, quia cuilibet generi entium convenit; nam cum absolute melius sit *esse,* (piam *non esse,* hoc ipso quod ens est, habet aliquam perfectionem, per quam est appetibile, ac proinde est bonum, siquidem bonum est ipsum ens, prout ad appetitum refertur. Hanc ob rationem bonum et ens dicuntur osse idem secundum rem, vel *bonum et. ens converti,* vel *bonum esse passionem entis.* - *Bonum naturaliter* vel huiusmodi est *simpliciter,* et dicitur quidquid habet *plenitudinem essendi sibi convenientem,* seu in quo nihil eorum desideratur, (piae ad cius naturae integritatem requiruntur; vel *secundum quid,* et dicitur illud, cui decst aliquid *ad plenitudinem essendi debitum;* e. g., homo caecus est naturaliter bonus *secundum quid,* siquidem *habet de bonitate quod vivit, et malum est ei, quod caret visu x.* [1] Denique bonitas *moralis,* vel *in genere moris* spectat ad actiones libere institutas secundum regulas rectae rationis.

2. Bonum: honestum - utile - delectabile. *Bonum honestum* est quod appetitur per se, nempe propter convenientiam, quam habet, cum ratione, e. g., virtus. - Bonum *utile* est quod appetitur, prout est medium ad alterum bo-

[1] Vid. s. Thom., 1* 2a0, q. XVIII, a. 1 c.

num adipiscendum, ‹·. g., cibus respectu vitae. Id autem, « quod terminat motum appetitus, ut quies in re desiderata, est delectatio 2 ». Iain: 1° bonum, quod sccuudum se honestum est, ad aliud referri potest, c. g., virtus ad felicitatem : quocirca honestum potest rationem utilitatis participare. 2° Honestum est naturaliter homini delectabile; siquidem honestum, seu « quod est secundum rationem ordinatum, est naturaliter conveniens homini: unumquodque autem naturaliter delectatur in suo convenienti; ct ideo honestum est naturaliter homini delectabile ». E contrario, « non omne delectabile est honestum, quia potest etiam aliquod conveniens esse secundum sensum, et non secundum rationem, sed hoc delectabile est praeter hominis rationem, quae perficit naturam ipsius 3 ».

3. Bonum: in omni genere - in aliquo genere. *Bonum in omni genere* est illud, in quo sicut *esse,* ita ct bonitas est ipsa cius essentia, ac proinde quidquid enlilalis, et bonitatis esse potest, in ipso absque ullo limite invenitur. Eiusmodi est solus Deus, qui propterea *summum bonum,* vel bonus *per essentiam* appellatur. - *Bonum in aliquo genere* dicitur de creaturis, quarum unaquaeque tantum bonitatis habet, quantum genus, quo continetur, expostulat. Hinc creaturae vocantur bonae *per participationem,* quia bonitas non est ipsa earum essentia, sed illam participant a Deo, tamquam *principio effectivo, exemplari, et finali* lotius bonitatis 4.*

4. Bonum: absolute - relative. 1° Dicitur aliquid *absolute* bonum, prout in seipso spectatur. Hinc vides bonum absolutum hoc loco non intelligi illud, quod omnibus modis est bonum, sed illud, quod est bonum, prout considerat secundum suam naturam ‘. - Dicitur autem aliquid *relative* bonum, prout ordinem habet ad illos, quos perficit, et a quibus appetitur. Exinde colligitur aliquid in se absolute bonum posse uni esse bonum, alteri malum, puta medicina est noxia homini sano, congrua aegro. Ita etiam divitiae sunt aliquid absolute bonum, sed tamen relatae ad homines, qui cis possunt bene vel male uti, possunt esse bonae, vel malae °. 2° Actiones humanae habent bonitatem *absolutam,* prout sunt actiones, quia « quantum habent de actione et entitate, tantum habent de bonitate 7*»: *relativam,* prout considerantur obieclum, adiuncta, ct finis, a quibus carum bonitas pendet.

5. Bonum: subiectivum - obiectivum. *Bonum subieclivum* est illud, quod intrinsecus homini inhaerere potest \ *Bonum obiectivum* est illud, circa quod facultates hominis versari possunt. Hinc summum bonum hominis *obiective* est infinitum, siquidem, cum voluntatis obieclum sil bonum universale, ipsa ad illud bonum ferri potest, in quo ratio boni perfectius repcrilur, scilicet in Deum: *subiective* autem est aliquid finitum, quia nihil infinitum homini inhaerere potest: ac proinde Deus non nisi finito modo potest ab homine possideri.

8. Bonum: proprie - transemptive. *Proprie bonum* dicitur quod vere bonum est et perfectum; dicitur autem aliquid bonum *transumptiva,* secundum quamdam similitudinem, eo quod est in malitia perfectum, sicut dicitur· bonus latro, vel perfectus latro. Hoc sensu prudentia quandoque ponitur pro *astutia,* secundum illud Luc. c. XVI, v. 8: *Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis sunt 9.*

7. Bonum: verum - apparens. *Bonum verum* dicitur quod in se tale est. *Bonum apparens,* quod, cum in se malum sit, apprehenditur tamen uti bonum, e. g., vindicta. Hinc bonum *verum* habet ordinem ad principale bonum,

2 1, q. V, a. 6 c. « Honestum dicitur, quod propter seipsum appetendum est; utile autem quod ad aliud aliquid referendum est»; S. Aug., *Qq. octoginta tres,* q. XXX.

3 2' 2M, q. CXLV, a. 3 c.

1 1, q. VI, a. 4 c. « Aliud, aiebat s. Augustinus,... bonum, quod summe ac per se bonum est, et non participatione alicuius boni, sed propria natura ct essentia; aliud quod participando bonum et habendo; habet autem de illo summo bono ut bonum sit, in se tamen manente illo, nihilque amittente «: *De mor. Man.,* lib. II, c. 4, ɳ. 6.

5 Vid. lilt. *B:* di8t. 1.

6 2» 2ao, q. LVIII, a. 10 ad 2.

' In 2ac, (I. XVIII, a. 4 c.

8 Ibid., q. II, a. 8 ad 3.

9 Vid. s. Thom., 2a 2ac, q. XCII, a. 1 ad 1.

quod est ultimus finis. Bonum autem *apparens, abducit a finali bono* 10. Ex his intclligitur bonum intentum a natura esse semper bonum verum, quia opus naturae dirigitur in finem suum ab intclligcntia non errante; quocirca appetitus naturalis semper respicit bonum verum. E contrario, agens voluntarium dirigitur a ratione, in cuius iudiciis error permisceri potest, ac proinde potest indicare uti bonum, id quod reipsa malum est 11.

B

Effata.

1, Bona non sunt facienda, ut veniant mala. Huius explicatio perspicue traditur a s. Thoma iis verbis: « Si illud *ut* teneatur causaliter, est omnino verum; peccaret enim si quis ea intentione aliquem ad intrandam religionem induceret, ut apostataret. Si vero illud *ut* teneatur consecutive, sic ab omnibus bonis esset abstinendum, quia vix sunt aliqua humana bona, ex quibus occasionaliter non possent sequi aliqua mala... Tunc autem solum aliquod bonum esset praetermittendum propter consequens malum, quando malum consequens esset multo maius, quam bonum, et ut frequentius accideret l ».

2. Bonitas essentialis rei melior esse non potest; accidentalis vero Sic. Bonitas essentialis unius rei melior, quam bonitas alterius rei esse potest; naturas enim rerum alias aliis perfectiores esse non repugnat. Quocirca *effatum*

10 2» 2‘‘, q. XXIII, a. 7 c.

11 «Quisquis appetit quod appetendum non erat, tametsi id non appeteret, nisi ei videretur bonum, errat tamen»; S. Aug., *De lih. arb.,* lib. II, c. 9, n. 26.

l *Quodlib.* Ill, a. XI ad 5.

de bonitate essentiali cuiusque rei inlelligendum est. Ne pc si bonitas, quae ad alicuius rei essentiam spectat, puta, esse praeditum ratione in homine, melior esse posset, non amplius illa res, sed alia prorsus diversae speciei existeret; sicut si quaternario munero alia unitas adderetur, alius numerus, non quaternarius existeret. Idem de bonitate accidentali inlelligi nequit, quippe quae est extra essentiam rei [2].

Ex hoc effato infertur: 1° Deum unicuique rei maiorem bonitatem accidentalem conferre potuisse; 2° quoad bonitatem essentialem, Deum qualibet re creata meliorem aliam rem facere potuisse; non tamen ut haec, vel illa res maioris sit bonitatis [3][4].

3. Bonum additum bono facit maius. Inlelligendum est, prout quodlibet bonum per participationem ex additione alterius fit melius; e. g., si quid calidum alii calido addatur, fit magis calidum. At bonum per essentiam ex additione boni per participationem non fit melius, siquidem bonitas huius in bonitate illius continetur: « Quando unum illorum bonorum est improportionatum ad aliud, tunc non addit, ut faciat illud melius ' ». Quocirca Deus, qui est ipsa essentia bonitatis, ex nullius boni creati additione fit magis bonus 5. Et sane « tota ratio omnium bonorum est in Deo; unde et Ipse dicitm omne bonum: unde non potest sibi fieri additio alicuius boni, quod in Ipso non sit 6 ». In *moralibus* autem bonum additum bono facit maius bonum, dummodo, quemadmodum monuit s. Bonaventura, illa additio fiat, « salvo ordine; cum enim bonitas necessa-

2 Vid. s. Thom., 1, q. XXV, a. 6 c.
3 Vid. *In lib. 1 Sent.,* Dist. XLIV, q. 1, ad 1 *sol.*
4 S. Bonav., *In lib. Ill Sent.,* Dist. IX, dub. 3.
5 S. Thom., 1· 2no, q. XXXIV, a. 3 ad 2.
6 *In lib. Hl Sent.*. Dist. VI, q. II, a. 3 ad 1. « Porro, cum perfectio Dei in eo sit, quod idem ipsum est, propterea non auget Eum id, quod alterius est. Et quemadmodum unitati id nihil confert ad perfectionem eius, quod principium sit numeri; nam etiamsi principium non esset, perfecta tamen esset, et, cum principium eius facta sil, non aucta tamen est; sic Deus quoque ante creationem perfectus erat, et post creationem auctus non est»; S. lustin., *Quacst. et Resp. ad Orthod.,* q. CX1II.

Γἳυ ponat ordinem, si additio boni ad bonum tollat ordinem, bonum non auget, sed potius perimit ». Qua ratione ostenditur vi huius axiomatis illud minime consequi, voluntatem eo meliorem esse, quo plures sibi praestituit bonos fines principales. Nam « pluralitas finium principalium ordinem non servat, quia secundum rectum ordinem status debet esse in uno, et unicum debet esse ultimum; hinc est quod pluralitas finium principalium bonitatem voluntatis non auget, sed potius ipsam voluntatem depravat, quia dum vul placere uni. displicet alteri, et dum vult assequi unum, perdit reliquum 5 ».

4. Bonum commune melius est bono privato. Ratio est, quia bonum particulare ordinatur in bonum commune, sicut in finem, siquidem « esse partis est propter esse lotius, unde et bonum gentis est divinius, quam bonum unius hominis 8*». lam hoc effatum intelligendum est, quatenus bonum commune, el privatum ad idem spectant genus, secus enim fieri potest, ut bonum privatum sit melius secundum genus suum, e. g., « virginitas Deo dicata praefertur foecuuditati carnali ° ».

5. Bonum quanto communius, tanto divinius Hoc effatum « veritatem habet de communi secundum participationem unius et eiusdem rei secundum numerum. Quod enim est communius isto modo, est divinius; sicut divina Natura est communis omnibus, in quantum omnes ipsam secundum aliquam similitudinem participant. Non autem habet veritatem de communi secundum praedicationem: quomodo bonum corporis est communius, quam bonum spirituale hominis 10 ». Hae ratione cavillatio illa dissolvitur, qua felicitatem hominis in bono corporeo, potius quam in spirituali sitam esse ita arguitur: *Bonum, quo commit' nius, eo divinius, Ergo si bonum corporis est communius quam quodeumque aliud bonum spirituale hominis,* seqni-

ln lib. Il Sent., Dist. XXXVIII, a. 1, q. 3 *ad are.*
8 *Contr. Gent.,* lib. HI, c. 17, η. 5.
0 2' 2'°, q. CUI, a. 4 ad 1.
10 Vid. Ferrariens., *In lib. Ill Contr. Gerit.,* c. 32.

tur quod sit divinius et *sic magis in ipso consistit felicitas, quam in bono spirituali* ***u****.*

6. Bonum cuiuslibet creaturae consistit in modo, specie, et ordine. Hoc effatum oritur ex eo, quod bonum fundamentum habet in perfectione: siquidem bonum dicitur ens, prout est appetibile, appetibile autem non nisi, quod perfectum est, esse potest. Porro, quoniam rei perfectae nihil deest eorum, quae ad cius integritatem requiruntur, necesse est ut ipsa habeat propriam formam, per quam est, nec no.n ea, quae* formam antecedant, vel consequantur oportet. Iain illud, quod formae constitutionem antecedit, est determinatio, seu mensura principiorum, ex quibus efficitur; nam res creata quidquid recipit, secundum naturam suam, hoc est naturae suae *commensuratum* recipit. Uniusmodi commensuratio significatur per *modum,* siquidem *mensura,* aiente s. Augustino; *omni rei modum praefigit* 12. Ipsa forma est species, quia per formam unumquodque in sua specie constituitur. Denique illud, quod formam consequitur, est inclinatio in aliquid sibi conveniens, et ad illam pertinet *ordo.* Itaque bonum eo ipso, quod in perfectione fundamentum habet, consistit in *modo, specie,* et *ordine* 1:. Dicitur autem *bonum cuiuslibet creaturae,* quia, ut s. Thomas advertit, « habere modum, speciem» et ordinem perlinet ad rationem boni causati: sed bonum in Deo est sicut in causa: unde ad Eum perlinet imponere aliis modum, speciem, et ordinem 11 ».

7, Bonum est diffusivum sui. Idest ad rationem boni perlinet, ut se cum aliis communicet, eodem modo, quo ad rationem finis pertinet movere 1'. Id palet ex naturali inclinatione, qua res in se mutuo agunt, et alias sibi assimilate nituntur, ita ut cum non possint suam individuam bonitatem cum aliis communicare, saltem bonitatem eiusdem

11 Vid. s. Thom., *In lib. IV Sent.,* Di-t. XLIX. q. I. a. 1. so'. 1 ad 3.
De Gen. ad lit., lit». IV, c. 3, n.
13 I, q. V, a. 5 c.
Ibid., q. VI. a. 1 ad
15 Vid. s. Thorn., 1. q. V, a. 4 ad 2.

speciei cum eis participent. Ita ignis in ignem alia corpora convertere nititur. Atque « quanto aliquid invenitur melius, tanto ad remotiora bonitatem suam diffundit 10 ». Monente autem s. Bonavcntura, « diffusio dupliciter potest esse a bono, aut per modum multiplicationis, sicut calor vel lumen dicitur se diffundere; aut per modum utilis operationis, per quem modum dicitur bonus homo bonitatem suam diffundere, dum adhuc operatur, ct laborat, ut alii bonitatem non ab ipso sed a Deo suscipiant lz ». Cave tamen, ne ab illo effato inferas Deum, qui est ipsa bonitas necessario debuisse producere creaturas, in quas bonitatis suae divitias effunderet; « cum enim, apposite inquit Sylvius, dicitur, quod bonum sit sui diffusivum, non significatur, quod actu se debeat alii communicare, sed quod possit 16 »; siquidem exercitium illius communicationis a Dei sapientia et voluntate regitur. Hinc s. Bonaventura: « Bonum summum summe se diffundit; dicendum, quod verum est de diffusione naturali, sed de voluntaria, sive a proposito non est verum. Primo modo est diffusio in processione Personarum, secundo modo, in productione creaturarum 19 ».

8. Bonum est ex integra causa, malum ex quovis defectu. Seu, ut a s. Thoma exponitur 20: *Quilibet singularis defectus causai malum; bonum autem causatur ex integra causa.* Etenim « aliqua operatio non perficitur, nisi omnibus causis concurrentibus; impeditur autem operatio, si quodeumque eorum, quae sunt ad operationem necessaria, impeditur 21 ». Sane actio voluntatis morali bonitate non pollet, nisi et cius obiectum, et adiuncta, et finis bona sint; e contrario absolute mala est, cum una tantum ex parte bonitas decst. Hinc idem actus voluntatis non potest simul diversam induere speciem moralitalis, e. g., esse bonus ex obiecto, ct malus ex fine: « Cum aliquis vult dare eleemosynam propter inanem gloriam, hic est unus actus voluntа-

16 Contr. Gent., lib. Ill, c. 24.
17 In lib. II Sent., Dist. X, a. 11, q. I, *ad are.*
18 I, q. XIX, a. 3.
10 In lib. I Sent.. Dist. XLIV, a. I, q. 2 *ad arb*
2" P 2le, q. XVIII, a. 4 ad 3.
21 *hi lib. IV Sent.,* Dist. XLIX, q. Ill, a. 3, *sol.* 3 ad 3.

tie, ct hie actus lotus malus est, licet non ah omni co, quod in eo est, malitiant habeat 22 »; item non potest esse malus ex obiecto, ct bonus ex fine, ut cum quia furatur ad dandam eleemosynam; malitia enim desumpta ex fine operantis totum artum inficit, et cius bonitatem destruit. Hinc idem s. Thomas: « Sive voluntas sit eius, quod est secundum se malum, ct sub ratione boni, sive sit boni sub ratione mali, semper voluntas erit mala 23 ». Itaque cum « malum sit omnifarie, et bonum uno modo, non sequitur quod, si defectus alicuius rei (e. g., *bonae intentionis)* sufficit ad faciendum malum, positio eius sufficiat ad faciendum bonum 21 ». Quod effatum etiam in naturalibus obtinet. Sic iurc dicitur sanus, qui nullo prorsus corporis vitio laborat; contra, insalubris, qui vel unius humoris perturbationem patitur.

Ex hoc effato aliud sequitur, nempe: BONUM DIFFICILIUS CONSTITUITUR, QUAM malum. Nam « malum ex pluribus causis contingere potest, quam bonum; non enim bonum consistit, nisi omnia, quae ad perfectionem rei exiguntur, conveniant; quodeumque autem eorum subtrahatur, ratio mali incidit 25 ».

9. Bonum est naturaliter prius malo. Cuius rei ratio est, quia malum est privatio boni. At vero, cum bonum habeat rationem finis, ct finis, uti alibi dicemus, sit *prior in intentione, posterior in exeeutione,* monet s. Thomas bonum hac ratione spectatum osse quidem prius malo in *intentione,* ita ut, quia bonum quaeritur, ideo malum refugiatur; esse tamen posterius *in exeeutione,* quatenus natura incipit ab imperfectioribus, deinde devenit ad perfectum 2(1.

10. Bonum est potentius malo. Idest, maior bono vis ineat, ut illud appetamus, quam malo, ut illud aversemur. Ratio est, tum quia bono nihil mali admisceri potest, cum

22 *hi lib. II Sent.,* Dist. XXXVIII. q. I, a. 4 ad 4.
23 F 2ao, q. XIX, a. 7 ad 3.
24 S. Bonav., *hi lib. HI Sent.*. Dist. XL, a. 1, q. 1 *ad arg.*
25 *In lib. II Sent.,* Dist. XXXV, q. I, a. 3 ad 4.
26 F 2M, q. XXV, a. 2 c-

c contrario in malo aliquid boni inveniatur, tum quia malum non agit nisi in virtute boni. Hinc magis appetitur delectatio, quam tristitia fugiatur 2T.

*11, Bonum est quod omnia appetunt; malum id quod omnia fugiunt. Sane, solum bonum huiusmodi est, ut appetitui conveniat. Nam nulla res potest sibi adversari, et seipsam destruere, hinc quaelibet res non potest inclinare, nisi in id, quod est sibi consentaneum, seu quamdam similitudinem cum ipsa habeat, ideoque sit quoddam ens; omne autem, quod est, quatenus tale, est bonum. Id ab experientia confirmatur, qua in dies edocemur omnia propendere ad id, quod sibi bonum est, aut saltem bonum apparet Iam hoc effatum, ut Aquinas docet, intelligendum est non solum dc iis, (piae cognitione pollent, ideoque bonum apprehendere valent, sed etiam dc iis, quae cognitione carent. Haec enim naturali appetitu tendunt in bonum, quatenus ab aliquo cognoscente moventur in bonum, scilicet ex *ordinatione Divini Intellectus eo modo, quo sagitta signum attingit ex directione sagittantis;* ipsum autem tendere in bonum est appetere bonum 2'. Porro, co ipso, quo omnia appetunt bonum, patet et omnia fugere malum: « Sicut unumquodque habet naturalem consonantiam, vel aptitudinem ad id, quod sibi convenit, quae est amor naturalis; ita ad id, quod est repugnans ct corruptivum, habet dissonantiam naturalem, quae est odium naturale 30. Neque contra allatum theorema potest aliquid inferri ex eo, quod illi, qui vitam sibi adimunt, appetunt *non esse,* quod quidem nullam boni rationem habet. Etenim hi appetunt alicuius mali, cui sunt obnoxii, evasionem, quae profecto rationem boni praesefert 31.

Circa idem effatum c re est explicare, quomodo intelligendum sit. *omnia appetere primum bonum.* « Omnia, inquit B. Alb. M., appetunt primum bonum, non secundum

/h *lib. Ill Sent.,* Diet. XXVII, q. I. a. 3 ad 3.
2B *Contr.* Gen/.. lib. Ill, c. 3, ct 1A 2ae, q. VI1L a. 1.
29 Ibid., c. 16.
30 2a 2“ q. XXIX, a, 1 r.
31 *In lib. I Ethic.,* lect. I. Cf. s. Aug.. De *Civ. Dei,* lib. XI, c. 26 ct 27

esse, vel suintant iam, sed secundum quod primum bonum ralio esi movendi appetitum in omnibus bonis 32 ». Idcsl, «bonum hoc vel illud particulare habet quod sit appetibile, in quantum est similitudo primae bonitatis 33 ». Quocirca, « quia nihil est bonum, nisi in quantum est similitudo et participatio boni summi, ipsum summum bonum quodammodo appetitur in. quolibet bono. Et sic potest dici, quod bonum verum est quod omnia appetunt31 ».

12, Bonum et malum sunt genera contrariorum. Equidem bonum et malum non sunt proprie genera, cuiuslibet enim generis est aliqua essentia, et natura: malum autem nullam habet formam, seu naturam. Quocirca illud theorema explicandum est hunc in modum: Omnis perfectio ad rationem boni, ct omnis privatio et diminutio ad rationem mali pertinent; atqui ex contrariis unum est perlectum, et alterum diminutum, quasi privationem quandam admixtam habens; ex. g., album, et calidum perfectionem, frigidum et nigrum imperfectionem et quasi privationem significant; ergo ex contrariis alterum sub ratione boni videtur comprehendi, alterum ad rationem mali accedere, et ideo bonum ct malum genera contrariorum quodammodo dici possunt 33.

13, Bonum et malum sunt in rebus, verum et falSUM SUNT IN MENTE. Scilicet, verum in adacquatione rei ad intellectum consistit, ita ut, quando res refertur intellectui, sicuti est, rationem veritatis habeat. Quocirca verum, etsi fundetur in re, tamen ex eo, quod ab intellectu cognoscitur, completam habet rationem veritatis: « λ crum est in mente..., et unumquodque in tantum dicitur verum, in quantum conformatum est, vel conformable intellectui ». E contrario bonum non ex eo quod ab anima cognoscitur, sed quatenus est aliquid extra animam, bonitatis rationem habet: «Secundum esse, quod habet in re·

32 *In lib. i Ethic.*., tract· III. c. 7.
33 S. Thom., *Contr. Cent.*· lib. Π, c. 24.
l *hi lib. I Ethic.,* lect. I.
35 Vid. 8. Thom., I, q. XLVUI, a. l ad 1. et Alb. M., *Dc Praedicam.,* tract. VII, c. 10.

rum natura... est perfectivum bonum, bonum enim in rebus est 30 ». Quocirca cognitio veri iit per progressum ohiecti ad subiectum, assecutio autem boni per progressum subiecti ad obiectum: « Intellectiva apprehensio est secundum motum a rebus in animam... operatio autem appetitus est secundum motum ab anima in res 37 ».

14. Bonum et verum se mutuo includunt. Idest, bonum est quoddam verum, ac proinde comprehenditur sub ratione veri universalis, quod est obiectum intellectus. Vieissim, verum est quoddam bonum, et ideo continetur sub universali ratione boni, quod est obiectuin voluntatis, Quocirca verum a voluntate sub ratione boni appetitur, et bonum ab intellectu sub ratione veri inlclligitur.

15. Bonum non est bono contrarium. Idesl, quotics bonum habet contrarium, id malum, non bonum est. Iam hoc effatum quoad bona naturalia explicandum est hunc in modum: Si cui subiecto unum contrarium bonum est ct conveniens, alterum malum est et noxium; puta subiecto, cui convenit ct bonus est calor, frigiditas est mala. Quod si duo contraria secundum sc spectentur, potest utrumque esse quoddam bonum naturae, e. g., « calidum et frigidum, quorum unum est bonum igni, alterum bonum aquae 38 ». Circa bona moralia autem numquam evenit ut bono sit contrarium bonum, siquidem iustitiae opponitur iniuslitia, virtuti vitium. Et sane, bona moralia *derivantur ex convenientia ad aliquid unum, scilicet rationem* | Hinc « bonum unius virtutis non contrarialur bono alterius virtutis ». Malo autem aliquando bonum, ut timiditati fortitudo, aliquando malum, ut timiditati temeritas, contrarium est; nam quamvis malum cum malo in ratione mali probe conveniat, tamen sub ratione excessus, et defectus dissident, ct pugnant inter se; hinc avari-

30 *Qq. dispp., De Ver.,* q. XXI, a. 1 c. Vid. etiam I. q. LXXX11. a. 3 c.
37 *In lib. HI Sent.*. Dist. XXVI, q. I, a. 5 ad 4
38 1* 2»", q. XXXI. a. 8 ad 1.
39 *Ibid.*
40 *Qq. dispp., De Virtut.*. q. II, a. 12 «d 12.

lia opponitur profusioni, nam profusus nimium largitur, avarus parum. Itaque malum malo contrarium esse pot;*»t, bono non item, quia, quemadmodum una tantum via scopum attingere licet, sed mullis ab eo aberrare, ita unica et simplex est virtutis ratio, nec umquam secum dissidens, sed multiplex vitiorum, et saepe sibi contraria, vel quia nunc excedimus, nunc deficimus, vel quia modo ad dexteram, modo ad sinistram perperam'currimus »: Nequequam bono opponitur bonum: cuius causa est, quia bonum est. ut dicit Aristoteles in I *Ethic.,* ex una sola et tota causa, cx causa actus, et actu, ct circumstantiis agentis et actus in fine congregata; et ideo bonum, est uniforme: uniforme autem conformi non opponitur, nec opponi potest, quia uniforme uniformi convenit, et non potest esse oppositum; et ideo dicit Aristoteles, quod omnia consonantia vera et bona sunt. Fal-uin autem statim dissonat vero; et malum statim dissonat bono... Numquam invenitur bonum bono contrarium, sed concors est; in eo enim quod bonum est uno modo, ct ex tota ct sola causa, bonum est indivisibile, et aequalitati proportionale; aequali autem non opponitur aequale, sed inaequale... Malo autem aliquando opponitur bonum, ct aliquando malum est contrario oppositum malo: egestas enim, cum sit malum in civibus quia impedit civiles actus; superabundantia, quae impedit actus felicitatis contemplativae, ct ideo etiam est malum, est contrarie opposita 11 ».

16. Bonum totius est bonum partium. Nempe totum non potest bene existere, nisi ex partibus sibi consentaneis, seu (piae toti congruant. Ita, ut exemplo s. Thomae utamur, « impossibile est quod bonum commune civitatis bene se habeat, nisi cives sint virtuosi, ad minus illi, quibus convenit principari 12 ». Rursus: Quod totum absolute perficit, vel in debita perfectione conservat, perficit et in perfectione conservat etiam partes. Hinc fit, ut, cum quidvis suam perfectionem appetat, pars appetat perfectionem ct bonum lotius. Quod laudatus Doctor ex-

41 Alb. M., *De Praedicam.,* tract. VII, c. 10.
42 1* 2a% q. XCII, a. 1 ad 3.

plicat exemplo manus, *quae exponitur ictui, absque de* liberatione, ad conservationem totius corporis* '3. Exinde infertur « quod ille, qui quaerit bonum commune multitudinis, consequenter etiam proprium bonum quaerit: primo, quia bonum proprium non potest esse sine bono coni* muni vel familiae, vel civitatis, aut regni..., secundo, quia, cum homo sit pars domus, vel civitatis, oportet quod homo consideret quid sit sibi bonum ex hoc, quod est prudens circa bonum multitudinis. Bona enim dispositio partium accipitur secundum habitudinem ad totum, quia, ut Augustinus dicit in lib. HI *Confess,* c. 8, Turpis est omnis pars suo toti non conveniens, vel non congruens 11 ».

17. Bonum uniuscuiusque rei in quadam unitate consistit. Nempe, uti explicatur a s. Thoma, consistit in eo, quod unaquaeque res habet in se unita illa, ex quibus exsurgit cius perfectio ' dum et contrario dissolutio uniuscuiusque rei ex defectu ipsius oritur 'c. Inde fit, ut omnia sicut bonum, ita unitatem appetant, atque divisioni pro viribus obsistant 47.

43 I, q. LX, a. 5 c.
44 2a 2"% q. XLVII, a. 10 ad 2.
43 p 2"',q. 11, a. 3 c.
40 I, q. CUI, a. 3 c.
47 « Lapis, ut esset lapis, omnes eius partes, omnisque natura in unum solidata est. Quid arbor, nonne arbor non esset, si una non esset? Quid membra cuiusque animantis ac viscera, et quidquid est eorum, c quibus constat? Certe, si unitatis patiantur divortium, non erit animal »; s. Aug.. *De Ord.,* lib. II, c. 18.

Distinctiones.

1, Categorematice - Syncatecorematice. 1°: *Categorematice* affirmatur aliquid tale esse, quod *actu* ct absolute est tale; e. g., Deus *categorematice* infinitus dicitur. . *Syncategoreniatice* aliquid tale dicitur esse, quod *in potentia* est tale; c. g., quantitas mathematica, quippe quae sine ullo termine intelligi potest, *syncategoreniatice* infinita dicitur. Quare infinitum *syncategorematicum,* seu *in potentia,* illud nominatur, quod *actu* finitum est, sed tamen numquam in tot partes dividitur, ut aliae superaddi ei non possint. Quod infinitum, cum numquam actu possideat appositiones, quae in eo locum habere possunt, numquam poni poterii *categorematice* in rerum natura. 2 : *Categorematice* usurpatur vox, quae solum cum verbo *est* orationem et sensum perfectum involvit: ut, Isaias est. *Syncategoreniatice,* quae alteri nominativo adnectenda est. ut in orationis compositionem venire possit, ut, hic liber est loannis 1.

2. Categorice - Transcf.NDENTALITER. *Categorice* idem valet ac in certo genere entis. Sic homo est in genere substantiae, albitudo in genere qualitatis. Unde suprema rerum genera appellantur *categoriae* 2. *Transcendentaliter,*

1 Vid. etiam *Terminus: categorematicus - Syncategorematicus* (litt. *T:* dist. 6).
2 Vid. *Praedicamenta* (litt. *P:* dist. 34, ss.).

quod de quolibet genere entis praedicatur, puta unum, ve-rnm, et bonum, quae, ut s. 'I humas ait, « circumeunt omne ens 3 ».

3. Causa - Principium. *Principium* est id, a quo aliquid utcumque originem habet, sive eum dependentia, sive non. *Causa* vero est id, a quo aliquid talem originem habet, ut ab ipso proprie producatur, proindeque pendeat secundum suum *esse,* vel *fieri.* « Hoc nomen principium, ait s. Thomas, ordinem quemdam importat; hoc vero nomen causa importat influxum quemdam ad esse causati45». Quod cx principio oritur, *principiatum,* quod ex causa, *effectus* nuncupatur. Perspicuum est, etsi omnis causa sit etiam principium, tamen, non omne principium esse causam; nam notio principii tantum originem alicuius ab aliquo praesefert; notio vero causae significat etiam propriam productionem illius rei, quae ab ipsa originem habet. Quocirca satis est, ut principium nat m ain suam *principiato* communicet, quin requiratur, ut haec aliquo modo distinguatur ab ea, qua ipsum gaudet; e contrario, causa expostulat ut cius natura saltem *numero* distinguatur a natura cfectus, qui ab ea producitur. « Hoc nomen causa videtur importare diversitatem substantiae, ct dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomen principium s ». Hinc *in Divinis* Pater dicitur non quidem causa, sed principium Filii, ct Pater el Filius principium Spiritus Sancti; siquidem non alium denotatur, nisi ordo originis, quin ulla distinctio, naturae, ullaque dependentia includatur, flacc, si stricte loqui vidimus. At in rebus creatis quidquid est principium, est etiam causa, ct quidquid a principio oritur, idem *effectum* esse oportet; semper enim naturam ac rcalitatem a principio dependentem, ac proinde saltem *numero* distinctam a natura et realilate ipsius principii mutuatur.

3 *Qq. dispp., De Virtut.,* q. I, a. 2 ad 8.
4 *In lib. V Met.,* Icci. I.
5 I. q. XXXIII, a. 1 ad 1. Quare, « principium in plus est, quam causa... Unde omnis causa est principium, sed non convertitur»; *In lib. I Sent.,* Dist. XXIX, q. I, a. 1 ad 3.

4, Causa - Conditio sine qua non. *Conditio sine qua non* est id, quod necessario requiritur ad productionem effectus, cuius tamen cxistentiac rationem sufficientem non continet, e. g., applicatio flammae ad stupam, et stupae siccitas ad ipsius combustionem. Huiusmodi sunt in Sacramentis nostrae dispositiones ad gratiae susceptionem.

5. Causa externa - Causa interna. *Causa interna* dicitur, quae effectum tamquam pars intrinsecus constituit; e. g., anima est causa interna animalis. - *Causa externa,* quae est extra effectum, quem producit, e. g., architectus est causa externa domus.

6, Causa efficiens - finalis - exemplaris. Sunt variae species causae externae. *Causa efficiens* est, quae propria actione producit efïectum; e. g., sculptor est causa efficiens statuae. *Causa finalis* est id, cuius gratia aliquid fit, v. g., commoda abitatio respectu domus, ac proinde ad effectus productionem concurrit, quia causam efficientem ad agendum movet. *Causa exemplaris* est rei faciendae idea, quam causa efficiens cogitatione sua concipit, et ad cuius similitudinem illam producit, e. g., forma domus construendae in mente architecti; quocirca huius causae influxus consistit tum in eo, quod dirigit causam efficientem ad perficiendum opus, tum ineo quod determinat ipsum opus non quidem per intrinsecam constitutionem, sed per sui imitationem, tum quia est veluti finis agentis, quatenus agens operatur, ut *assequatur similitudinem sui exemplaris* 6.

7. Causa materialis - Causa formalis. — Sunt species causae internae, quia ex ipsis effectus intrinsecus constituitur. lam *causa materialis* est id, ex quo praeexistente, tamquam ex subiecto *determinabili,* compositum aliquod constituitur; huiusmodi est lignum respectu statuae, siquidem ex ligno praeexistente, tamquam ex parte *determinabili,* statua efficitur; tum id, circa quod versatur potentia activa, cum aliquid efficit; e. g., phantasmata sunt cognitionis intcllectricis causa materialis, nam circa ea versatur operatio intellectus agentis; tum denique id, quod

c *Contr. Gent.,* lib. III, c. 19.

in se recipit aliquid ita ut ab ipso perficiatur, atque ad certum compositi genus determinetur; e. g., corpus est causa materialis *in quo recipitur* anima, quae illud corpus vivens constituit. Porro eadem res, si penes diversa considerétur, potest simul habere rationem materialis causae ex *qua, in qua,* et *circa quam;* constat enim lignum esse materiam, *ex qua,* fit statua, *in qua* fit figura, et *circa quam* faber lignarius versatur. - *Causa* autem *formalis* est id, quod materiam determinat, certoque modo perficit; cuiusmodi est anima respectu corporis, vel figura respectu ligni. Ex quibus illud colligitur, quod causa *materialis initiative,* et causa *formalis completive esse* rei constituunt. Ex notione autem *causae materialis,* quam exposuimus, eruitur ipsam latius patere, quam *materiam primam,* nam praeter hauc complectitur etiam *materiam secundam,* subiectum nempe, quod ad perfectiones accidentales, et artificiosas determinatur. Item notio causae formalis non solum formam substantialem, sed etiam formas accidentales complectitur, siquidem per has etiam *esse* rei ad quosdam modos determinatur [1].

8. Causa: prima - secunda; Princeps - instrumentaria; Univoca - aequivoca; Necessaria - libera; Universalis - particularis; Physica - moralis; Adaequata - INADAEQUATA; PROXIMA - REMOTA; PER SE - PER ACCIDENS. Sunt variae species causae efficientis: *Causa prima* est, quae suam agendi virtutem a nulla alia causa recipit; et est solus Deus; *secunda* est, quae vim operandi a prima mutuatur, cuiusmodi sunt omnes causae creatae. - Causa *princeps* est, quae ex propria virtute effectum producit, v. g., sol lucem. Quocirca « non omnis primaria est causa prima; prima enim sola est, quae nec comparem habet, nec contrariam; primariae autem inultae sunt, secundum ordinem causarum [2] ». *Instrumentaria* vero est, quae effectura producit, prout subditur virtuti causae principalis, v. g.,

[1] Vid. *Forma - Materia: Forma: substantialis · accidentalis* (lilt. *F:* disl. respect. 9 et 12); et *Materia: prima -secunda* (lilt. M- dist. 4L 5

[2] B. Alb. M., De causis ei *processu universitatis,* lib. II, tract. I. c. 5.

calor in operibus naturae, penicillus in operibus artis. - *Causa univoca* est. quae producit effecturo, qui similis est sibi secundum speciem, v. g., ignis ignem generans; *Aequivoca,* quae producit effectum diversae naturae a se, ita tamen ut cum eo secundum aliquod genus conveniat, e. g., sol vites. Quod si effectus neque secundum speciem, neque secundum aliquod genus, sed tantum secundum aliquam *analogiam,* seu comparationem, vel ordinem conveniat curo causa, haec *analoga* appellatur. Huiusmodi est Deus respectu creaturarum °. - *Causa necessaria* est, quae agit naturae vi absque electione; *Libera,* quae ex propria electione agit, ita ut suae actioni dominetur. - *Causa universalis* est, cuius virtus ad varios diversae speciei effectus porrigitur, puta sol, qui ad plantarum, animantium etc. productionem concurrit. Causa *particularis* est, quae unam dumtaxat speciem effectus producere valet, ut ignis ignem, animal aliud animal. Deus autem, monente s. Bonaventura, α aliquid habet de nobilitate causae universalis, quia potest in plurimos effectus; similiter aliquid de causa particulari, quia immediate et sufficienter potest in effectum quemlibet 10 ». Cuius ratio cum eodem sancto Doctore ita reddi potest: g Dicendum, quod causa universalis, quae non est actus purus, indiget actualitate causae particularis, sed illa, quae est omnino actus, simul habet in se rationem universalis causae, et particularis, quia simul habet primitatem, et aclualitalem; ideo potest in multa, et secundum totum potest in illa 11 ». Unde Deus α est causa prima et universalissima et actualissima 12 ». - *Causa physica* est, quae per se immediate, aut virtute a se diffusa actionem proprie efficit; e. g., is, qui hominem gladio perimit; *Moralis* est. quae causam physicam ad effectum producendum excitat, e. g., is, qui aliquem vi pecuniae allicit, ut suum inimicum occidat, est causa *moralis* huius occisionis 13. Ad causas morales redigi possunt *causae occasionales,* quippe quae alii-

9 Vid. s Thom., I, q. IV, a. 3 el q. XLV, a. 7.
10 *In lib. I Sent.,* Diet. XXXV, a. 1, q. 2 *nd arg.*
In lib. II Sent., Dist. 1, p. I, a. II, q. 2 *ad arg.*
12 *In lib. I Sent.,* Diet. XLV, a. 11, q. 2 *resol.*
13 De causa *morali* ita loquitur 6. Augustinus: « Recte dicitur

ciendo, vel movendo determinant causam ad certum effectum producendum. - *Causa adaequata* dicitur ea, quae sola in genere suo totum effectum producit, ut sol respectu lucis; *Inadaequata,* quae sine alterius consortio totum effectum producere non valet, uti singuli equi currum trahentes: « Virtus absoluta non est complete in quolibet congregatorum ad unam actionem, quam nullus per se perficere potest, sicut est de tractu navis; sed est in omnibus simul, in quantum sunt omnes loco unius agentis 11 ». *Causa proxima* est, quae immediate, *remota,* quae mediate, et velut radicitus effectum attingit; e. g., immoderatus calor cordis est *causa proxima,* nocentes humores sunt *causa remota* turbationis pulsus. Aliquando causa *proxima* nominatur *secunda,* et *remota prima;* quemadmodum videre licet in bis s. Thomae verbis: « Effectus alicuius primae causae est contingens propter causam secundam, ex eo quod impeditur effectus causae primae per defectum causae secundae, sicut virtus solis per defectum plantae impeditur 15 ». - *Causa per se* est, quae ex sui natura ordinatur ad productionem effectus, seu quae, ut talis est, producit illum effectum, cuius causa dicitur; *Causa* vero *per accidens* ea est, quae ex natura sua, sive, ut talis, effectum ipsum non respicit, sed tantum accidit causae *per se.* Sic, musicus, quatenus musicus, est causa *per se* cantus; *per accidens* vero statuae, si qua ab eo efficitur, siquidem de ratione musici est, ut cantet, non autem, ut statuam efformet. Sic etiam « statuae factor, ut inquit s. Thomas, statuae causa est per se. Polycletus autem per accidens est causa, in quantum accidit ei factorem statuae esse 10 ». Ad causae *per accidens* reducuntur etiam: 1° ea quae removent prohibens, puta divellens columnam, *per accidens* movet lapidem superpositum: 2° ea quae effectum producunt *praeter intentionem:* uti est venator, qui hominem pro hclltia perimit; vel ille.

paterfamilias aedificare domum, cum hoc non opere suo faciat, sed eorum, quibus servientibus imperat »; Dr *Gen. contrn Man.,* lib. I, c. 25, n. 43.

14 S. Thom., /n *lib. IV* Sent., Dist. I,.q. I, a. 4, *sol.* II ad 5.
15 I, q. XIX, a. 8 c.
16 *hi lib. V Met.,* lect. III.

qui effodiendo sepulcrum, invenit thesaurum; vel qui comedit venenum, ut moriatur, et contingit ex hoc sanitas. Ili tamen effectus, ut g. Thomas docet, non eveniunt sine intentione Causae Primae, cui nihil est fortuitum; ideoque hae causae *per accidens* hac ratione ad causam *per se* reducuntur 18.

9, Certitudo - evidentia. *Certitudo* in firmitate, qua meus alicui propositioni adhaeret, consistit. *Evidentia* autem praeter firmitatem adhaesionis etiam *quietationem intellectus in re cognita importat* 19, eo quod vel immediate, seu ex ipsa comparatione terminorum relationem inter aliquod praedicatum et sublectum cognoscimus, vel mediate, nempe ope deductionis adaequatam rationem rei perspicimus. Hinc, ut certitudo in mente existât, satis est, ut causa, ex qua gignitur, huiusmodi sit, ut omnem de opposito formidinem excludat : ut autem evidentia habeatur, requiritur etiam ut intellectus *plene consequatur id quod cognoscit* 19

Ex his intelligilur non esse evidentia ea, quae Fide tenemus, quia in Fide est carentia *visionis ex qua remanet adhuc motus cogitationis in mente credentis* 20. Sed tamen Fides *est certior* quacumque humana cognitione, quia « prima veritas, quae causât Fidei assensum, est fortior causa, quam lumen rationis, quod causât assensum intellectus, vel scientiae21 ». Quinimmo, « quia unumquodque indicatur simpliciter quidem secundum causam suam: secundum autem dispositionem, quae ex parte subiecti est, indicatur secundum quid, inde est, quod Fides est simpliciter certior; sed alia sunt certiora secundum quid, scilicet quoad nos [22] ».

I, q. XCVI, a. 1 c. Hinc s. Augustinus monuit *nihil fieri posse praeter ordinem sed tantum praeter manifestum causarum ordinem; De Ord.,* lib. I, c .3.

19 *Qq. dispp. De Ver.,* q. X, a. 12 ad 6.

19 2n 2“ q. IV, a. 8 c.

20 *Qq. dispp.. De Ver.,* q. XIV, a. 1 ad 5.

21 *Ibid,* ad 7.

2 2» 2‘% loc. cit.

10. Ceteris paribus - Ceteris imparibus. Cum inter plura comparatio instituitur, solet concedi, alterum alteri excedere, aut alterum alteri simile esse, vel *ceteris paribus,* nempe, dummodo cetera sumantur paria, vel contra, *ceteris imparibus.* Sic, *ceteris paribus,* equus est praestantior asino. Contra, robustus asinus praestantior est equo, *ceteris imparibus,* si nempe hic sit debilis etc. Ita etiam plura bona sunt meliora paucioribus bonis, *ceteris paribus,* nempe dummodo sint eiusdem rationis 23. Item, illud *quod valet ad plura,* est melius, *ceteris paribus,* nempe, si *aeque intense valeat* 24.

11. Circumscriptive - Definitive - Repletive. Circumscriptive, seu *commensurative* dicitur esse in loco id, quod locum occupat per *contactum quantitatis dimensivae,* nempe ita ut quaelibet sui pars respondeat singulis loci partibus, et sic totum in toto loco includatur. Hoc modo corpora dicuntur esse in loco 25. - *Definitive,* illud, quod in certo quodam loco est, quin spatium occupet, sed vel *per contactum virtutis,* seu per operationem, uti fit in Angelis, vel *per informationem,* quemadmodum anima est in corpore. - *Repletive,* quod nullo determinatur loco, sed est totum in omnibus locis, et totum in qualibet parte loci; idque ad solum Deum spectat: « Diversimode esse in loco convenit corpori, Angelo, ct Deo. Nam corpus est in loco circumscriptive, quia commensuratur loco; Angelus autem, non circumscriptive, cum non commcnsureltir loco, sed diffinitive, quia ita est in uno loco, quod non in alio; Deus autem neque circumscriptive, neque diffinitive, quia est ubique 26 ».

23 S. Thom., De *mal.,* q. XVI, a. 1 ad 13.

24 S. Bonav., *In lib. IV Sent.,* Dist. XXXIII, a. 11, q. 2 *ad arg.*

25 « Circumscriptum est, quod cum alicubi totum est, non potest simul esse alibi; quod de solis corporeis cernitur »; s. Anselm., *Prolog.,* c. XIII. Et s. Augustinus: « Quidquid loco capitur, circumscribitur... Deinde quod loco capitur, et mole quadam ct spatio distenditur, minus est in parte, quam in toto»; Serm. XVII, De *verbis Ev. Ioan.* I, n. 3.

2» I, q. LI1, a. 2 c.

12. Collective - Distributive. *Collective,* seu *collectini* vel *copulate* accipitur aliqua vox, eum intelligenda est de omnibus, quae in se involvit, quasi in cumulum simul conglobatis; ut, omnes Apostoli sunt duodecim: - *Distributive,* seu *universaliter,* cum intelligenda est de omnibus, et de singulis seorsim sumtis; ut, omnis homo est animal. Qua in re monere est, subiectum propositionis universalis, et praedicatum negantis semper postulare, ut *distributive* accipiantur.

13. Commune: secundum participationem - secundum **PRAEDICATIONEM 27.**

14. Complete - Incomplete. Γ: Idem fere valent ac *adaequate - inadaequate* 28. 2°: Ens *completum* idem est ac ens in sua specie determinatum, e. g., homo; *incompletum* idem est ac indeterminatum, e. g., animal, prout determinatio rationalis, vel irrationalis *actu* in eo non invenitur. Vel strictiori sensu, ens *completum* est, quod habet esse fixum in rerum natura: « *Incompletum,* quod est ens *quasi inchoative,* seu est via in ens, quasi medium quid inter potentiam puram, et actum purum 29 », ex. gr., motus 30. 3°: Hae voces praedicantur etiam de substantia, quae potest esse vel *completa,* vel *incompleta 31.*

15. Complexe - Incomplexe. 1°: *Complexe necessarium* dicitur indicium, quod omnino falsum esse nequit, ut, ens cogitans simplicitate gaudet. *Incomplexe necessarium* dicitur ens necessarium, quod nempe non potest non esse, cuiusmodi est solus Deus. 2°: « Diffinientes incomplexum veteres Peripatetici dixerunt, quod dictio significativa ad placitum iucomplexa est, cuius partes nihil significant de intentione *(scilicet notione)* totius; sicut cum dicitur *homo,* pars ista, quae est *ho,* et pars alia, quae est *mo,* nihil significant de *hominis* intentione. Quod si etiam nomen aliquod rei unius simplicis sit compositum, sicut *Adeodatus,*

27 Vid. *Bonum quanto communius, tanto divinius* (litt. *B:* eff. 5).
28 Vid. lilt. *A:* dist. 26.
29 S. Thom, *In lib. IV Sent.,* Dist. I, q. I, a. IV, *sol.* 2 c. ct ad 1.
30 Vid. hanc vocem, litt. M.
31 Vid. has voces (lilt. S; dist. 34).

tamen, secundum quod unius simplicis rei nomen est, incomplexum dicitur. Et hoc, quod dico *adeo,* et hoc, quod dico *datus,* nihil significant de intentione totius nominati per hoc nomen *ddeodatus*. *Coniplexa* autem dictio est, cuius partes aliquid significant de intentione totius, sicut cum dico, *homo ambulat;* et haec dictio *honio,* et haec dictio *ambulat,* aliquid significat de intentione huius complexi, *homo ambulat* 12 ». Hinc vulgo vox *complexa* dicitur, cuius parte unico conceptu intclligi nequeunt; *incomplexa,* cuius partes unica cogitatione concipiuntur. 3°: Aliquid *complexe* cognosci dicitur, vel quia res, quae cognoscitur, plura complectitur, puta homo libertate pollet, ita ut modus *complexionis cadat supra reni cognitam;* vel quia, etsi *incomplexum,* seu simplex sit, tamen ab intellectu nostro *accipitur suo modo per viam compositionis*. Quocirca Fides est « de complexo quantum ad id. quod in nobis est....; quantum ad id, in quod per fidem ducimur, sicuti in obiecluni, est de simplici veritate »; siquidem eius obicctum est veritas Divina, *quae simplex est in seipsa.* E contrario, *incomplexe* aliquid cognosci dicitur, vel quatenus unum tantum intelligitur, ut homo seorsim acceptus, vel quatenus multa *uno actu,* seu *per modum simplicis aspectus* intelliguntur. Ita « Deus multa intelligit uno, et ita simplici modo; nec magis simplex est intellectus Eius intelligendo unum, quam multa 33 ».

16. Compositio: physica - metaphysica - logica 3t.

17. Compositus sensus - divisus. 1°: *In sensu composito* intelligenda est enunciatio, cum attributum de subiectQ non nisi aliqua proprietate allecto, vel sui) quadam hypothesi accepto, seu quatenus tale est, praedicari potest. *In sensu diviso,* cum ea proprietas, vel hypothesis removenda est, ut enunciatio veritate gaudeat. Ita hae enunciationes: homo coccus nequit videre: currens necessario movetur; quae Deus praescivit, necessario eveniunt, sunt ve-

32 Alb. M., De *praedicab.,* tract. 1. c. 5.
33 S. Thotn., *Qq. dispp., De Ver.,* q. XIV, a. 8 ad 5 et ad 12; e. Bonav., *In lib. I Sent.,* Dist. XII, a. II, q. 1, rexoL
34 Vid. Logice (litt. L: dist. 11).

rae in *sensu composito,* falsae in sensu *diviso* 35. Contra, ea: homo caecus potest videre; album potest esse nigrum; quae Deus praescivit, possunt non evenire, sunt cnunciationes verae in sensu *diviso,* falsae in sensu *composito.* Hinc cum in argumentatione coniunctim intelliguntur eae voci - et notiones, quae recte inlelligi nequeunt, nisi disiungantur, fallacia *sensus compositi,* et contra, cum dividuntur ea. quae dividenda non sunt, fallacia sensus *divisi* existit. 2°: *Sensu composito* aliquid certo modo est, cum tale est. quatenus ex aliis propositionibus deducitur. Ita haec propositio: quoddam animal est homo, est necessaria in *sensu composito,* quatenus deducitur ex illa, omnis homo est animal.

I 18. Conceptus: ultimatus - non ultimatus. *Conceptus ultimatus* est conceptus rei significatae per aliquam vocem: e. g., conceptus rei, quae vocatur *homo. Conceptus non ultimatus* est conceptus ipsius vocis significantis: c. g., conceptus huius termini *homo,* prout quaedam vox est. Sane illi ab istis differunt, quod conceptus rerum sunt iidem apud omnes, conceptus autem vocum significantium diversi sunt pro idiomatum diversitate.

19, Concupiscentia: antecedens - consequens. Con- l *cupiscentia antecedens* est motus appetitus sensitivi voluntatem inclinans in obiectum delectabile. Haec voluntatis actum praecedit, in eamque influit; ut cum quis, viso pulchro obiecto, ad illud appetendum excitatur. - *Concupiscentia consequens* est motus appetitus sensitivi a voluntate excitatus; quare actum voluntatis consequitur, ab coque pendet; ut cum cx intensa voluntate circa obiectum excitatur il

35 « Cum dicitur: Omne scitum a Deo est necessarium, haec est duplex, quia potest esse vel de dicto, vel de re. Si sit de dicto, tunc est composita et vera, et est sensus: omne scitum a Deo est nccrsstirium, quia non potest esse, quod Deus sciat aliquid esse, et id non sit. Si sit de re, sic est divisa et falsa, et est sensus: id. quod est nitum a Deo, necessarium est esse; res enim, quae a Deo sunt scitae, non propter hoc necessario eveniunt ». *Qq. dispp., De ver.,* q. 11, a. 12 ad 4. Vid. I, q. XIV, n. 13 ad 3.

passio in appetitu sensitivo; motus enim virium superiorum, si sunt vehementes, redundant in inferiores 36.

20. Concursus: immediatus - mediatus - praevius. *Concursus immediatus* est *simultaneus* ad agendum influxus unius causae cum altera, quatenus illa cum ista operatur; e. g., influxus solis cum quercu ad glandis productionem, itemque concursus, quo scriba manum tyronis inter scribendum regit. - *Mediatus* est, quo aliquid dicitur agere cum alio, quatenus ei agendi facultatem concessit, vel expeditam reddidit. Ita scriba concurrit cum scribente, quem scribendi artem docuit. Hinc Deus, prout vires agendi in creatura conservat, *mediate* ad illius actionem concurrit, *immediate* autem, prout ita influit in eius actiones, ut cum ipsa creatura operante operetur, atque eumdem effectum cum illa operetur. Agnoscunt Thornistae etiam concursum *praevium,* quem *praemotionem physicam* appellare solent, atque ita definiunt: « Influxus Causae primae receptus non quidem immediate in effectibus, sed in causis secundis, quo Deus ipsis actualem efficacitatem inspirat, quo eas movet et applicat, non solum obiective ac moraliter, alliciendo et suadendo, sed etiam physice et active, interius inclinando, applicando, determinando, ac ultimam illam activitatem, ad quam sequitur statim actio, influendo 17 ».21

21. Confuse - Determinate. *Confuse,* seu *disiunctim, indeterminate* accipitur terminus communis, cum omnia eius inferiora et non singula seorsum sub disiunctione sumuntur respectu unius subiccti aut praedicati; uti in hac emmeiatione, *equus requiritur ad equitandum, equus* non significat hunc, vel illum singularem equum, sed hunc, vel quemcumque alium equum. *Determinate,* seu *disjunctive,* cum illa inferiora singula seorsum sub disiunctione sumuntur respectu unius subiecti, aut praedicati; ut in hac enunciatione: *Homo est albus,* subiectum *homo* non significat hunc, vel qucmcumque alium hominem, sed istum, vel illum etc.

36 1· 2M, q. LXXVII, a. 6.
37 Vid. Goudin, *Philos.* etc., t. IV, part. 3, q. IV, a. 2.

22. Confuse - Distincte. *Confuse* aliquid cognoscitur, cum omnium elementorum, quae eius essentiam constituunt, aut partium, quae in eo continentur, propria notitia non habetur; huiusmodi est cognitio *animalis,* quae elementa eius definitionem constituentia non discernit, vel qua ipsum tantum quatenus animal, non vero quatenus est animal ratione vel praeditum, vel carens apprehenditur 3*. E contrario, *distincta* est cognitio rei, quae proprietates eius essentiam constituentes singillatim exhibet, vel cognitio totius, quae partes, quae in ipso continentur, discernit.

23. Conscientia - Synderesis. *Synderesis* est habitus generaliter dictans bonum esse prosequendum, malum autem declinandum. - *Conscientia vero* est indicium, quo intellectus practicus applicat principia generalia synderesis ad particulares actiones, seu est actus, quo practice quis indicat hoc esse prosequendum, quia bonum, aliud declinandum, quia malum. Hic actus, si circa praeteritas actiones versetur, dicitur *conscientia consequens;* si respiciat actu» futuros, dicitur *conscientia antecedens;* ac denique *concomitans,* quando actum comitatur. Hinc intelliguntur illi loquendi modi, scilicet *conscientiam ligare, testificari, accusare.*

24. Conservatio: directa - indirecta. *Conservatio directa,* seu *positiva* est ea, qua aliquid in aliud influendo ipsum in existentia retinet. Huiusmodi est conservatio Divina, cuius vi res creatae existera pergunt, siquidem Deo manum ab illis retrahente, seu statim ac ab eis influxus Divinae actionis cessaret, ipsae in nihilum abirent. - *Indirecta,* ecu *negativa* est ea, qua tantum submovetur actus, unde res destrueretur. Ita artifices opera sua conservare dicuntur.

25. Continuum - Contiguum. *Continuum* est illud, cuius extrema faciunt unum: quippe quae termino eo ıı muni uniuntur. - *Contiguum* vero, cuius ultima sunt simul, vel in eodem loco, sed aliquo communi termino non coniunguntur: «Continua sunt quorum ultima sunt unum:

38 Cf. s. Thom., I, q. LXXXV, a. 3 c.

contacta (nempe *contigua),* quorum ultima sunt simuls[*] ». Quare superficies ultima corporis locati, et loci sunt contigua, quia simul in eodem loco; non vero sunt continua, quia non faciunt inter se unum; partes autem alterutrius superficies stmt unum, quia copulantur termino communi, scilicet linea; et item partes istius communi termino, nempe puncto, nectuntur, et terminantur 10.

26. Contradictorie - Privative - Contrarie - Relative. Adhiberi solent hae voces, dum agitur de rerum oppositione. Sane quadruplici modo res sibi invicem opponuntur; nam vel opponuntur tamquam ens et non ens, vel tamquam ens et ens. Si tamquam ens, et non ens, opponuntur vel ut ens, et eius negatio, et tunc *contradictorie;* vel ut ens, ct eius privatio, et tunc *privative-opponuntur.* Si vero opponuntur tamquam entia, tunc sibi opponi dicuntur *contrarie,* si tamquam entia absoluta; *relative,* si tamquam entia respectiva opponantur. Sic album et non album, *contradictorie;* lux et tenebrae, visio ct caecitas, *privative,* dulce et amarum, *contrarie;* paternitas et filiatio *relative* sibi opponuntur. « Oppositio, ait B. Alb. M., est repugnantia, vel essentialis distantia aliquorum se non permittentium esse in eodem simul. Dicitur autem alterum alteri, sive unum alteri opponi quadrupliciter, hoc est imo quatuor modorum; aut enim opponitur ut ad aliquid, aut ut contraria, aut ut habitus et privatio, aut ut affirmatio et negatio. Oppositio enim... aut est inter ea, quae actu sunt, aut inter ea, quorum unum est, et alterum non est. Si enim est inter ea, quae actu sunt, et suis formis repugnantiam habent oppositionis, tunc aut se sunt expellentia ab eodem susceptibili secundum potentiam ct actum: aut expellentia se secundum actum, et non secundum potentiam. Si primo modo, tunc est oppositio secundum ad aliquid, sicut patet in patre et filio. Idem enim respectu eiusdem pater nec est, nec potest esse et filius. Si autem se expellant ab eodem secundum actum, et non secundum potentiam, tunc est oppositio contrarietatis... Si autem est inter

19 S. Thom., *In lib. VI Phys.,* led. I.
40 Vid. *Quantitas continua* (lilt. *Q;* dist. 2).

ens simpliciter et non ens. tune aut est inter ens simpliciter, ct non cns secundum quid, aut inter ens simpliciter ct non ens simpliciter. Et primo quidem modo est oppositio inter habitum et privationem, quae licet privet habitum, relinquit tamen subiectum. Et si est secundo modo, tunc est oppositio inter affirmationem et negationem, in quibus affirmatio dicit ens, negatio autem simpliciter non ens ll ».

27, Contraria: immediata - mediata. *Contraria immediata* sunt, inter quae nullum extat medium, ita ut, ponto eorum subiecto proprio, alterutrum cx ipsis contrariis illi inessc necesse sil; e. g., par ct impar; siquidem necesse est omnem numerum aut parem esse, aut imparem. - *Contraria mediata* sunt, inter quae unum, aut plura media intercedunt, ita ut necesse non sit alterum horum contrariorum, subiecto proprio messe; e. g., inter calorem et frigus intercedit tepor, inter album et nigrum plurcs medii colores; quocirca necesse non est oninc corpus esse calidum, aut frigidum, quia potest aliquod tepidum esse, neque necesse est omne corpus esse album, aut nigrum, quia potest esse etiam rubrum, aut alius coloris. lamvero, medium, quod inter contraria existere potest, in medium *formae,* et in medium *subiecti* distinguitur. Illud est quaedam forma, seu qualitas ex ipsorum extremorum participatione conflata; hoc modo tepor forma quaedam media est inter calorem ct frigus; istud autem est aliquod subiectum particulare, a quo utrumque extremorum removeri potest; e. g.. inter probum, et improbum existit medium non quidem *formae,* sed *subiecti,* nam homo, qui est subiectum illorum extremorum, potest aliquando esse neque probus, neque improbus, ut infans, qui necdum virtutis, nec vitii habitum sibi comparavit. Hinc contraria immediata quoad formam possunt aliquando esse mediata quoad subiectum, uti in allato exemplo; aliquando carent medio etiam quoad subiectum; euiusmqdi sunt par ct impar; id quod intelligendum est de subiecto proprio, nam si quodvis suscipiatur subiectum, non vero illud, quod extremorum proprium

i

41 *De praedicam.,* tract. VII, c. 2.

est, nullum contrarium medio subiecti carebit, puta si non quidem numerus, sed angelus, e. g., sumatur, qui profecto neque par, neque impar est, etiam inter haec contraria medium assignari posset 42.

28. Contrarie - Contradictorie - Subcontrarie. Haec ad oppositionem propositionum pertinent, quae dicitur *complexa,* ut distinguatur ab oppositione *incomplexa,* quae est oppositio rerum, de qua paulo ante egimus. *Contradictorie* oppositae sunt illae propositiones, quae secum invicem pugnant qualitate et quantitate; ut, omnis homo est iustus, aliquis homo non est iustus. - *Contrarie,* quae qualitate tantum, ita tamen ut sint ambae universales; ut, omnis homo est iustus, omnis homo non est iustus. - *Subcontrarie,* quae etiam qualitate tantum, sed ita ut sint ambae particulares; ut, aliquis homo est iustus, aliquis homo non est iustus. Ast in huiusmodi enunciationibus, cum subiectum idem non sit, sed diversum, oppositio proprie non obtinet 43.

42 De hac distinctione inter contraria *immediata* et *mediata* ito loquitur sanctus Damascenus: « Contraria, alia sine medio sunt, alia medium habent. Illa sine inedio sunt, quorum alterum, seu unum, in eo quod est ipsorum subiectum, sive in iis, de quibus praedicantur, esse necesse est; ut morbus et sanitas in subiecto animalis corpore. Quippe omnino necesse est, aut morbum, aut sanitatem eiusmodi inesse corpori. Per morbum autem intelligimus omnem naturae distractionem. Illa autem medium habent, quorum alterum necesse non est inesse subiecto. seu iis, de quibus praedicantur, ut album et nigrum. Sunt namque contraria, ne.· tamen proplerea horum alterum omnino necesse est corpori inesse. Neque enim omne corpus aut album esse, aut nigrum necessarium est; sunt enim corpora fusca et rufa; nisi forte laterum contrariorum alicui a natura determinate insit, ut calor igni, ac frigus nivi »; *Dialect.,* c. 57.

41 Vid. s. Thom., *In lib. 1 Perhierm.,* lect. XI.

Effata.

1, CausS/\ caussae est etiam caussa caussati. Nempe: Illud, quod aliquam causam produxit, remote est etiam causa illius, quod ab hac causa, superius posita, producitur: nam causa producens causam dat isti potentiam et vires operandi; hinc est etiam causa remota effectuum inde manantium. Ita sol producens lumen est causa remota manifestationis colorum. Quod effatum vero intelligendum est de effectibus realibus, et qui producuntur a causa posteriori, prout est effectus causae prioris, et qui per se causam posteriorem consequuntur Hinc perperam quis exinde colligeret Deum, causam hominis, esse etiam causam peccati, quod ab homine committitur, tum quia peccatum, quatenus tale, non est aliquid physicum, sed in mera privatione rectitudinis seu convenientiae cum regula morum consistit, atque ab homine committitur, quatenus est ipse deficiens, non quatenus est effectus Dei: tum quia non necessario et per se, immo potius, prout homo *exit ordinem Causae primae* -, ex facultatibus a Deo illi inditis consequitur.

2. Causa finalis est prima inter omnes causas [2].

3. Causa in actu simul esi cum effectu in \cti. Idest: Causa, prout est *actu* causa efficiens 4, necessario includit aliquem ellcetum suo conatui accommodatum, et ad

1 I, q. XL1X, a. 2 ad 2.

2 1» 2", q. LXX1X, a. 1 ad 3, et *In lib. Il Sent.,* Dist. XXXIV. q. I, a. 3, nd 3.

3 Vid. *Finis movet efficientem* (lin. *F:* eff. 7).

1 « ... Posita causa in esse, non ponitur in actu, nisi ponatur in operando »: s. Bonav., *In lib. I Sent.,* Dist. XLV, a. 11. q. 11 *ml arp.*

quem immediate ordinatur; atque: Effectus actu emanans a causa simul est cum sua causa. Diximus *effectum suo conatui accommodatum;* quocirca si rausa est libera, simul cum ea est actus, quo vult producere effectum, non tamen necesse est, ut simul cum ea sit ipse effectus, siquidem effectus causae liberae accommodatus non solum talis esse debet, qualem ipsa vult, sed tum quoque, cum ipsum vult.

Hinc ex prolato axiomate nihil pro aeternitate creationis inferri potest. « Et sic, subdit s. Bonaventura, non fuit ab aeterno producere, sed in tempore, in quo disposuit et voluit *(Deus)* ab aeterno producere rem 5 ».

Diximus autem, *ad quem immediate ordinatur;* nam, monente s. Thoma, « causa efficiens statim producit effectum suum, ad quem ordinatur immediate, non autem effectum, ad quem ordinatur mediante alio, quantumcumque sit sufficiens; sicut calor, quantumcumque sit intensus, non statim in primo instanti causât calorem, sed statim incipit movere ad calo.rem, quia calor est effectus eius mediante motu ° ». Quocirca non licet ita argumentari: « Posita causa efficiente, statim ponitur effectus; si ergo resurrectio Christi est sufficiens causa resurrectionis mortuorum, statim deberent morlui resurgere, et non tantum differre ». Nam « effectus sequitur ex causis instrumcntalibus secundum conditionem causae principalis. Et ideo, cum Deus sit principalis causa nostrae resurrectionis, resurrectio vero Christi sit instrumental is, resurrectio nostra sequitur resurrectionem Christi secundum dispositionem Divinam, quae ordinavit, ut tali tempore fieret ».

Insuper, effectus *actu* emanans a causa simul est cum sua causa. Attamen effectus, postquam iam a causa sit productus, potest sine praesenti causae existentia perdurare, dummodo aliunde conservetur. Nam « effectus, uti Scraphicus Doctor advertit 7, habet comparari ad aliquam causam dupliciter; aut sicut introducentem et conservantem, ut lumen ad solem, et sic locum habet tiIa maxima;

5 *In lib. / Sent.,* Dial. XLV, a. II. q- II *ad arg.*
6 *In lib. IV Sent .* Dist. XLI1I, q. I. a. 2, *sol.* 1 ad 1.
7 *In lib. IV Sent..* Dist. XXII, a* 2, q. 1 *ad arg.* Vid. *Sublata 'Oů.-a. removetur effectus* **litt.** S.

mi! sicut ad introducentem solum; sic non habet locuin: si enim cultellus infligit plagam, non oportet quod, destructo cultello, destruatur plaga ».

4, Causa prior est suo effectu. Quod ita explicandum est: Causa omnis est *natura* semper prior suo effectu, quia hic ab illa dependet. Quod si de *anterioritate temporis* sermo sit, distinguenda est causa *entitative* spectata, sive in seipsa, et sine relatione ad effectum, atque causa *jorinaliter,* seu sub ratione causae considerata. Porro, causa, si *formaliter* inspicialur, non potest esse prior, quam effectus; siquidem, uti paulo ante diximus, antequa quid efficiat, causa esse nequit. Sin *entitative* spectetur, interdum effectui *tempore* praecedit, interdum simul cum ipso existil. Scilicet, simul cum effectu existunt causae *instantaneae,* quae effectum suum *subito* producunt, sicut sol lucem: « Nec oportet omnem causam effectum duratione praecedere, sed natura tantum, sicut patet in sole et splendore 8 ». Effectui praecedunt causae *successivae,* quae illu producunt *per motum,* in his enim requiritur, ut principium motus praecedat finem eius Haec de causa efficiente. Quod vero attinet ad alia causarum genera, causa *materialis* naturaliter non est *tempore* prior omni suo effectu, nequit enim materia carere omni forma. Item, causa *formalis* re ipsa non est *tempore* prior suo effectu, nempe composito, sed simul incipiunt. Denique causa finalis, uti explicabitur litt. F, est prior suo effectu *in intentione.*

Quod si το *prior* pro *nobilior* explicare velis, haec habe: Omnis caussa *formaliter* sumpta nobilior est suo effectu: nobilius est enim dare, quam accipere 10. At *entitative* non semper est nobilior. Enimvero causa efficiens principalis est vel nobilior effectu, vel aeque nobilis. Est aeque nobilis, si sit causa *univoca;* huiusmodi enim causa est eiusdem

8 *Qq. dispp., De Pot.,* q. III, a. 13 ad 5. Quod ideni iam adnotaverat Nazianzenus iis verbis: « Perspicuum est causam non omnino antiquiorem esse iis, quorum causa est; neque enim sol lucem tem porc antecedit»; *Orat.* XXXV.
9 Vid. s. Thom., *Opusc.* XXVII *de aeternitate mundi.*
10 Omne, quod fit, ci, a quo fit, par esse non potest»; s. Aug. *Qq. LXXXIII,* q. 2.

epecici cum effectu, ideoque eadem perfectione essentiali pollet. Est nobilior, si sil causa *aequivoca,* haec enim est sublimioris ordinis; ut sol producens aurum et gemmas n. *Instrumentons* ut plurimum est ignobilior suo effectu, uti calamus scriptura. Diximus, *ut plurimum,* nam « aliquid, uti s. Thomas advertit, potest agere ultra suam speciem non quasi virtute propria, sed virtute principalis agentis 11». Compositum, quod existil cx materia ct forma, est perfectius ipsis, licet hae sint illius causae; totum enim est perfectius qualibet sua parte. Denique causa *finalis* in agentibus bene ordinatis est nobilior effectibus, nihil enim in agentibus bene ordinalis est propter vilius se, si sit principaliter intentum; id quod clarius patebit ex illo, *Inconveniens est aliquid esse, propter vilius se.*

5, Causae efficienti assimilatur effectus. Intelligendum est, ut monet s. Thomas 13, de causa efficiente *principali;* haec enim operatur per virtutem suae formae, cui assimilatur effectus, non item de causa *instrumentait;* nam haec non agit per virtutem suae formae, sed per motum, quo movetur a principali agente. Hinc ignis suo calore calefacit; e contrario, lectus non assimilatur securi, sed arti, quae est in mente artificis. Insuper, haec similitudo, scu convenienda effectus cum causa, accipienda est vel secundum *eamdem rationem specificam,* sicut homo generatur ab homine; vel secundum *eamdem rationem genericani,* sicut ea, quae generantur ex virtute solis; vel tantum secundum *aliquam analogiam,* sicut ea, quae sunt a Deo; haec enim aseimilantur Deo neque *secundum eamdem rationem specificam,* neque *secundum eamdem. rationem genericani,* sed tantum quia, utpote entia, imperfectam similitudinem cum Deo, primo ct universali principio totius *esse,* praeseferunt. Hanc oh rationem creaturae possunt aliquo modo dici similes Deo, sed non vieissim: cc Inter Deum, ct creaturas non est similitudo per convenientiam in aliquo com-

11 Vid. g. Thom., I, q. IV, a. 2 c.
13 3, q. LXXVII, a. 3 ad 3.
13 1, q. IV, a. 3 c., et q. CV, a. 1 ad 1.

muni, sed per imitationem; unde creatura similis Deo dicitur, sed non convertitur [14] ».

6. Causae aequalitas causât aequalem effectum. Iciest: augmentum, vel diminutio causae auget, vel minuit effectum; e. g., si calidum dissolvit, magis calidum magis dissolvit. Hoc autem verum est, si causa accipiatur pro causa *per se,* qua augmentata, vel diminuta, augetur, vel diminuitur effectus [15], non vero si accipiatur pro causa *per accidens,* seu removente prohibens: « Aequalitas causae removentis prohibens non ostendit aequalitatem effectuum. Si quis enim aequali impulsu divellet duas columnas, non sequitur ut lapides superpositi aequaliter moveantur, sed ille velocius movebitur, qui gravior erit, secundum proprietatem suae naturae cui relinquitur, remoto prohibente [16] ».

7. Causae quaedam sunt sibi invicem causae. Non tamen in eodem, sed in diverso genere. Idquc locum habet quoad causas materialem et formalem, ct quoad causas efficientem et finalem. Nam forma determinat materiam, ct haec illam sustentat [17]. Finis autem, ut intentus, movet causam efficientem; atque, ut obtentus, saepe perficitur ab ipso agente. E. g., Medicus movetur a sanitate aegroti, quam intendit, ad applicanda remedia: atque per remediorum applicationem oblinet sanitatem : quocirca sanitas intenta causât movendo medicum; et sanitas obtenta causatur a medico. « Contingit, ait s. Thomas, secundum diversa genera causatum idem respectu eiusdem esse causa et causatum: sicut purgatio est causa sanitatis in genere causae efficientis; sanitas vero est causa pargationis secundum genus causae finalis ». Similiter « materia est causa formae aliquo modo, in quantum sustentat formam: et forma est aliquo modo causa materiae, in quantum dat materiae esse actu [18] ». Porro effatum pro eodem

In lib. I Sent., Dist. XXXV, q. I, a. 4 ad 6.

[15] Vid. s. Thom., 1“ 2“", q. LXXXV, a. 5, ad 1.

[16] *Ibid.*

In lib. IV Sent., Dist. XVII, q. 1, a. 4, *sol.* 1 c.

[18] *Qq. dispp., De Ver.,* q. XXVIII, a. 7 c. Hoc modo etiam potentiae ευηΐ causae effectrices actuum, et actus sunt fines potentiarum; *Qq. dispp., De Virt.,* q. 1, a. 12 ad 5.

genere causarum intelligi non posse ex eo patet, quod nequeunt duae res sese mutuo producere, utraque enim simul foret causa et effectus sub eodem respectu.

8. Causae secundae non agunt nisi motae a prima. Quod quidem intelligendum non est secundum illorum sententiam, qui solam Causam Primam, nempe Deum, omnia immediate operari autumant. Etenim, « cum Deus sit omnium causa immediata, quorumdam tamen est tota causa, sicut eorum quae creantur: quorumdam autem est causa particularis, ut eorum quae sunt a natura particulari; et haec quidem causa concurrit non propter indigentiam Divinae voluntatis, sed propter summam liberalitatem, quae non tantum dedit rebus esse, sed et operationem et diffusionem, propter ordinem et connexionem universi ad invicem. Nec una causa derogat alteri, sed totus effectus est a causa creata, et totus a voluntate infinita increata 19 ». Quocirca illud effatum explicandum est 1°: quatenus « Deus est dans esse rebus: causae autem aliae sunt quasi determinantes illud esse... esse autem est magis intimum cuilibet rei, quam ca per quae esse determinatur. Unde operatio Creatoris magis pertingit ad intima rei, quam operatio causarum secundarum 20 »; 2°: quatenus causae secundae non agunt, nisi secundum vires a Deo datas et conservatas; unde illud, *Causa secunda agit in virtute Causae Primae;* 3°: quatenus causae secundae non agunt, nisi Deus in earum actiones ita influat, ut eumdem cum illis producat effectum; unde illud, *Causa secunda applicatur a prima,* quo *applicationis* nomine intclligitur Divinus concursus vel *praevius,* vel tantum *simultaneus* 21 ; « Deus immediate in omnibus rebus operatur, in quantum virtus sua est sicut medium coniungens virtutem cuiuslibet causae secundae cum suo effectu; non enim virtus alicuius creaturae posset in suum effectum, nisi per virtutem Creatoris, a quo est omnis virtus, et virtutis conservatio, et ordo ad effectum 32 ».

Vid. W S. Bonav., *In lib. I Sent.,* Disl. XLV, a. 11, q. 2, *ad arc.* e. Thom., I, q. CV, a. 5 c.

20 In lib. It Sent., Dist. I, q. I, a. 4 *sol.*

21 Cf. lilt. *C:* diet. 20.

22 Loc. cit.

9. Communius est nobilius. Intelligendum est de eo, quod est *communius secundum causalitaJem,* quemadmodum causa, quae una numero manens ad plures effectus porrigitur; hinc causa conservans civitatem nobilior est ca, quae conservat familiam. At si *commune* accipiatur *per consecutionem,* vel *praedicationem,* quemadmodum unum, quod invenitur in multis secundum unam rationem, tunc illud, quod est communius, non est nobilius, sed imperfectius, sicut animal homine 23.

10. Compositio ibi est, ubi est distinctorum unio. Hoc effatum verum est, dummodo distinctorum unio huiusmodi sit, ut unum se habeat per modum actus, et alterum per modum potentiae; quocirca, etsi in Deo multa virlualitcr distinguantur, nulla tamen ex iis fit compositio, nam nihil in Deo assignari potest, quod se habeat per modum potentiae. Rursus compositio tunc exurgit ex distinctorum unione, cum haec uniuntur inter sc sub ea ratione, qua distinguuntur, vel distinguuntur sub ca ratione, qua uniuntur; quocirca ex eo quod in Deo simt lres Personae realitcr distinctae, quae cum Essentia intime coniunguntur, quaedam compositio in eo esse perperam arguitur; siquidem Divinae Personae, quatenus in essentia uniuntur, non distinguuntur, et quatenus distinguuntur, non uniuntur, sed relative sibi mutuo opponuntur 21.

11. Compositius quo aliquid est, imperfectius est. Hoc effatum veritate gaudet quoad res immateriales, siquidem harum perfectio ex accessu ad summe simplex consideratur, ac proinde quo magis ipsae iis privantur, quae principia materialia, seu *potentialitatein* praeseferunt, maiori perfectione pollent. At idem, monente s. Bonaventura, quoad res materiales, quae ex partibus constituuntur, non habet veritatem, nam in illis « magnificatur virtus ex partium magnitudine, sicut magis urit magnus ignis, quam parvus; et plurificalur cx partium multitudine, sicut maio-

21 Qq. dispp., De Ver., q. VII, a. 9 ad 7. Vid. aliud effatum, *Bonum, quanto communius, tanto divinius* (lilt. B: eff. Sk

21 In lib. 1 Sent., Disl. VIII, q. I, a. 1 ad 4.

ns virtutis est syrupus compositus, quam liquor impermixtus 25 ». , · rflp

Aliam huius effati explicationem tradidit s. Thomas his verbis: « Dicendum, quod aliter est in participationibus, et in participantibus. Participationes enim quanto sunt simpliciores, tanto nobiliores, sicut esse, quam vivere, et vivere, quam intelligere, ut fiat comparatio inter esse, ct vivere, separato per intellectum esse a vivere. In participantibus autem quanto aliquid magis est compositum, non dico compositione materiali, sed per receptionem plurium participationum, tanto est nobilius, quia tanto in pluribus Deo similatur, ct huiusmodi assimilatio esse non potest, nisi per aliqua a Deo accepta 26 ».

12. Compositum est aliquid, quod nulli partium convenit. Hoc effatum locum habet sive in compositis, quae partibus dissimilibus, sive in iis, quae partibus similibus constant. Ita nulla pars hominis est homo, neque aliqua partium pedis est pes. Item licet pars aeris sit aër, et pars aquae sit aqua, tamen aliquid de toto dicitur, quod non convenit alicui partium; nam si tota aqua est bicubita, idem de parte dici nequit 27.

13. Contradictio est oppositionum maxima. Sane in contradictorie oppositis, quippe quae secundum ens ct non ens, seu secundum affirmationem, ct negationem separantur, nulla adest convenientia, dum *privative opposita* circa idem subiectum vereantur, c. *g.,* visus et caecitas circa oculum; ct *contraria* etiam in aliquo genere, saltem remoto, conveniunt, e. g., virtus et vitium in genere *qualitatis* 2H. Id amplius declaratur, eo quod contradictoria non solum magis quam contraria, quae ambo entia sunt, sed etiam magis quam *privative opposita* pugnant; siquidem privatio, seu defectus entis semper expostulat subiectum esse, puta quidquid *caecum* dicitur, id esse nccesse

In lib. II Sent., Dist. XV, a. 1, q. 2 *ad arg.*
26 *Qq. disp., De Ver.,* q. XX, a. 2 ad 9.
27 Vid. s. Thom., I, q. III, a. 7 c.
In lib. I Sent., Dist. V, q. I, a. 1 at] j.

est; at non item negatio: nam quod omnino non est. non denotat aliquid, quod non potest videre 29.

14, Contradictio fortissima est; et nihil tamen ea INFIRMIUS. *Fortissima* est respectu reliquarum oppositionum; omnino enim caret medio, quod vocant, *subiecti,* quoniam est inter ens, ct non ens 30. Nihil tamen contradictione *infirmius* est: nam contradictio est mendacium, seu quid falsum, nihil autem per se est mendacio et falso infirmius. Quinimmo contradictorium est nihil, nam « coniunctio affirmationis ct negationis nihil est, nec aliquem intellectum generat quod dicitur homo et non hoi simul acceptum, quasi in vi unius dictionis 31 ».

15, Contradictio inter omnia alia opposita est prima. Etenim contradictio nihil aliud est, quam forma, et negatio eius. lam ideo opposita non possunt simul existere, quia alterum negationem alterius in sui ratione includit; e. g., ad rationem caeci pertinet quod sit non videns; ad rationem nigri quod non sit album; ct ad rationem filii, quod non sit pater eius, cuius est filius. Ex his consequitur *contradictionem* esse reliquarum oppositionum causam, nam id. quod maximum et primum est in aliquo genere, est causa omnium aliorum.

16, Contradictoriorum semper unum est verum, alterum falsum. Nempe alterum contradicentium de quavis re vere dici potest. E. g., quidquid est, videt aut non videt, scribit aut non scribit, etc. Idem de ceteris oppositis statuendum non est: non quidem de relatis: quia non omne, quod est, dominus aut servus est; neque de contrariis, quia non omne, quod est, virtus est aut vilium; nigrum, aut album; neque in privantibus, quia non omne, quod est, audit aut surdum est. Potest etiam illud effatum explicari hunc in modum: In contradictoriis, si, e. g.. So-

20 Quod spectat ad comparationem *contradictoriorum* cum relative oppositis, vid. *Contrariétés relativa est omnium minima.*
30 « Esso non habet contrarium, nisi non esse»; s. Aug., *De mor. Eccl. Calli., et Manich.,* lib. II, c. I, n. 1.
31 In lib. III Sent., Dist. I, q. II. a. 3 *sol.* « Non possumus cogitare esse eimul ct non esse »; s. Ans., *Contr. insip.,* c. 4.

crates non sit, falsum erit quod sedet, verum tamen cril quod non sedet. In reliquis oppositis autem, si Socrates non sil, falsa sunt ista, Socrates est albus, est niger est pater, est filius; videns, caecus.

17. Contraria, *seu* opposita 3a, iuxta se posita magis ELUCESCUNT. Hoc est, *opposita,* cum conferuntur eccum invicem, mutuo se illustrant. « Cognitio oppositi, ait Aristoteles, non tollitur per esse alterius, sed magis iuvatur 33 ». Hinc, si minus intelligitur, quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest. Quinimmo, ut s. Thomas ait, « unum oppositorum cognoscitur per alterum, sicut per lucem tenebra. Unde et quid sit malum, oportet ex ratione boni accipere 34 ». Ratio autem est, vel quia quaedam relatio in oppositione existit, vel quia oppositorum opposita est natura; si ergo unius oppositi naturam recte quis cognoverit, inde facile est alterius cognitionem sibi comparare; siquidem, monente eodem sancto Doclore, contraria, prout cognoscuntur, sunt in mente *secundum esse spirituale 3i,* ac proinde *secundum quod sunt in mente, non habent contrarie!atem, sed unum contrarium est ratio cognoscendi aliud 3°.*

18. Contraria, *seu* opposita eidem secundum idem, AD IDEM ET EODEM TEMPORE NEQUEUNT ATTRIBUI 3T. *Eidem* scilicet subiecto. *singulari* ct *incommunicabili.* Dicitur *singulari,* quia recte possunt opposita attribui diversis subiectis, utesse album homini, et esse nigrum corvo, aut eidem subiecto communi, ut homini esse album in Petro, et esse nigrum in Paulo. « Opposita, inquit s. Bonaventura, non possunt se compati circa idem..., verum est de eo, quod est ita unum, quod cius unitas repugnat multitudini, sicut est unum individuum; sed de eo, quod est unum, quod multitudini non repugnat, imo propter suam possibilitatem admittit omnem diversitatem, non habet veritatem, immo simul et semel habet opposita... Et hoc patet, quia forma humanitatis est una unitate universalitatis: et ideo simul verum est, quod est homo, qui generatur, et est homo, qui generandus est; et est homo albus, et est homo niger 34 ». *Incommunicabili,* quia nihil vetat, quin opposita attribuantur eidem uni, sed communicabili; uti esse Patrem et Filium Deo; quoniam Natura Divina est una quidem, sed communicabilis pluribus Personis. *Secundum idem,* nempe secundum eamdem partem, nihil enim obstat, quominus *opposita* eidem tribuantur subiecto secundum diversas partes; ut si quis crine quidem ruber, niger ore sit; quia diversae illae partes tamquam diversa subiecla censentur. *4d idem,* nempe eodem respectu, vel in ordine ad eumdem terminum; hinc si diversus habeatur respectus, vel terminus, possunt *opposita* de eodem praedicari. Ita potest Plato dici maior Socrate, ct minor Aristotele. *Eodem tempore;* quia eidem possunt attribui *opposita* diversis temporibus; sic enim nunc Petrus potest esse indoctus, post vero aliquot annos doctus.

Huic autem effato illud Aristotelis minime adversatur. *contrarium* nempe *sibi expetere contrarium,* ut inops locupletem, indoctus scientem. Namque Aristoteles id intellexit non *simpliciter,* sed *secundum quid;* nempe illud sibi voluit, contrarium non sibi expetere contrarium, ut ambo simul sint, et maneant contraria; puta tenebrae cum sole, nigrum cum candido, sordes ct flagitia cum virtute; sed contrarium sibi expetere contrarium, ut tollatur alterum, quod privationem significat; puta indoctus amat doctum, vel potius doctrinam, non ut maneat indoctus,

32 Contrariorum nomen aliquando pro oppositis in genere adhibetur, et opposita, quae proprio sensu *contraria* diximus, *adversa* nominantur.

35 Met lib. VIi, c. 6.

31 I, q. XLATIl, ?.. 1 e. «Malum discerni non potest, nisi per scientiam boni »; s. Ambros. Liber *De Paradiso,* e. 2. Vid. *Com trariorum eadem est scientia* (lilt. *C:* off. 28).

35 In lib. Ill Sent., Dist. XXVI, q. I, a. 3 ad 4.

36 Vid> µ 2m, q. XXXV, a. 5 c. et ad 3.

37 « Fieri non potest, ut contraria simul sint in individuis seeundum idem. Neque enim Socrates simul et valere, et aegrotare potest; aut membro eodem calefieri pariter, ac frigefieri »; s. Damage·, *Dialect.,* c. 57. Et e. Ambrosius: « Quod contrarium est, seipsum impugnat »; De *Poenitentia,* lib. II, c. 2.

38 In lib. II Sent., Dist. III. p. 1, a. I, q. 3 *ad arc.*

et fiat simul doctus, sed ut doctrinae particeps factus desinat esse indoctus.

19. Contraria nata sunt fieri clrca idem subiectum. Scilicet, oportet, ut circa sublectum, quod *specie,* aut *genere* idem sit, versentur. *Specie idem;* e. g., si sanitas in corpore animalis est, non in alio, quam in isto erit aegritudo. *Idem genere;* e. g., si calor est in corpore, erit etiam ct frigus, nempe in toto genere corporis; nam fieri potest, ut in aliqua peculiari specie corporis, utpote in igne, insit, cui inesse nequit frigus, uti etiam humor aquae inest, cui inesse nequit siccitas. Itaque opposita circa subieclum idem genere aut specie versantur. Atque hinc colligere licet, ea, quae diversorum sunt praedicamentorum, contraria non esse, sed toto genere diversa. Non autem necesse est, ut circa idem numero subtectum versentur; nisi agatur dc privative oppositis, siquidem in uno, eodemque oculo, in quo est visus, nata est inesse coecitas. Rursus etiam in privative oppositis, ipsa dicuntur circa idem *numero* versari, si agatur de *subiecto,* quod *est substantia;* « circa actionem autem, emu sit accidens, non oportet illud habere veritatem, quod bonum ct malum sint circa camdem actionem numero, sed sufficit quantum ad legem oppositionis, quod habeant fieri circa actionem eamdem in specie 30 ».

20. Contraria se mutuo expellunt a subiecto, nisi eorum alterum insit a natura. Ita calqr et frigus in corpore sunt, et circa corpus versantur, ita ut modo calor cx eo frigus depellat, modo frigus calorem ‘°. Dicitur autem, *nisi eorum alterum insit a natura;* quia si eorum alterum subiecto suo naturaliter inest, a contrario suo expelli non potest; e. g., frigus numquam ab igne calorem depellet, neque siccitas humorem ab aqua; siquidem quod naturaliter inest, expelli plane nequit, salvo co, in quo

39 S. Bonav., *In lib. ll Sent.,* Diet. XLI. a. 1, q. 1 *ad arg.*

40 « Contraria contrariis perimuntur, sicut per aquam ignis exlinguitur»; Origen., *In Ep. ad Horn.,* lib. IX, η. 24.

est41. Quod si contraria mutuo se expellunt e subiecto, mutua esse potest inter ea vicissitudo in subiecto, sive *potentia ct successive* eidem subiecto inesse possunt. Hinc aliud extat effatum:

21. Contrarium est potentia aliud contrarium. Quod tamen accipiendum est *in concreto,* sive de denominatis contrariorum; subiectum enim, qtiod est *netu* tale, est *potentia* aliud contrariorum, e. g., aer, qui est *actu* calidus, *potentia* est frigidus; non item *in abstracto,* ipse enim calor *jorinaliter* non potest esse frigus.

22. Contraria sub eodem genere maxime distant. Scilicet contrarium magis distat a suo contrario, quam simplex eius negatio; c. g., nigrum magis distat ab albo, quam simpliciter non album; siquidem omne nigrum est non album, sed non vicissim 42.

23. Contrariétés, *seu oppositio relativa,* est omnium minima. Id patet tum ex co, quod relatorum unum non potest existere sine alio, tum ex eo., quod relata, si ad diversos terminos comparantur, in subiecto eodem *numero* naturaliter simul esse possunt; siquidem homo dicitur pater et filius respectu diversorum. Idem declarari potest tunc in modum : Quae maiorem inter se habent naturae coniunctionem ct societatem, illa inter se minus pugnant; sed relata maiorem inter sc habent naturae societatem, quam contraria, ut perspicue constat; contraria autem, uti iani diximus l minus «piam privantia, ct haec minus, quam contradictoria, inter se pugnant.

Praestat hic afferre duas illas causas, ex quibus, secundum s. Thomam, oppositio relativa a ceteris distinguitur, et quomodo relationes sint in Deo, explicatur: « Oppositio relationis in duobus differt ab aliis oppositionibus. Quorum primum est, quod in aliis oppositis unum dicitur alteri opponi, in quantum ipsum removet... Non autem est

41 Inde etiam colligitur contraria, uti naulo ante diximus, versari circa idem, dummodo *subicctum aequaliter* se *habeat ad utrumque contrariorum;* 2' 2M, q. XXIV, n. 10 ad 1.

42 Vid. s. Thoni., 2·' 2ao, q. LXXIX, a. 4 c.

<3 Vid. liti. *C:* eff. 13.

hoc in relativis. Non enim per hoc opponitur filius patri, quod ipsum removeat, sed propter rationem habitudinis ad ipsum. Et ex hoc causatur secunda differentia, quia in aliis oppositis semper alterum est imperfectum; quod accidit ratione negationis, quae includitur in privatione, et altero contrariorum. Hoc autem in relativis non oportet, immo utrumque considerari potest ut perfectum, sicut patet maxime in relativis aequiparantiae ct in relativis originis, ut aequale, simile, pater, et filius. Et ideo relatio magis potest attribui Deo, quam aliae oppositiones. Ratione quidem primae differentiae potest attendi oppositio relationis inter creaturam et Deum, non autem alia oppositio; cum ex Deo sit magis creaturarum positio, quam carum remotio; est tamen aliqua habitudo creaturarum ad Deum. Ratione vero secundae differentiae est in ipsis Divinis Personis, in quibus nihil imperfectum esse potest, oppositio relationis, et non alia [44] ».

24, *Ex* contrariis omnia fiunt. Hoc effatum *contrarietatem* maxime accipit pro *privatione,* eaque omnia complectitur, quae fiunt per transmutationem. Et sane, vere dici potest: Hoc ens factum est ex aliquo non ente, scilicet ignis ex non igne, album ex non albo. Quare illud *ex* maxime denotat subiectum transmutationis, nempe ibi fuisse privationem formae per mutationem acquisitae, vel terminum *a quo;* hoc est, c. g., ex non igne fit ignis. « Omne, quod generatur, inquit s. Thomas, generatur ex contrario [10] ». Hinc etiam verum est illud, *Contraria non fiunt ex* se *invicem,* quippe quod contraria non fiunt ex se, tamquam cx partibus constituentibus, sed dumtaxat tamquam ex terminis.

25. Contrariorum contrariae sunt causae. Intelligendum est hoc effatum de causis proximis, ct particularibus, non autem de causa remota et universali. Nam, « cum contraria, quemadmodum s. Thomas advertit, conveniant in uno communi, neccssc est in cis supra causas contrarias

44 De his vid. lilt. R.
45 Qq. tlispp., De Pot., q. VII, a. 8 ad 4.
40 Jn lib. I Sent., Dist. I, q. I, a. 4 *sol.*

proprias inveniri unam causam communem [47] ». Lnde ostendit nullum esse Manichaeorum argumentum, qui ex illo effato contraria principia, imum boni, alterum mali adslruunt [48]. Insuper, quoad ipsas causas proximas, eo do intelligendum est, quo illud explicavimus, *Agens unum, in quantum unum, immediate non producit, nisi unum,* seu, *Idem semper facit idem* [49]. Exinde patescit contrarios effectus exurgere posse: 1" ab eadem causa libera; 2° a causa, quae illos gignat *per accidens;* 3° secundum diversas conditiones vel sui, vel subiecti, in quod actionem exerat. Hinc etiam contra Manichaeos s. Bonavcntura: « Ad illud, quod obiicitur, quod contrariorum contrariae sunt causae, dicendum, quod ista propositio habet veritatem, secunda quod intelligitur de contrariis, quorum utrumque est aliqua natura, et in causis agentibus naturaliter, et quae sunt ad unum effectum determinatae; aliter manifeste est falsum. Nam idem Deus, etiam secundum Manichaeos, fecit calidum et frigidum, et eadem rationalis potentia, secundum Philosophum, est causa oppositorum. Et ideo non habet locum in malis, quia malum non dicit aliquam naturam, secundum quod malum, et quia est a voluntate secundum quod libera, quae non est determinata ad alterum contrariorum [50] ». Rursus: « Contrariorum contrariae sunt causae, intelligitur de causis intrinsecis, nam de causa extra non habet veritatem; et ideo, quia nescivit distinguere, deceptus est pessimus Manichaeus. Et quod ita sit, patet. Si enim contrariorum contrariae sunt causae primae producentes, tot essent principia, quot sunt genera contrarietatum; ergo alius Deus fecisset calidum, et aliu» frigidum, et sic de aliis contrarietatibus. Si quis ita ageret, ab omnibus deridendus esset, quanto magis stultissimus Manichaeus? [51] ».

26. Contrariorum contraria sunt consequentia. E. g., quia virtus consequitur fortitudinem, etiam contrarium

[47] I, q. XLIX, a. 3 c.
[48] *Ibid.*
[49] Litt. *A:* eff. 49.
[50] *In lib. II Sent.,* Dist. XXXIV, a. I, q. I *ad arg.*
[51] *Ibid.,* Dist. I, p. 1, a. II, q. 1 *ad arg.*

virtutis, nempe vitium, consequitur contrarium fortitudinis, nempe ignaviam. lani hoc effatum accipiendum est: Γ de iis, in quibus utrinquc idem modus repugnantiae exi·etit; e. g., contrarium eius, quod consequitur calorem, consequitur frigus, dummodo calor el frigus secundum camdem graduum intensionem sumantur; 2° de contrariis, quatenus sunt contraria; quocirca ex eo, quod timiditas consistit in defectu, non consequitur fortitudinem in excessu consistere, nam fortitudo et timiditas non veluti defectus et excessus, sed tamquam virtus et vitium sibi opponuntur; 3° de consequentibus, quae proli mint *per se* ex ipsa ratione *contrarietatis;* uti, virtus est expetenda; ergo vitium est fugiendum: contra, non valet, album est dulce; ergo nigrum est amarum; dulcedo enim *per accidens* convenit albo, neque album ratione dulcedinis est nigro contrarium.

27. Contrariorum fadem est disciplina. Sensus est: Ad quam facultatem spectat rem aliquam recte cognoscere, spectat etiam illius contrarium perpendere, secundum illud n. 17 explicatum, *Contraria iuxta se posita* etc. Hinc agit Medicina de sanitate el de morbo; Ethica de virtute ct vitio; Logica de vero et falso 52. Hoc autem effatum maxime respicit scientiam ex toto sumptam, haec enim in suo ambitu etiam contraria amplectitur; atque insuper accipiendum est de contrariis, sive oppositis, quae includuntur sub eadem *ratione formali* ipsius scientiae; hinc ex eo quod mctaphysica res immateriales contemplatur, materiales etiam non speculatur, harum enim consideratio est extra eius institutum.

28. Contrariorum eadem est scientia. Hoc effatum a superiori in co differt, quod respicit particularem scientiam alicuius rei: scilicet, qua cognitione res aliqua cognoscitur, per camdem ctiain cognoscitur cius contrarium; nam, ut antea dictum est, contraria a se mutuo in cognitione dependent. Qua in re duo adnotanda sunt: Γ *Contraria* hic accipiuntur pro quocumque opposito. Nam vel ea se habent uti res ct privatio, seu negatio rei, ct tunc

aa Vi<l. s. Thorn., 1» 2a% q. LIV, a. 2 ad 1.

privatio, seu negatio cognoscitur per rem illam, quam aufert privando, aut negat, c. g., malum per oppositam formam boni, nihilum per eius oppositum, quod est ens, cognoscitur; vel opponuntur uti *proprie* et *stricte* contraria, et ita unum cognoscitur per alterum, ut virtus per vitium, et vicissim; vel sunt opposita *relative,* et tunc sicut unum non potest esse sine allero, ita nec cognosci. 2° Alterum oppositorum *per se* et *primario* in eadem scientia consideratur, alterum *secundario, per accidens,* et *ex occasione perfectioris.* Ita cognoscens sanitatem, consequenter cognoscit etiam rationem morbi, saltem quatenus privatio est. Hinc sensus effati est, quod cognitio alterius oppositi fit non eodem *actu formali,* sed tantum *occasionaliter.*

Praestat etiam cum Seraphico Doctore rationem adnotare, ob quam contrariorum eadem est scientia, at non idem affectus: « Prima quidem ratio est quia voluntas separat ea quae virlualiter sunt coniuncta; unde aliquis vult antecedens, et tamen non vult consequens. Cognitio autem non separat ea quae naturaliter sunt coniuncta; unde qui novit antecedens, quodam modo novit consequens. Quoniam ergo per consequentia in ipso ad opposita sequuntur oppositae proprietates, per quas habent cognosci, ut si album disgregat, nigrum congregat; hinc est, quod unus potest esse habitus cognitivus oppositorum, quamvis non sit habitus unus affectivus. Alia etiam dissimilitudo est, quia potentia cognitiva consimili actu et consimili ratione negotiari potest super oppositorum utrumque; iudicat enim de recto ct obliquo per rationem ipsius recti; sed affectiva non sic; inuno si appetit unum oppositorum, reliquum respuit; si amat unum, reliquum odit, per se loquendo. Et ratio huius est, quia affectus magis unit ipsi affectibili, quam cognitiva cognoscibili; unde amor transformat amantem in amatum: quarc propterea non sequitur, quod sic una possit esse cognitio oppositorum, secundum quod opposita, quod propter hoc oppositorum habeat esse affectio una, vel etiam una virtus affectionis directiva M ».

53 *In lib. Ill Sent.,* Dist. XXVI, a. 11, q. 1 *ad arg.*

29. Contrariorum eadem est ratio. Scilicet, cum contraria se habeant uti perfectum et imperfectum, unum contrariorum est ratio alterius; e. g., sicut virtus aliqua excellenter est bona, sic contrarium eius vitium excellenter est malum. Potest etiam per illud *ratio* intelligi *definitio;* nam qui scit definitionem alicuius rei, etiam aliquo modo eadem definitione eius contrarium cognoscit, et defectum; uti iam antea explicatum est.

30. Contrariorum uno posito, ponitur alterum. Ad cuius explicationem haec prae oculis habenda sunt: Γ Id effatum non semper venun est quoad contraria *privativa;* hinc ex eo, quod Summum Bonum exislit, non sequitur ut existât etiam summum malum; itemque ex eo, quod datur finitum *actu* in rebus naturalibus, non consequitur ut detur etiam infinitum *actu;* haec enim *privative* opponuntur. 2° Quod spectat ad contraria *positiva,* verum est, si illud dumtaxat significet, quod natura numquam produxit contrariorum unum sine altero 54, falsum autem, si quamdam necessitatem denotaret, ita ut si contrariorum unum in rerum natura existai, alterum etiam existere necesse sit; siquidem haud repugnat, e. g., omnia colorata esse alba: « Amplius autem in contrariis considerando non est necessarium, quod si alterum contrarium sit, reliquum sit ex necessitate. Si enim ponamus omnia animalia esse sana, tunc per talem hypothesim sanitas est, sed languor non est; similiter si ponamus omne corpus terminatum esse album, tunc albedo quidem est, nigredo autem non esset, quia si esset, oporteret quod esset in aliquo corpore terminato, et talia posuimus omnia esse alba 55 ». 3° Potest etiam illud effatum explicari hoc modo: Contrariorum uno posito, alterum ponitur *actu* vel *potentia* in alio subiecto. Quod si aliquando in eodem subiecto ponitur, intelligcndum est dc contrariis, quae illi insunt mutabiliter, atque haec non nisi *successive,* et alio atque alio tempore ponuntur, numquam vero *actu* et respectu eiusdem *numero*

51 Vid. Arist., De *Coelo,* lib. II, e. 3.
55 B. Alb. M., *De Praedicant.,* tract. VII, c. 10.

eubiccti, eiusdemque temporis 5G. Hinc aliud effatum enascitur:

31, CONTRARIORUM UNO POSITO, NEGATUR ALTERUM. Quod intelligendum est de contrariis immediatis, quae nem-

|H; Ultuiuni Jim.I oc

numero subiecti. Sic Petrus sanus negatur esse aeger. Vel etiam dc contrariis *mediatis,* sed ita ut, uno posito, alterum negetur, at, uno sublato, non nisi contingenter ponatur alterum; ut, si paries est albus, non potest idem esse niger, saltem qua parte albus est, sin albus non est, non sequitur necessario, ut sit niger, quia potest esse ruber 57.

32. Contrariorum unum semper est privatio alterius. Quo effato non illud significatur, alterum contrariorum esse *formaliter* privationem alterius; sed unum contrarium inferre privationem alterius. Sic vitium infert privationeni virtutis; frigus caliditatis. Cum enim contraria sc mutuo ex eodem subiecto expellant, necesse est, ut, ubi(•unique est alterum contrariorum, ibi alterius sit privatio. Vel etiam explicari potest hoc sensu: Unum contrarium est imperfectum ct deficiens respectu alterius, ut amarum respectu dulcis, ideoque eum illo per modum privationis comparatur: si quidem quod perfectius est, rationem habet habitus, et quod imperfectius, est instar privationis 5S.

33. Conveniens fit a convenienti. 1°: Hoc theorema significat in generatione substantiae, secus ac in productione accidentium, quae a diversis causis agentibus et diversis modis oriri possunt, aliquam requiri convenientiam, quae in eo consistit, ut sit determinatum agens, cuius virtute ille determinatus effectus dc potentia in actum extrahi possit. Quod locum habet etiam in plantis, et in animalibus, (piae ex putri materia generari a quibusdam dicuntur. Nam, secundum ipsos, praeterquam quod harum substantiarum generatio non producitur a materia ob ali-

in creatione mundi materiae indidit, haec determinata» circumstantias et determinata loca ct tempora expostulat- e. g., in Aegypto ex putri materia saepius generantur mu. res, et in nostro coelo vermes, et locustae 59; et insuper determinatas materias, nam ex equi cadavere vespae, et cx cadavere bovis apes generantur. 2° Si theorema de convenientia quoad speciem inter generans et generatum intelligi velit, verum non est, nisi his positis conditionibus, nempe quod agens: 1° sit principale, non instrumentale60, sit proximum, non remotum, siquidem natura effectus pendet a causa proxima, a qua immediate promanat; 2° sit causa per se, non per accidens, quia « causa per accidens non est proportionate ad effectum, sed solum causa per se 61 ».

50 Vid. Themist., *De An.,* lib. I, c. 24.
60 Contr. Gent., lib. Ill, c. 72.
Cl In lib. II Sent., Dist. XXI, q. I, a. 3 *sol.*

Distinctiones.

1, Datio - Missio - Processio. Differentia inter has voces, prout in theologicis disciplinis adhibentur, ita ab Aquinate explicatur: « Processio, in quantum processio, dicit realcm distinctionem et respectum ad principium, a quo procedit, et non ad aliquem terminum. Datio aute non importat distinctionem dati a principio, a quo datur, quia idem potest dare seipsum, sed tantum ab eo, cui datur. Sed missio ponit distinctionem in misso et ad principium, et ad terminum [1] ».

2, Datum - Donum. Docente s. Bonaventura, « quamvis in Divinis utrumque dicatur ct *datum* et *donum,* tamen convenientius dicitur *donum.* Et huius duplex est ratio. Una quidem est, quia *datum,* cum sit participium, vel nomen verbale, concernit tempus: *donum* autem a tempore subtrahit; ct ideo quia omnia Divina supra tempus sunt, convenientius dicitur in Divinus *donum,* quam *datum.* Alia ratio est, quia *donum* supra rationem *dati* addit conditionem liberalitatis, sive irredibilitatis, quae est conditio magnae nobilitatis; et ideo maxime competit Divinis [2] ».

3, Debitum: ex merito - ex conditione naturae. Primum *debitum* in eo positum est, ut talia operans talia

1 *In lib. I Sent.,* Dist. XV, q. 1, a. 1 *sol.*
2 *In lib. I Sent.,* Dist. XVIII. a. I, q. 3 *resol.*

consequatur. Alterum in eo, ut talis natura tales conditiones, vel proprietates expostulet; e. g., *debitum* est homini, habere rationem et alia, quae ad humanam naturam pertinent. Qua in re illud obiter adnotamus quod docet s. Thomas 3, neutro modo Deum creaturis *debitorem* dici posse, cum enim haec debita praesumant divinam ordinationem, sequitur, ut potius Deus sibi ipsi debitor sit, quatenus debitum est, ut divina ordinatio impleatur.

4, Defectus - Malum - Peccatum - Culpa. *Defectus* simplicem negationem alicuius boni significat. *Malum* autem significat privationem, seu defectum entitalis in rc, quae illam naturaliter habere debet; c g., « carentia vitae in lapide potest dici defectus, sed non malum; homini vero mors est et defectus, et malum ‘ ». Hinc malum, quod vulgo dicitur *metaphysician,* seu defectus omnimodae perfectionis in ente creato, non est proprie malum, quia quodlibet ens creatum perfectionem illam nedum expostulat, excludit. *Peccatum* consistit in operatione, « secundum quod non est directa, ut finis exigit; secundum quod grammaticus non recte scribit, nec parat recte medicus potionem ». *Culpa* « super peccatum addit, ut sit voluntatis actus »; nam, « peccatum est et in his, (piae secundum naturam sunt, et in his, quae sunt secundum artem; sed culpa non potest esse, nisi in his, quae per voluntatem sunt: nihil enim rationem culpae obtinet, nisi quod vituperabile est, neque virtuperium alicui debetur propter inordinatum actum, nisi ille actus suo dominio subiaceat; habere autem dominium super suos actus, ut scilicet possit facere, et non facere, voluntatis proprium est 5 ».

5. Definitio: nominis - rei. *Definitio rei* explicat ipsius rei naturam, eam in omnes partes essentiae resolvendo. Quare per hanc definitionem distincto conceptu rem cognoscimus, ita nempe, ut res, eiusque essentiae omnia elementa complectamur. Hinc, secundum

3 1* 2«, q. CXI, a. 7 ad 2; ibid., q. CXTV, a. 1 ad 3. Vid. etiam S. Bonav., *In lib. I* Sen'.. Dist. XLIII, lub. 3.
‘ *In lib. II Sent.,* Dist. XXX, q. a. 2 s<d.
« *In lib. II Sent* loi, oit. et Dist. XXXV, q. 1, a. 1 *sol.*

s. Thomam, haec definitio existit, « quando intellectus concipit aliquam formam de re. quae per omnia ipsi rei respondet " ». *Definitio* autem *nominis* solum indicat vim nominis, quo res appellatur 7. Quare per huiusmodi definitionem non nisi confuse natura rei cognoscitur, quatenus intclligilur esse quaedam res ab aliis distincta, et separata, quomodo rudes recipiunt, res ipsas vocabulis expressas

6, Demonstratio circularis - Circulus uniformis. *Damostratio circularis,* seu *reciproca,* vel *circulus non conformis* fit: 1° cum diversis argumentorum speciebus, altero nempe « *posteriori,* altero *a priori,* effectus per causam, et causa per effectum probatur; videlicet, cum ab effectu nobis nolo progredimur ad causam latentem cognoscendam; deinde vero ab ea iam cognita regredimur ad effectum eiusque rationem per causam detegimus, ut distinctiore ipsius effectus cognitionem nobis comparemus. E. g., ex eo, quod creaturae existant, colligimus existere Creatorem; deinde, Eius natura et perfectionibus attentius consideratis. comperimus rerum creatarum cxistenliam, et ordinem ab illo dependere. Hinc huiusmodi demonstratio duobus argumentis constat, quorum primum *a posteriori* via est ad inveniendam causam; alterum *a priori* scientiam, nempe cognitionem distinctam cl perfectam effectus nobis largitur, quatenus ex ipsa causa inventa, et aliis intellectus investigationibus perfectius cognoscimus ipsam causam, et per eam regredimur ad effectum scienti fice intelligendum. Haec demonstrationis *circularis* species proprie *regressus demonstrativus appellatur.* - 2° Demonstratio *circularis,* quae proprie tali nomine vocari solet, fit cum ex propositione maiori, et propositione minori probatur conclusio: et rursum ex conclusione, et propositione minori conversa probatur propositio maior. E. g., primum probatur omnem homi-

0 *Qq. dispp., De Ver.,* q. Il, a. 1 ad 9.

7 Haec definitio, monente Clemente Alexandrino, *maxime* a· dhibcndn est, «quando viderimus nomen duci in diversos usus; et perscrutandum est, an de significato dubitetur ex appellatione, an sit apud omnes extra controversiam »; *Strom.,* lib. VIII, n. 1.

8 Vid. Toledo, *Commentaria in universam Aristotelis Logicam; In Post. Anal.,* lib. I c. 1, q. 1.

nem esse docilem, quia omnis homo est rationalis, hoc pacto: omne rationale est docile, atqui omnis homo est rationalis; ergo omnis homo est docilis. Deinde omnem hominem esse rationalem, quia omnis homo est docilis, ita probatur: « Omnis homo est docilis; atqui omne rationale est homo; ergo omne rationale est docile. In priori argumento, ex *maiori,* Omne rationale est docile, ct *minori* directa, Omnis homo est rationalis, probatur conclusio, Omnis homo est docilis. In altero, cx hac ipsa conclusione, et prioris argumenti *minori* conversa, nempe, omne rationale est homo, probatur *maior* eiusdem prioris argumenti, nempe, omne rationale est docile. Iam patet huiusmodi argumentationem esse vitiosam, si id, quod in priori argumento est principium, et in posteriori est conclusio, uno eodemque modo accipiatur. Nam, cum principium sit prius, et notius conclusione, sequeretur idem esse prius et posterius, notius et minus notum; scilicet, prius et notius, prout est principium: posterius ct minus notum, prout est conclusio. Quocirca, ut recte adhibeatur haec argumentatio, oportet ut id, quod in priori argumento est conclusio, et in altero est principium, diverso modo accipiatur; puta si in conclusione prioris argumenti accipiatur uti minus notum *nobis;* in maiori alterius uti magis notum *natura sua* Vel si sumantur uti magis ct minus nota quoad diversos; nam, quemadmodum s. 'I hornas monuit, « probabilia dicuntur quae sunt magis nota vel sapientibus, vel pluribus: contingit autem idem esse magis et minus notum quoad diversos, et ideo nihil prohibet sylogismum dialecticum fieri circularem 0 ». Vel, si in priori argumento probari velit conclusionem esse veram; in altero autem esse vera principia, ex quibus fluit. Quae omnia significantur, cum docetur argumentationem *circularem* recto adhiberi non in eodem, sed in diverso genere causae. - *Circulus* vero *formalis,* vel *uniformis* procedit per camdem demonstrationis formam ab eodem ad idem eodem modo acceptum. Quocirca fit. cum ex duobus, quae aeque dubia sumuntur, al-

9 *hi lib. I Post.,* lect. λ'III.

tenun per alterum probatur; ut si quis dicat, Socrates est homo, quia est rationalis; est rationalis, quia est homo.

7. Demonstratio: propter quid - quia. *Demonstratio quia* dicitur quae solum probat admittendam esse aliquam veritatem. *Demonstratio propter quid* investigat propriam causam, ob quam illa admittenda sit. Quocirca demonstratio *propter quid* causam proximam et adaequatam assumit: demonstratio autem *quia* vel ex effectibus proficiscitur, vel ex causis non immediatis et proximis, sed remotis, quae veritatis demostrandae determinata radix non sunt; ut si quis probaret lapidem non respirare, quia non est animal, causam remotam redderet; nam causa proxima dicitur ex qua omni et sola procedit effectus; *non respirare* autem non de solo *non animali* praedicatur, cum aliqua sint animalia, quae non respirant. E contrario, quoniam causa propria *non respirandi* sil *non habere pulmonem,* demonstrationem *propter quid* conficeret, qui lapidem probaret *non respirare* eo quod, cum non sit animal, non habet pulmonem. Hinc omnis demonstratio *a posteriori* est *quia,* sed non e contrario. Nam demonstratio *quia* solum consistit in hoc, quod ostenditur veritas, non autem illius propria et immediata radix; iam dari aliquam veritatem potest aliquando ostendi per aliquid posterius, scilicet per effectum; aliquando per aliquid prius, scilicet per causam remotam. Quapropter non omnis demonstratio *quia* est *a posteriori,* idest cx effectu, sed aliquando fit per aliquid prius, scilicet per causam remotam. At vero omnis demonstratio *propter quid* semper est *a priori.* quia semper fit per causam, eanique proximam et immediatam.

8, Dependere: simpliciter - secundum quid. Primum idem valet, ac accipere ab alio essentiam saltem numero diversam; c. g., Alexander pendet a Philippo. Hinc Verbum Divinum non pendet a Patre, est enim consubstantiale Patri, proindeque *genitum, non factum.* Alterum vero significat accipere accidens ab alio. Ita aer tantum *secundum quid* dependet a sole, a quo accipit lumen, unde non est effectus solis.

9, Dicere ad - Dicere in. Occurrunt hae voces, cum sermo est de relationibus. *Dicens ad* est relatio, prout respicit terminum. *Dicens in* appellatur relatio, prout est ia subiecto. E. g., Paternitas in ipsa Persona Patris aeterni spectatur sub conceptu *in;* quatenus autem dicit ordinem ad Filium suum correlatum, spectatur sub conceptu *ad.* Ubi illud monere praestat, quod « in Deo non est aliud *esse* relationis, et *esse* essentiae, sed unum et idem ». Etenim, « quidquid in rebus creatis habet esse accidentale, secundum quod transfertur in Deum, habet esse substantiale; nihil enim est in Deo, ut accidens in subiecto, sed quidquid est in Deo, est Eius essentia. Sic igitur ex ea parte, qua relatio in rebus creatis habet esse accidentale in subiecto, relatio realiter existons in Deo habet esse essentiae Divinae, idem omnino Ei existons. In hoc vero, quod ad aliquid dicitur, non significatur aliqua habitudo ad essentiam, sed magis ad suum oppositum. Et sic manifestum est, quod relatio rcaliter existons in Deo est idem essentiae secundum rem, et non differt, nisi secundum intelligentiae rationem, prout in relatione importatur respect us ad suum oppositum, qui non importatur in nomine essentiae 10 ».

10. Differentia - Distincta - Diversa. *Distincta* sunt quae *numerice* non sunt unum et idem. Hinc distinctio consistit in negatione identitatis. Variae sunt distinctionis species, quae alibi nobis explicandae erunt **n**. *Diversa,* quorum essentia in uno alia est ac in alio; puta homo, et brutum sunt diversa, quatenus homo non est id, quod est brutum, et brutum non est id, quod est homo. *Differentia,* quae aliquid commune ita habent, ut in ipsis diversimode determinetur; e. g., homo et brutum *differre* dicuntur, quatenus animalilas in illo per *rationalitatem,* in isto per *irrationalitatem* determinatur. Hinc, ut docet s. Thomas, ea, quae differunt, in aliquo convenire debent, et per aliquid superadditum differunt; quae autem diversa sunt, non est absolute necesse, ut in aliquo conveniant 12.

to I. q. XXVIII, a. 2 c.
11 Viti. *Formaliter - Rcaliter* etc. (litt *F-* <lkt
11 I, q. III, a. 8 ad 3; ibid., q. XC, a. **1**'ad 3.'

11. Differentia: communis - propria - maxime pro- PKIA. *Differentia communis* est quae per accidens aliquod separabile discrimen facit; ut cum dicimus hunc ab illo differre, quod hic sedeat, ille stet. Atqui hac differentia potest aliquis non solum ab alio, sed etiam a seipso differre, quoniam potest sui dissimilis esse; ut, qui nunc adolescens differt a seipso, cum antea in cunis vagiret. *Differentia propria* est, quae per accidens inseparabile discrimen facit et dissimilitudinem: ut corvus ab olore differt, quod hic. albus, ille niger sit; nec potest nigredo seiungi a corvo, nec albedo a cygno. Differentia denique *maxime propria* est, quae efficit, ut res ab aliis differat ob aliquam proprietatem, quae illius essentiam ingreditur; uti *rationale* differentia est hominis *maxime propria,* quia essentiam hominis ingreditur. Haec differentia rem omnino *aliam* a ceteris facit, non item differentia *communis,* ct *propria,* quae tantum rem sibi, aut aliis dissimilem, seu *alteram* efficiunt. « Alterum, inquit e. Thomas, importat diversitatem accidentis 13 ».

12. Differentia: constitutiva - divisiva. Quaedam sunt alicuius generis differentiae *divisivae,* idest per quas genus dividitur; quaedam illius generis *constitutivae,* idest per quas genus illud constituitur; e. g., animal habet has differentias; animatum sensibile, rationale, irrationale: sed duae priores sunt per quas animal constituitur, animal enim est animatum ct sensibile corpus; per alias dividitur. Inter huiusmodi differentias hoc discrimen adnotandum est, quod differential' *constitutivae* generis omnes participantur a singulis speciebus illius generis; *divisivae* vero non omnes, sed aliquae ab una specie, aliquae ab alia, e. g., rationale ah homine, irrationale a bruto; unde iit. ut, quando unum genus sub allero ponitur, inferius participet omnes differentias *constitutivas* superioris generis, non tamen omnes *divisions;* uti animal participat omnes differentias *constitutivas* viventis, scilicet corporeum, animatum, unam autem *divisam,* scilicet sensibile; vivens enim divi-

13 3, q. XVII, a. 1 nd 7.

ditur per sensibile, ct insensibile, animal autem est sensibile.

13, Directe - Indirecte. 1°: *Directe* intenditur a scientia, vel ab actione aliqua illud, quod primo et per se, seu ratione sui spectatur. *Indirecte,* illud, quod tantum ratione alterius, et quasi *per accidens.* Sic Theologia *directe* agit de Deo; de creaturis vero *indirecte,* quatenus ad Deum referuntur. Sic etiam qui violentas manus sibi infert, *directe;* qui autem se mero ingurgitat, *indirecte* est causa suae mortis. Quinimmo potest aliquis effectus *indirecte* procedere ab aliquo, ex hoc ipso quod non agit. Ita submersio navis dicitur *indirecte* procedere a gubernatore, quatenus desistit a gubernando. Ubi monendum est cum s. Thoma non semper id, quod sequitur defectum actionis, reduci, sicut in causam, in agens, eo quod non agit, sed tunc solum, cum potest ct debet agere: si enim gubernator non posset navem dirigere, vel no.n esset ei commissa gubernatio navis, vitio ei non verteretur submersio navis, quae per absentiam gubernatoris contingeret11. 2': *Directe* aliquid in enunciatione praedicari dicitur, quando vel praedicatur superius de suo inferiori in eadem linea; puta, homo est animal: vel differentia de sua specie, ut homo est ratione praeditus; vel accidens de substantia nomine adicctivo; c. g., homo est albus. Si uno ex his tribus modis invertatur praedicatio, vocatur indirecta; e. g., animal est homo, etc. 3°: *Directe* ad aliquid praedicamentum spectare illud dicitur, quod omnibus pollet conditionibus requisitis, ut ad illud possit per se spectare. *Indirecte,* vel *reductive,* quod tantum ratione cuiusdam respectus ad ipsum praedicamentum refertur. Ita homo *directe* pertinet ad *praedicamentum* substantiae; caput vero, manus etc. *indirecte,* quia sunt partes corporis, quod perlinet ad praedicamentum substantiae; id quod de omnibus partibus dicendam est, quae, cum *non participent complete naturam alicuius Speciei, non sunt in aliquo genere, vel in aliqua specie, nisi per reductionem* 1s, seu *non*

ii p 2'c. q. VI, a. 3 c. Vid. vox *Voluntarium.* « Dicimus facere aliquid, cum esse facimus rem; cl cum facere possumus, ut nou sit, cl non facimus»; s. Anselm., *De casu diaboli,* c. 18.

13 Qq. dispp., q. un. *De anint.,* a. 1 c.

ordinantur in praedicamento, nisi in ordine ad totum ,fi. Item, ad *praedicamentum* qualitatis *reductive* spectant tenebrae, caecitas, surditas etc., quia ad illud directe spectant formae, quae per bas privationes tolluntur 17. Atque generalim « opposita reducuntur ad idem genus, in quo vel utrumque est perse, ut patet in contrariis et relativis; vel unum est per se, el alterum per reductionem, ut patet in privatione et habitu, et affirmatione ct negatione ,h 4°: Directe, vel *ostensive* aliquid demonstratur, cum ex connexione, quam cum alio vero habet, deducitur. *Indirecte,* cum aliquid ex eo evincitur, quod contrarium admitti nequit, quin aliquid absurdum vel impossibile inde sequatur. Haec altera demonstratio appellari solet *apogogica,* sive *per absurdum.* 5°: *Directe,* vel *indirecte* syllogismi imperfecti ad perfectos reduci possunt 1K.

14, Directe - Reflexe. *Directe* seu *actu directo,* vel *actu exercito* affirmari dicitur id, quod de re, uti est *a parte* ipsius rei, affirmatur: ut, homo est beatitudinis capax. *Reflexe,* seu *actu reflexo,* vel *actu signato,* id, quod de re, prout a nobis concepta est. affirmatur: v. g.. homo, ut abstrahitur a singularibus, est species. Item, *directe* aliqua res cognoscitur, cum circa ipsam rem nostra cognitio versatur; *reflexe autem,* cum cognitio supra ipsam rei cognitionem prius habitam exercetur. Ita *directe ex* discursu cognosco aerem esse gravem; *reflexe,* si me ad huiusmodi cognitionem convertens, dicam, verum est aerem esse gravem. Item *directe* seu *in actu exercito* cognosco aliquid verum, si illud cognoscitur *in se, conforme cognitioni: in actu signato* autem si cognitio *terminatur ad relationem conformi-*

10 I, q. III, a. 5 c. Vid. 6. Bonav., *In lib. II Sent.,* Diet. XXIV. p. 1, ŋ. I, q. 1 *ad arg.*

17 *In lib. III Sen/.,* Dist. II, q. II, a. 1 *sol.* 3 ad 5. « Et omnino nullum praedicamenti genus est. secundum quod aierc volumus, nisi ut secundum idipsum praedicamentum negare convincamur, si praeponere particulam negativam voluerimus »; s. Aug., *De lib. arb..* lib. V. c. 8.

»* *In lib. II Sen/.,* Dist. XXXV, q. I. a. 3 ad 1.

19 Vid. Caiet., *In I P.* q. XVI, a. 2.

tatis "°; ita ut cognoscam ipsam meam cognitionem consentaneam esse rei, prout in se est.

15. Dispositiones: praeviae - concomitantes. *Dispositiones praeviae* sunt quae praeparant materiam ad recipiendam formam; e. g., antequam fiat ignis ex ligno, praecedit calor disponens lignum ad formam ignis. Ex iis ultima necessario cum ipsa forma connectitur; ex quo fit, ut « ciusdem sit formam aliquam inducere, et materiam de proximo praeparare ad formam 31 ». Hanc ob rationem infusio animae rationalis in corpore est quodammodo a generante, quatenus ab eo disponitur corpus, ut ab anima rationali informari possit. *Dispositiones concomitantes* sunt quae materiam reddunt aptam ad hoc, ut formam retineat. Sic in homine tamdiu perseverat anima in corpore, quamdiu corpus est dispositum ad recipiendam vitam; et cum per morbum tolluntur hac dispositiones a corpore, statim anima ab ipso separatur.

16. Distinctio - Partitio - Divisio. *Divisio* proprie est generis in species per oppositas differentias distributio, ut, animalium aliud est rationale, aliud irrationale. *Proprie* diximus, nam potest fieri etiam divisio subiecti in accidentia; e. g., si dicamus: animalium aliud mansuetum est, aliud ferum; vel accidentis in subiecta, puta, bona alia sunt animi, alia corporis. *Partitio* vero est distributio totius in partes, ex quibus ipsum re ipsa componitur; c. g., corporis in sua membra, vel manus in carpum, palmam, et digitos 22. *Distinctio,* prout hic accipitur, est, cum vox acquivoca, et quae vim multiplicem habet, in significationes suas resolvitur; ut, cum dicimus, canem aut animal quadrupes latrans esse, aut piscem marinum, aut sidus coeleste.

20 Vid. *Ostensive* (litt. *O:* dis!. 17).
21 *In lib. /Γ Sent.*. Dist. XXIV, q. II, a. 3 *sol.*
« Ex divisionibus autem una quidem dividit rem divisam in species, ut genus: altera autem in partes, ut totum: alia vero in accidentia. Atque totius quidem in partes divisio ut plurimum consideratur in magnitudine, quae fit autem in accidentia, nuniqtiaui potest lota explicari, -iquidem oportet unicuique entium omnino inesse essentiam »; Clem Alex., *Strom.,* lib. VIII, n. 6.

17. Distributio: absoluta - accomoda

18. Diversitas: locica - physica. *Logica diversitas* habetur in terminis enunciationum affirmantium, qui licet a *parte rei* non differant, tamen non eodem conceptu apprehenduntur. Haec diversitas facile perspicitur, si actiones *in abstracto, et reduplicative* 20 acceptae de se invicem negentur. Ita in terminis huius enunciationis, Ens a se est sapiens, *logica diversitas* adest; nam recte dicitur, *Aseitas, quatenus aseitas, non est sapientia. Physica diversitas* obtinet in terminis enunciationum negantium, prout de illis recte dici potest, *haec res non est illa;* ut, homo non est lapis.

19. Diverso respectu - Eodem respectu. Γ: *Diverso respectu* aliquid sumitur, cum diverso modo, vel secundum diversas partes; *eodem respectu,* cum uno tantum modo, vel secundum unam partem consideratur. Ita *eodem respectu* nemo potest esse bonus, et malus; sed id *diverso respectu* non repugnat, nam potest aliquis esse bonus, quatenus est creatura Dei; malus, quatenus est peccator; item *diverso respectu,* nempe secundum diversas partes, in Aethyope est albor, et nigror, albor nempe in dentibus, nigror in cute. 2°: *Eodem respectu* accipiuntur termini *univoci; diverso respectu, aequivoci, et analogi* 25.

20. DIVISIM - Coniunctim. Idem valent ac *Distributive* • *Collective* 2G.

23 Vid. litt. *A:* diet. 2.
21 Quid haec vox significet, explicabitur lilt. *R:* dist. 13.
25 Vid. litt. *A:* dist. 30.
2C Vid. litt. *C:* dist. 12.

1. Dans formam dat omnia consequentia formam. Nempe, dat omnia, quae necessario consequuntur formam, seu quae ad essentialem perfectionem formae requiruntur 1; siquidem propter naturalem connexionem actio, qua producitur aliqua res, determinatur ad omnia quae cum illa counectuntur; v. g., qui producit ignem, per eamdem actionem calorem et siccitatem producit. Vel, dat omnia etiam, quae ad perfectionem accidentalem spectant, non quidem semper *formaliter,* sed vel *fomaliter,* vel *virtualiter;* c. g., Deus, creans formam intellectivam, quae acquirendi scientiam virtute pollet, virtualiter dat nobis scientiam.

2, Definitio dicit esse, *idest,* Definitio declarat quip SIT RES definita. Quare ipsa non rei existentiam, sed essentiam explicat: « Essentia proprie est id, quod significatur per definitionem 2 »; idque tantum *expositive* 3* ut, *animal rationale* explicat, quid sit *homo;* non vero *copulative,* seu per nexum, cum hoc sit enunciationis, quae copulat praedicatum cum subiecto. Ex hoc theoremate consequitur, modum, quo definiuntur privationes et negationes, esse *incom·pictissimum,* quia est « quasi exponens nominis significationem, non essentiam indicans, quam nullam habet 1 ».

1 « Substantiam consequentia sive accidentia consequuntur »; s. lustin., *Aristot. dogm. eversio,* n. 2.

- I, q. XXIX. a. 2 ad 3. « Omnis definitio est oratio, quae quid sit id, quod definitur, explicat»; s. Cyrill. Alex., *Thesaurus,* Assertio XXXI.

3 « Definitio debet rei essentiam exponere »; Clem. Alex., *Strom.,* lib. VIII, ŋ. 8.

* *In lib. II Sent.,* Dist. XXXV. q. I, a. 2 ad 1.

3, Definitiones diversae sunt, si res sint diversae, *seu.* Unius rei unica est definitio. Cuius effati ratio est, quod definitio rei essentiam exprimit; quapropter, cum quaelibet res unicam essentiam habeat, unius rei non nisi una definitio esse potest, ct, cum res sint aliae ab aliis diversae, eo quod diversas essentias habent, diversarum rerum diversae sint definitiones oportet. Adnotandum autem est: Γ unius rei unicam esse definitionem, si uno codemque modo consideretur; si enim eadem res diverso modo inspiciatur, plurium definitionum ea capax est, non quod per has assignantur plures illius rei essentiae diversae, sed quod diversa eius essentialia officia declarantur. Quare illud effatum a s. Thoma ita explicatur: « Dicendum, quod si inveniretur aliqua diffinitio, quae diceret esse rei secundum comparationem ad omnes causas ipsius proprias, esset perfectissima, ct una tantum 5, sed inveniuntur diffinitiones notifieantes esse rei plures secundum diversas causas. Unde aliqua datur per causam finalem, quaedam per formalem, et sic dc aliis. Inveniuntur etiam aliae notificationes sumptae ex proprietatibus consequentibus esse rei, et tales etiam possunt esse plures 6 ». 2° I nius rei posse duas definitiones assignari, alteram *physicam,* nempe ex materia ct forma; alteram *metaphysicam,* idest ex genere et differentia; verum has unam et eamdem reapse esse, et plures spectari solum ex modo, quo illae traduntur.

4, Quorum definitiones sunt diversae, eorum forma diversa EST. Nempe, si definitiones explicent res, prout in se sunt; non vero, si eas explicent, prout a nobis cognoscuntur. Hinc diversae definitiones attributorum Dei, e. g., iustitiac et misericordiae, diversitatem eorum in ipso Deo minime arguunt; nam illae definitiones non explicant ea

5 Huiusmodi esi definitio virtutis infusae, quam s. Augustinus tradidit iis verbis: « Bona qualitas mentis, qua recte vivitur, et qna nullus male utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur »: vid. t. Thom., *In lib. II Sent.,* Dist. XXVII. q. I, a. 2 *sol.*

6 *In lib. I Sent.,* Dist. I, *Expos, text.* Huiusmodi, e. g., sunt definitiones virtutis, *Habitus electivus in medio consistens,* et. *dispositio perfecti ad optimum,* etc. Vid. cumdem s. Thom., *In lib. II Sent.„* loc. cit. ad 9.

attributa, prout in Deo sunt; sed prout a nobis, qui omnia simul attributa Dei cognoscere non possumus, separatini concipiuntur.

5, Denominatio fit λ parti· potiori. Hinc, e. g., Aethyops non denominatur albus ab albis dentibus. At si quod accidens subiecti certam sibi vindicet partem, potest ab eo fieri denominatio. Ita dicitur aliquis crispus a crispitudine capillorum, quia hi soli sunt adaequatum crispitudinis su·biectmn 6. Insuper, denominatio iit *a potiori,* dummodo id, quod perfectius est, non dicat negationem alterius, quod in re denominata invenitur. Hoc a s. Bonaventura adnotatum fuit, ubi inquit: « Denominatio debet fieri a digniori; dicendum quod non est verum, nisi in eo, in quo illud, quod minus dignum est, conformatur digniori 8 ». Hinc quamvis anima hominis sit spiritualis; homo tamen non dicitur spiritualis, quia spirituale nullatenus materia constat. Itaque « denominatio, inquit idem sanctus Doctor, debet fieri a digniori; dicendum, quod verum est, nisi alia ratio interveniat 9 ». Item, « totum copulatum, quia destruitur destructione cuiuslibet partis, habet denominationem a parte imperfectiori. Unde, si una pars copulationis est falsa, totum copulatum dicitur falsum; si una contingens, totum indicatur contingens; si una temporalis, et totum temporale 10.

6, Denominatio fit ab actu. Id verum est, sive hic actus sit internus rei denominatae, ut ignis dicitur calidus a calore, qui in ipso est, ct intellectus dicitur intelligens ab intellectione, etc., sive externus, ut paries dicitur cognitus a cognitione, quae non est in ipso pariete, sed in cognoscente. Quare hoc effatum ab Aquinate explicatur hunc in modum: « Illud, a quo aliquid denominatur, non oportet quod sit semper forma secundum rei naturam; sed sufficit quod significetur per modum formae grammatice loquendo. Denominatur enim homo ab actione, et ab indumento, et ab aliis huiusmodi, quae realiter non sunt formae 11 »,

Vid. s. Thom.. 3, q. XVI, a. 8 c.
8 *In lib. I Sent,,* Dist. XIV, a. I. q. I, *nd arg.*
9 *In lib. Ill Sent.,* Dist. 11, a. II. q. 2 *nd arg.*
10 *In lib. I Sent.,* loc. cit.

7. Deus et natura nihil faciunt frustra i2. Etenim *frustra* est id, quod finem, cui ordinatur, non attingit; infinitae autem Dei sapientiae omnino repugnat aliquid *frustra* in Eius operibus esse 13*. Idem dicatur de *natura,* quae est ratio artis divinae indita rebus, qua moventur ad suos fines. Hinc quamvis nobis aliqua superflua, imo vitiosa apareant, haec tamen ipsa ad certum finem ordinantur u.

8, Deus in unoquoque operatur secundum eius proprietatem. Deus enim, qui est institutor naturae, non subtrahit rebus, quod est proprium naturis earum 15. Hinc Deus, qui est prima causa, cum causis naturalibus concurrens, *non aufert, quin actus earum sint naturales;* itemque concurrens cum causis voluntariis, « non aufert, quin actiones carum sint voluntariae, sed potius hoc in eis facit 16 ».

9. Dici de omni - Dici de nullo; *seu,* Dictum de omni *ct* Dictum de nullo. Haec sunt principia syllogismoru M universalissima. Primum regit syllogismos aientes, eiusque sensus est: *Quidquid dicitur universim de aliquo subiecto, affirmatur de quovis contento sub illo.* Scilicet: Omne illud, quod affirmatur de aliqua re universaliter et distributive 17 accepta, illud ipsum affirmandum est de omnibus, quae huic rei subiiciuntur, et de quibus haec res affirmari potest. V. g., in hac propositione, Omnis homo est rationalis, affirmatur *rationale* de homine universaliter et distributive sumpto; hinc idem *rationale* affirmandum est de

11 *Qq. dispp., De Pot.,* a. 10 ad 8.
12 « Eorum ipsorum, quae frustra gignuntur, Deus conditor non «t, neque natura b: s. Tustin., *Aristot. dogm. eversio,* n. XLIX.
13 « Neque enim a Deo quicquam temere atque incassum factum est »; s. Greg. Naz., *Orat.* XXXIII.
14 Vid. *Finis movet efficientem* (litt. *F:* eff. 7).
15 *Contr. Gent.,* lib. II, c. 55.
»e I, q. LXXXÏII, 11. 1 ad 3.
17 Vid. lilt. *C:* dist. 12.

Petro, quia Petrus *homini* subiicitur, et *horno,* de quo *rationale* affirmatum erat, affirmatur de Petro. - *Dictum de nullo* est fundamentum syllogismorum negantium, atque contrarium sensum involvit, qui sic explicatur: *Quidquid negatur de aliquo universaliter accepto, negatur de omnibus de quibus illud alterum affirmatur.* Scilicet: Quod alicui rei universaliter et distributive sumptae attribui non potest, ne potest quidem attribui illi, quod sub illa re comprehenditur, seu de quo illa res ai firmatur; v. g., si certo scis nullum hominem esse quadrupedem, sponte tua colliges neque Catonem, neque Caesarem, nec alium quemquam hominem quadrupedem esse; item, si quis, quantumvis rusticus, vinearii suam grandine verberatam videat, statini vel imitus exclamat: non frugiferam eo anno fore, eo quod perspicue ct evidenter sentiat vim huius conclusionis: nulla vinea grandine verberata frugifera est, mea est grandine verberata; non est igitur frugifera.

10. Differentia crnus dividit, et speciem constituit. Hoc est: Differentia dividit genus, non quidem ita, ut cius complexum in paries dividat, sed ita ut illius ambitum diversis modis determinet, unde genus in species sibi subiectas quasi secatur. Ita *rationale* secat animal in hominem et brutum. Speciem constituit; quia differentia est pars rei maxime propria, quae partem communem contrahit instar *formae,* et in certam naturam compellit. Nam genus, e. g., animal, est velati materia vaga et communis, quae per *rationem* coercetur, unde homo extat.

11, Differentia est nobilior centre. Ratio est, quia eo ipso, quod differentia contrahit genus, quod ex sese indifferens est ad quamlibet speciem, illud perficit, ac proinde nobilius reddit. Ex quo patet differentiam esse nobi liorem, ut perficiens nobilius est eo, quod perfici potest, sive ut proprium communi, atque ut actus potentia. Non autem ipsa est nobilior genere, ut alia, et alia natura; siquidem differentia nullam habet formam, quae implicite in genere non contineatur 18. Hinc fieri potest ut differentia,

l6 In lib. II Sent., Dist. lit, q. I, a. 6 ad 4.

per quam aliquid constituitur in specie, non pertineat ad nobiliorem naturam, ac genus. Ita diversi gradus, ex quibus natura sensitiva in speciebus animalium irrationalium determinatur, non sunt *alterius naturae nobilioris supra naturam sensitivam, quae est nobilissima in eis*

12. Differentiae non recipiunt magis et minus: non INTENDUNTUR, AUT REMITTUNTUR. Sensus CSt: Uniuscuiusque speciei differentiae in se consideratae aeque sunt perfecte *essentialiter* in singulis inferioribus. Nam *rationale,* v. g., in uno homine tam est perfectum, quam in alio, quia omnes homines sunt eiusdem speciei, cum habeant eadem praedicata essentialia. Neque dicas unum hominem alio perfectius ratiocinari, idcoque unum esse magis *rationalem,* quam alium 20. Nam *rationale* non tam significat ratione uti, quam rationem habere, seu anima rationali esse praeditum; id quod aequaliter omnibus convenit, qui hominis nomine censentur. Hinc s. Thomas: « Nec etiam in diversis individuis participatur species substantiae secundum magis et minus 21 ».

13. Dispositio et habitus in eadem potentia habent HERI 22.

14. Dispositio fit habitus. Nempe, dispositio, quae fit habitus, est sicut imperfectum ad perfectum in eodem genere; huiusmodi enim dispositio potest fieri illud, ad quod disponit, nempe habitus 23, aeque ac calor imperfectus fit calor perfectus. Unde imperfecta scientia, dum perficitur, fit habitus. Quod si dispositio sit alterius generis, numquam contingit, ut fiat habitus, aeque ac calor imperfectus, quantumcumque excrescat, numquam fit forma substantialis ignis 24.

19 *Qq. dispp.,* q. un. *De Sp cr.,* a. 7 ad 9. Vid. I, q. L, a. 4 ad 1.
20 « Homo non est homine maior quatenus est homo »; Clem. Alex., *Strom.,* lib. II, η. 16.
21 I, q. XC1II, a. 3 ad 3.
22 Vid. lilt. *II:* eff. 2.
23 Vid. 8. Thorn., 1“ 2**, q. LXXXMII, a. 4 ad 4.
24 *In lib. II Sent.,* Dist XXIV, q. III, a. 6 ad 6.

Inde s. Thomas infert peccatum veniale, etsi sit dispositio ad mortale, non posse fieri mortale, quia « non est dispositio ad mortale, sicut ad terminum eiusdem generis, sed alterius 25 ».

15, Distinctioni non opponitur unio. Quae enim unita simul sunt, adhuc ita se habent, ut unum non sit aliud. Ita, anima non est corpus, licet corpori sit copulata. Immo tantum abest, ut unio adversetur· distinctioni, quin potius distinctionem requirat; siquidem non datur *unio,* nisi distincta a se mutuo sint, quae unita dicuntur. Hinc s. Thomas: « Unum non est remotivum multitudinis, sed divisionis. Multitudo autem non removet unitatem, sed removet divisionem circa unumquodque ex quibus constat multitudo 26 ».

16. Diversitas non tollit univocationem. Hoc effatum veritate gaudet, si sermo sit de differentiis superadditis communi rationi generis: non item, si de diversitate, quae sit in ipsa communi ratione. E. g., differentiae *rationolis* et *irrationalis* non impediunt, quominus *animal* de homine et bruto univoce praedicetur: « Diversa ratio minus communium non facit aequivocationcm in magis communi; licet enim sit alia propria diffinitio equi et asini, tamen univocantur in nomine animalis, quia communis diffinitio animalis convenit utrique 27 ». E contrario, de Deo, et creatura non potest *univoce* praedicari *substantia,* nam, cum diversissimum subsistendi modum habeant, in ipsa communi ratione *substantiae* differunt. Rursus, *univocatio* non tollitur ex diversitate suppositorum. E. *g.,* hoc nomen *homo* non sumitur *aequivnee* ex co, quod quandoque de Platone, quandoque de Socrate praedicatur; aequivocatio enim inducitur ex diversa forma, seu essentia significata per nomen 28, non autem ex diversitate *suppositionis.*

Ex hoc effato s. Thomas infert nomen *homo* non praedicari *aequivoce* de Christo, et de aliis hominibus dictum

2» *ibid.*
2β I, q. XXX, a. 3 ad 3.
27 I. q. XXIX, a. 4 ad 1.
28 Vid. litt. *A:* dist. 30

semper eanidem formam significat, scilicet naturam humanam, unde univoce praedicatur de eis; sed suppositio tantum variatur in hoc, quod secundum quod pro Christo sumitur, supponit hypostasim incrcatam, secundum vero, quod pro aliis sumitur, supponit hypostasim creatam 21 ».

17. Divisibilitas est passio quantitatis. Nempe, diibdclitas in partes imegrales eiusdem rationi-, quarum quaelibet sine reliqua, diviso loto, ex se esse potest, est proprietas, quae *primo* et *essentialiter* pertinet ad quantitatem. *Primo* quidem, cuicuinque enim illa convenit, ratione quantitatis ipsi convenit, siquidem ipsa materia, si absolute spectetur, indivisa est, ct nonnisi *a quantitate habet, quod dividatur* 10; unde, « separata quantitate a substantia, remanet indivisibilis 31 ». *Essentialiter,* nam « ipsa ratio quantitatis in divisibilitate consistit; unde ratio quantitatis invenitur proprie in illis, quae per se dividuntur 32 ».

29 *Contr. Gent.,* lib- IV, c. 49.
30 *In lib. IV Sent.*, Dist. XII, q. I, a. 1, sol. 3 ad 3.
31 *In lib. II Sent.*, Dist. III, q. I, a. 4 *sol.*
32 *In lib. I Sent.,* Dist. XIX. q. I, a. 1 ad 1.

Distinctiones.

1, Elicitus - Imperatus \

2. Ens naturae - Ens rationis. *Ens naturae* vocatur illud quod actu, vel potentia existit extra mentem; e. g., homo, lapis. « *Ens rationis,* ut inquit Scotus, est aliquod praecise habens esse in intellectu considerante 2 », nempe, quod non nisi in intellectu cogitante esse potest: siquidem u ens rationis, cum in re nihil ponat, et in se non sil ens, formatur tamen, seu apprehenditur a ratione 3 »; nempe, tunc efficitur ens rationis, quando intellectus nititur apprehendere quod non est, et ideo fingit illud, ac si esset ens. Quocirca *ens rationis* ita appellatur, non quia a ratione efficitur, sicuti sunt opera artis, quae per rationem excogitantur; neque tantum quia est in ipsa sicut in subiecto; ca enim, quae his modis a ratione pendent, sunt entia realia; sed quia *esse* cius non est nisi in cognitione, seu in ratione, quae illud ad modum entis cognoscit. Tam hoc ens vel habet aliquod fundamentum in re; cuiusmodi sunt ea, quae consequuntur ex modo intclligendi rem aliquam naturae, quod dicitur *species;* vel nullum fundamentum in re habet, e. g., *chimaera,* quae ab intellectu nostro confingitur 4. Exinde perspicitur privationes, et negationes esse *entia rationis,* siquidem in re sunt *non esse,* sed in ratione habent *esse, eo* quod intellectus compositionem negationis aut privationis cum subiecto per quoddam *esse* concipit 5.

Vid. *Actu* elicitu** - *Imperatus* (litt. *A:* dist. 22). *Quodlib.,* q. III.
Vid. S. Thom., I, q. XVI, a. 3 ad 2.

3, Ens - Res « Ens exprimit actum essendi, sed nomen rei exprimit quidditatem, sive essentiam entis 6 ». Etenim « eet duo considerare in re, scilicet quidditatem et rationem cius, et esse ipsius: et a quidditate sumitur hoc nomen res ' ». lam, « quia quidditas potest habere esse et in singulari, quod est extra animam, et in anima, secundum quod est apprehensa ab intellectu, ideo nomen *rei* ad utrumque se habet, et ad id, quod est in anima, prout *res* dicitur a *reor, reris,* et ad id quod est extra animam, prout res dicitur quasi aliquid ratum et firmum in natura 8 ». Itaque, « simpliciter dicitur *res,* quod habet esse ratum et firmum in natura; ct dicitur hoc modo, accepto nomine *rei,* secundum quod habet quidditatem, vel essentiam quamdam; *ens* vero, secundum quod habet esse... Sed quia res per essentiam suam cognoscibilis est, transumptum est nomen *rei* ad omne id, quod in cognitione, vel intellectu cadere potest, secundum quod res a *reor reris* dicitur, et per hunc modum dicuntur res rationis, quae in natura ratum esse non habent, secundum quem modum etiam negationes, et privationes *res* dici possunt, sicut ct entia rationis dicuntur ° ».

Hinc peccatum, *in quantum est actus, est quaedam res, primo modo sumendo nomen rei; in quantum autem est ex privatione ordinis debiti, est quaedam res. secundo modo accipiendo rem ,0.*

4. Aequalitas aequiparantiaf - Aequalitas proportionis. *Aequalitas aequiparantiae* est *secundum quantitatem*

‹ *In lib. I Sent.,* Dist. XIX, q. V, a. 1 *sol.*
5 *In lib. Il Sent.,* Dist. XXXVII, q. I, a. 2 ad 3.
C *Qq. dispp., De Ver.,* q. 1, a. 1 c.
i *In lib. I Sent..* Dist. XXV, q. 1, a. 4, *sol.*
8 *Ibid.*
9 *In lib. H Sent.,* Dist. XXXVII, q. I, a. 1. *sol.*
10 *Ibid.*

absolutam, nempe, « quae cxistit inter duas quantitates eiusdem mensurae, sicut bicubiti ad bicubitum ». *Aequalitas proportionis* est *secundum quantitatem comparatam,* sicut patet in digitis manus, qui non sunt aequales secundum quantitatem absolutam, cum unus alteri superpositus excedat ipsum; sunt tamen aequales secundum proportionem; quia sicut quantitas unius digiti sufficit ad suum officium, ita et quantitas alterius digiti 11 ». Qua in re sanctus Doctor advertit *aequalitatem proportionis,* non autem *aequiparantiae* esse *de ratione imaginis,* eainque adstrui in anima, cum dicitur esse *ad imaginem* Dei: « Ad rationem imaginis non exigitur aequalitas aequiparantiae, cum magni hominis in parva pictura imago exprimatur; sed exigitur aequalitas proportionis, ut scilicet eadem sit proportio partium ad invicem, quae est in imaginato; ct talis proportio invenitur in anima respectu Dei, quia sicut ex Patre Filius, et ex utroque Spiritus Sanctus, ita ex mente notitia, et ex utroque amor procedit 12 ».

5. Aequivocatio: DIALECTICA - physica. *Aequivocatio physica* consistit in unitate cuiusdam naturae, quae dispari ratione cxistit in suis inferioribus, eo quod in uno continetur perfectiori modo, quam in altero; ut animal nobiliori modo repetitur in homine, quam in equo; *Dialectica,* quae proprie est aequivocatio, oritur ex eo, quod plura eodem nomine, cui diversa ratio respondet, significantur 13. Hinc una eademque natura dici potest *aequivoca,* scu *homonyma physice,* et *univoca,* seu *synonima dialectice;* uti patet in omnibus generibus; siquidem genus, prout contrahitur per differentias, nobiliorem in una, quam in alia, exhibet speciem; sed, si ratio genetica dumtaxat spectetur, ipsum in omnibus speciebus, in quas dividitur, ex aequo repetitur; nam homo, c. g., non est magis animal, quam equus.

11 *In lib. Ill Sent.,* Diet. XXXVI, q. 1, a. 4 *sol.,* cl *In lib. IV,* Dist. XXXII, q. 1, a. 3 *sol.*
12 *In lib. Il Sent.,* Dist. XVI, q. 1, a. 1 ad 4.
13 Vid. litt. *A:* dist. 30.

6, Essentialiter - Participative. Γ’: *Essentialiter,* eeu *per essentiam,* praedicatur *esse* de Deo, tum quia Esse Dei est ipsa Eius Essentia, unde Deus dicitur ipsum *esse* per se subsistens, et ideo non dependere ab alio, sed existere *a se;* tum quia, cum huiusinodi sit, *esse* secundum totam plenitudinem ct perfectionem complectitur. Idem dicatur dc bonitate, ct ceteris Dei perfectionibus, appellatur enim bonus, quia est ipsa bonitas ¶1.* E contrario, de omnibus entibus extra Deum *esse,* et quidquid in eis est, *participative,* scu *per participationem* praedicatur, quia, cum non sint ipsum *esse,* non a se, sed ab alio existant, seu *esse* a Deo accipiunt, ct quidem ita ut *ex parte,* nempe imperfecte *esse* Dei imitentur 15 2°: *Essentialiter* in aliquo genere tale esse dicitur illud, quod maxime tale est, nempe quod totam rationem illius naturae in se includit, ideoque est causa omnium, quae sunt illius genens. quaeque proinde *participative* talia esse dicuntur, quia *partialiter,* sive *particulariter* talia sunt, et non secundum omnem perfectionis modum. Ita ignis, qui est maxime calidus, est *essentialiter* calidus; lignum vero, quod per ignem fit calidum, tale est *participative.*

7. **Ex nihilo sui - Ex nihilo subiecu.** *Ex nihilo sui* aliquid fieri dicitur, si nihil prorsus in rerum natura antea existit, ex quo illud intrinsecus componatur. *Ex nihilo subtecti,* quatenus a nullo subiecto, in quo existât, dependet. Sic anima rationalis fit tum *ex nihilo sui.* tum ex *nihilo subiecti. Ex nihilo* quidem *sui;* nihil enim est in rerum natura, ex quo iain exislente, tamquam ex parte, anima humana vehit totum aliquod fiat. *Ex nihilo subiecti;* nam, etsi producatur in corpore, tamen natura sua non ita ab illo dependet, ut existere non possit, quin in ipso existât.

14 Contr. Gent., lib. 1, c. 32.

15 In lib. II Sent., Dist. XVII, q. 1, a. 6 ad 1. « Existcndi veritas intdligitur in Verbo, cuius essentia sic sumine est, ut quodammodo illa sola sit, in his vero, quae in Eius comparatione quodammodo non sunt, ct tamen per illud, et secundum illud facta sunl aliquid, aliqua imitatio illius summae Essentiae perpendatur »; s. .Ans., *Monol.,* c. 31.

8. Explicite - Implicite. 1°: « *Explicite* in aliquo continetur illud, quod *actu* in eo existit; puta partes in toto; *Implicite,* illud quod virtute in alio est; c. g., particularia in universali; vel conclusiones in principiis. Hinc ille, qui conclusiones in se actu considerat, *explicite;* qui vero in earum principiis universalibus, *implicite* cognoscere dicitur. Item, *explicite* dicimur aliqua credere, cum eis actu cogitatis adhaeremus; *implicite vero,* cum iis adhaeremus, in quibus, sicut in principiis universalibus, illa continentur; e. g., qui credit fidem Ecclesiae veram esse, in hoc quasi *implicite* credit singula, quae sub fide Ecclesiae continentur 10 ». - 2°: *Explicite* aliquid dicitur, quod apertis verbis significatur; ita qui Petrum dicit esse hominem, eum talem esse *explicite nominat: Implicite* significatur id, quod in *explicite* dicto continetur; ita qui Petrum hominem appellat, cum esse substantiam etc. *implicite* innuit. Unde, « qui unum dicit, quodammodo multa dicit, non simpliciter, sed quodammodo, quia implicite 17 ». - 3°: *Implicite* Deum appetere omnes creaturae communiter dicuntur, quatenus appetunt bonum, quod est quaedam divinae Bonitatis similitudo; *explicite* autem creaturae rationales, quarum proprium est appetere Deum, quia Illum cognoscunt secundum seipsum 18. - 4°: *Explicite* aliquid quis vult, cum voluntatem suam verbis, aut alio signo id denotante exprimit; c. g., herus *explicite* vult illud quod expressis verbis imperat; *implicite* autem, sive tacite, quod cx aliquo facto, aut ex facti omissione velle censetur; c. g., herus conducens famulum, *implicite* vult obsequia in se a famulo adhiberi.

16 *Qq. dispp.. De Ver.,* q. XIV, a. 11 c. Hanc fidem *implicitam,* tamquam Catholicorum commentum ad fovendam Ignorantiam Calvinisme acriter insertarunt. Sed aliud est sub fidei *implicitae* praetextu debitam in Religionis studium diligentiam omittere, quod culpabile esse, maximeque deplorandum omnes Catholici profitentur; aliud plenam distinctamque omnium Eidei nostrae articulorum intclligentiam consequi, id quod vix sapientes et docti, rudes autem et illiterati, ne vix quidem possunt.

17 S. Bonav., *In lib. I Sent.,* Dist XXVIH. dub. 1.

18 Is I, q. VI, a. 1 ad 2. (Vid. lilt. *A:* dist. 35).

Quo sensu hacc verba idem valent, ac, *Actu: signato - exercito* [19].

9, Extensive - Intensive Vox *extensive* adhibetur vel respectu amplitudinis subiecti, in quo aliqua proprietas inest, puta *extensive* maior dicitur albitudo, quae est in maiori superficie; vel diuturnioris temporis, unde poena aeterna dicitur *extensive infinita;* vel plurium effectuum, ad quos virtus alicuius rei porrigitur; e. g., vita dicitur *extensive plena* in homine, quatenus sunt omnes vivendi modi, non vero in brutis, quae non vivunt vita intellectuali, nec in plantis, quae non vivunt vita sensitiva Vox autem *intensive* maiorem perfectionis gradum significat, puta calor *intensive* plenus in igne dicitur; vel maiorem, quae inde consequitur, operandi virtutem, sicuti scientia ex efficacia cognitionis *intensive* in aliquo esse dicitur.

Hinc Theologi docent gratiam habitualem in Christo *intensive* et *extensive* plenam fuisse. Nam agnoscenda ea est in Christo « in summo gradu possibili secundum statum connaturalem, et de loge Dei ordinaria, habetque omnes suos effectus coimaturaliter possibiles, uti sunt remotio peccati, sanctificatio proprii subiecti, et aliorum hominum, cum sit gratia capitis, potestque, quantum est de se, se extendere ad sanctificationem infinitorum hominum, et Angelorum, si possibiles essent [20] ».

Porro planum est illud perspicere, qualitatem, quae in quodam subiecto magis *intensiva* est, quam in alio, posse in hoc esse magis *extensivam,* quam in illo. Sic bonus logicus *intensive* est doctior mediocri medico: at hic *extensive* est illo doctior. Ita etiam calor, ut sex, in sola manu *intensive* est maior calore, ut quatuor, in toto corpore: at hic
b *extensive* illuni excedit.

10. Extrinsece - Intrinsece. Γ: *Extrinsece* alicui convenit id quod ipsius essentiam non ingreditur, quo sensu homini *extrinsece* advenit esse doctum; *Intrinsece,* id quod illius naturam constituit, e. g., homo *intrinsece* est ani-

i 19 Vid. liti. *A:* dist. 24.
20 Vid. Gonet. *Manuale Thomistarum.* Par. 3. tract. 1. c. 10, t. V, p. 511-512, Biterris 1680.

mal. - 2°: *Extrinseco* inesse rei dicitur id, quod illi physice no» unitur; e. g., columna *extrinseco* dicitur dextra, quia « dextrum non dicitur de columna, nisi in quantum ponitur animali ad dextram 21 »; ita ut esse dextrum non sit realitcr in columna, sed in animali; *Intrinsece,* id quod physica unione in aliquo repetitur; ut Aethyops *intrinsece* est niger. - 3°: *Extrinseco* est in aliqua re illud, quod ipsam non pervadit; uti punctum est *extrinsecum* parti, quam copulat: *intrinsece,* quod reni afficit quoad partes interiores; id quod, monente s. Bonaventura, dupliciter esse potest, nempe aut sicut contentum respectu continentis, ut aqua respectu vasis, aut quia « influit in intima rei, ct influendo conservat et perficit »; quo modo esse intrinsecus *non congruit daemoni nec respectu simulacri, nec respectu hominis* =2. - 4°: *Extrinsece,* vel *intrinsece* aliquid esse possibile diversa ratione dicitur 23.

E

Effata.

1, Eadem sunt principia essendi et cognoscendi. Etenim siculi principium, per quod res est, est cius forma ita « omnis cognitio est per aliquam formam, quae est in cognoscente principium cognitionis 1 ». Iam vero alio modo sunt principia essendi et cognoscendi; sunt enim principia essendi quoad *esse* reale et particulare; sunt autem principia cognoscendi quoad *esse* abstractum ct universale.

21 I, q. XIII, a. 7 c.
22 //i *lib. II Sent.,* Dist. VIII, q. 11, a. 1, q. 1 ad arg.
23 Vid. *Possibile,* (litt. *P:* dist. 19).

1 Vid. *Forma,* lilt. F.
2 *Qq.* *De Ver.,* q. X, a. t c.

Quocircas. Thomas illud effatum explicat hunc in modum: « Dicendum, quod illud, quod est principium essendi. est etiam principium cognoscendi ex parte rei cognitae, quia per sua principia res cognoscibilis est; sed illud, quo cognoscitur ex parte cognoscentis est similitudo rei, vel principiorum eius, quae non est principium essendi, nisi forte in practica cognitione 3 ». Et s. Bonaventura: «Quando dicitur, quod unumquodque sicut se habet ad esse, ita ad cognitionem, hoc intelligitur, quia eadem principia, quae sunt principia essendi, sunt etiam principia cognoscendi; sed tamen principia conferunt esse per seipsa, sed cognitionem non conferunt per se, sed per suas similitudines 4 ».

Insuper, licet quaecunique principia *essendi* sint principia cognoscendi, tamen non omnia principia cognoscendi sunt principia *essendi;* e. g., « formae intellectus speculativi sunt tantum principia cognoscendi, et effectus interdum sunt principia cognoscendi causas 5 ». Non autem est necesse, « quod omne, quod est principium cognoscendi sit principium essendi, cum quandoque cognoscamus causam per effectum, et substantiam per accidentia ° ».

Denique, « non oportet ita essentias rerum produci, sicut habent cognosci; sufficit enim, quod sic se habeant ad esse, sicut se habent ad cognitionem; sed non oportet quod sic se habeant ad productionem 7 ». Scilicet, necesse non est, ut res secundum eumdem ordinem, quo producuntur, a nobis cognoscantur.

2. Eadem uni tertio sunt eadem inter se. Scilicet, si duo distincta possunt affirmari de uno tertio, possunt etiam de se affirmari. Huic axiomati ars syllogistica innititur; illa enim cx identitate extremorum cum tertio cognita in praemissis infert in conclusione identitatem illorum inter se. Hinc recte dico: Omnis peccator est imprudens: quidam peccator est dives: ergo quidam dives est

3 *Ibid.,* q. 11, a. 3 ad 8.
4 *In lib. I Seni.,* Dist. XXXVI, a. 11, q. 2 *ad arg.*
5 S. Thom., *Ibid.,* q. III, a. 3 ad 7.
β I, q. LXXXII, a. 3 ad 4.
7 S. Bonav., *In lib. II Sent ,* Dist. XVIII, a. I, q. 3 *ad arg.*

imprudens. Ubi quidam *dives* et *imprudens* eadem esse, seu iuter se convenire dicuntur in illatione, eo quod prius cum tertio, nempe cum *peccatore* convenerant.

At vero, quae sunt eadem uni tertio *re* et *ratione,* sunt eadem inter se; non sunt autem eadem inter se, quae sunt eadem uni tertio *re et non ratione,* nempe secundum omnem rationem, ita ut secundum quamdam rationem, et inadaequate tantum conveniant uni tertio, et secundum aliam rationem ab illo differant. Hinc non licet ita argumentari: Actio ct passio sunt idem cum motu; ergo sunt idem inter se; nam actio, et passio sunt idem cum motu, sed non secundum rationem oppositionis, quam in se involvunt; quocirca cum non sint idem cum motu secundum omnem rationem, non sunt idem inter se. Quare s. Bonaventura de illo pronuntiato sic loquitur·: « Illud principium intelligendum est secundum idem. Non enim sequitur, quod si aliqua duo sunt similia uni, quod sint similia inter se, nisi sint similia secundum idem h »; scilicet, quae cum uno tertio consentiunt, non omnino secum consentiunt, sed in eo tantum, in quo cum tertio consentiunt.

Ex his intelligitur prolatum axioma mysterio ss. Trinitatis nullo modo opponi. Etenim Paler, Filius, et Spiritus Sanctus sunt quidem reipsa unum idemque cum natura Divina, at non secundum omnem rationem, siquidem Essentia Divina est aliquid absolutum, Paternitas autem, Filiatio, et Spiratio passiva aliquid relativum significant. Hinc ex illo axiomate sequitur Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum esse unum inter se in natura, ac proinde eamdem *numero* esse Trium Personam naturam, non autem esse unum ratione Personae, seu relativae oppositionis, quam ad se habent °.

Exinde etiam ratio perspicitur, ob quam Sapientia, e. g.. et Bonitas Dei, etsi ratione non sint idem cum divina Essentia, tamen, secus ac divinae Personae, inter se non distinguuntur. Nam illa attributa, etsi *ratione* ab Essentia differant, sicut Paternitas, Filiatio, et Spiratio pas-

8 In *lib. I Sent.,* Dist. XXXIIT, a. I, q. 3 *ad arg.*
Vid. s. rhom., I, q. XXVIII, a. 3 ad 1, ct s. Bonav., ibid., Dist. XXXIV, a. I, q. 1 *ad arg.*

tiva, non includunt tamen in sua ratione formali oppositionem relativam, sicut illae relationes; et ideo non differunt inter se, sicut Paternitas, Filiatio, et Spiratio passiva.

3. Effectus deficiens λ causa particulari non deficit A causa UNIVERSALI. Sicut enim potest esse aliquid, quin sit homo, vel vivens, non autem potest esse aliquid, quin sit ens, ita potest aliquid fieri extra ordinem causae particularis agentis, non autem extra ordinem causae universalis, sub qua omnes causae particulares comprehenduntur. Enimvero, si qua causa particularis deficiat a suo effectu, hoc est propter aliquam aliam causam particularem impedientem, quae continetur sub ordine causae universalis; quocirca effectus ordinem causae universalis nullo modo praetergredi potest.

Ex hoc infert s. Thomas impossibile esse, ut Divina voluntas effectum suum non consequatur 10.

4. Effectus assimilatur causae agenti n.

5. Effectus est posterior sua causa 12.

6. Effectus est proportionalis suae causae efficienti. 1°: Effectus esse proportionales suis causis efficientibus nihil est aliud, secundum s. Thomam 13, quam *effectus in actu cousis actualibus attribui, et effectus in potentia causis, (piae sunt in potentia, et similiter effectus particulares causis particularibus; universalibus vero causis universales effectus* 11. - 2° Potest intclligi huiusinodi proportio, quatenus effectus ordinati non possunt procedere a causis nou ordinatis, nisi forte *per accidens.* - 3°: Potest etiam accipi, quatenus perfectio, quae est in effectu, *proportionali modo* cxistcrc debet in causa; idest ita ut si causa sit *univoca,* perfectio effectus reperiri debeat in ca *formaliter, eminenter* vero in causa acquivoca vel *analoga* 15. Cuius discrimi-

10 I, q. XIV, a. 6 c.
11 Vid. litt. *C:* off. 5.
12 Vid. lilt. *C:* eff. 4.
13 *Contr. Gentes,* lib. II, e 21.
14 *Ibid.,* c. 41.
15 Sensus biiruni vocum *Formaliter - Eminenter* explicabitur litt. *F.*

nis ratio, est, quia agens *univocum* « est proportionatum suscipienti suum effectum »; unde formam eiusdem speciei, vel rationis in effectum inducit. Agens vero non univocum « non est proportionatum suscipienti suum effectum; unde effectus non consequitur speciem agentis, sed aliquam similitudinem cius quantum potest [16] ».

Ex his intclligitur non oportere, ut proportio naturae inter causam et effectum existât. Quocirca insulse prolatum theorema adhibent, qui ex ipso illud consequi opinantur, quod ab existentia mundi existentia Dei argui non possit.

7. Effectus idem numero non potest esse λ pluribus CAUSIS [17]. Scilicet: A pluribus causis efficientibus, totalibus, adaequatis, eiusdem ordinis, in actu secundo, idem numero effectus produci non potest: « Impossibile est, quod duae causae completae sint immediatae unius et eiusdem rei [18] ». Ratio est, quia si plores eiusmodi causae valerent simul eumdem numero producere effectum, essent et non essent simul totales, adaequatae, et in actu secundo. Essent quidem ex hvpothcsi. Non essent autem, quia causa completa. totalis, et adaequata, in actu secundo ita producit totum effectum, ut alterius causae consortium, excludat, secus non esset totalis etc. Quod potest etiam declarari hunc in modum: Implicat effectum ex toto dependere ab aliqua causa, qua non existente, nihilominus esset effectus; id enim esset ex toto dependere ct non dependere ab eadem causa. Atqui si effectus a pluribus causis totalibus etc. produceretur, a qualibet illarum ex toto dependeret, qua non existente, nihilominus esset, quia quaelibet carum sufficit, ut totaliter illum producat; ergo implicat effectum ab illis produci. Diximus, *eiusdem ordinis;* nam si sint diversi ordinis, c. g., una particularis, altera universalis, vel una proxima, altera remota, iam tollitur contradictio; non enim sunt completae, totales et adaequatae secundum

16 /n *lib. 11 Sent.,* Dist. I, j. TI, a. 2 *sol.*
17 « In corporum motibus, ri, ut soles, diligenter attendas, nihil omnino a duobus idem fieri potest s. Aug., *En. ad Nebrid.*. XIV, n. 2.
'8 I, q. LII, a. 3 c.

idem, nempe secundum eumdem ordinem. Hinc idem [cetus totus producitur a Deo, et a creaturis, quia ab eis procedit non tamquam *a duobus agentibus unius ordinis,* sed *a primo et secundo agente* [19]. Item, si diversae causae eiusmodi essent, *ut una moveat aliam, et una sit instrumentum alterius* [20]. Diximus *in actu secundo;* nam si ex diversis causis una sit *in actu secundo,* altera *in actu primo,* iam haec posterior non operatur.

8, Effectus productus ab una causa non potest IDEM numero produci ab alia causa. Discrimen inter praecedens, atque istud effatum consistit in eo, quod in primo asseritur duas causas totales non posse simul eumdem *numero* producere elleclum; in altero autem nec *etiam* divisim id posse. Rem autem ita se habere expresse docet s. Thomas ubi inquit: « Impossibile est eumdem filium nasci, sive sit alius paler, sive alia mater, sicut etiam non est idem numero sigillum, sive sit alia cera, sive sit aliud corpus sigilli, ex cuius impressione cera sigillatur [21] ». Ratio est, quia nihil producitur a causa, nisi quod continetur in eius virtute. Virtus autem unius *numero* causae non continetur in altera; ut loannes non continet eamdem numero virtutem producendi, quae est in Petro; nam quae sunt *individualiter* distincta, non se mutuo continent. Igitur effectus ab hac causa productus non potest idem *numero* ab alia produci. Hoc tamen effatum vim habet, si sermo fiat de causis creatis; non item, si de causa universali infinita, quae est Deus. Cuius disparitalis ratio est, quia nulla creatura, quamtumvis sublimis, continet alteram perfecte, ct quoad omnes rationes, praecipue individuas, unde non potest continere cius effectus, saltem eosdem *numero.* At vero Deus eminenter in se continet omne ens. et ideo omnes creaturarum perfectiones, « non solum quantum ad id, quod commune est omnibus, sed etiam quantum ad ea, secundum quae res distinguuntur — ». Quare solus Deus potest eosdem *numero* effectus produccre,

19 I, q. CV, a. 8 ad 2. τ , , e
20 *In lib. Ill Sent.,* Dist. XVIII, a. I, q- I ad 5.
21 *Qnodlib.* V, a. 8.
22 I, q. XIV, a. 6 c.

quos producunt creaturae; e. g., potest producere eumdem *numero* hominem, qui producitur a Ioanne; et postquam perierit, potest illum iterato producere.

9. Eiusdem potentiae est tendere in finem, et finem consequi [23].

10. Eiusdem est posse et agere [24].

11. Entia non sunt multiplicanda sine necessitate; *vel,* Frustra fit per plura quod fieri potest per pauciora [25]. Tum quia secus aliquid fieret sine ratione sufficienti; tum quia res, ceteris paribus, quo simplicior est, eo est perfectior: « Dicendum, quod omnis ratio et natura concordant, quod non fiat per plures, quod potest sufficientissime fieri per unum, alioquin esset ibi superfluum [26] ». Porro « istud verum est et locum habet, quando per unum potest ita bene fieri, ut per plura [27] ». Unde « notabilitatis est operari per pauciora..., si aeque bene per pauciora res fit [28] ».

12. Esse est absolute melius quam non esse. Siquidem esse perfectionem, seu *realitatem; non esse* autem defectum cuiuscumque *realitatis* significat. Inde fit, nt « unumquodque naturalilci suo modo *esse* desideret[29] ». Dicitur *absolute;* nam *non esse* aliquando *per accidens* existimatur bonum, quatenus per *non esse* aliquod malum aufertur. Hinc s. Thomas: « Dicendum, quod non esse potest dupliciter considerari. Uno modo secundum se, et sic nullo modo est appetibile, eum non habeat rationem boni, sed sil boni pura privatio. Alia modo potest considerari in quantum est ablativum poenalis vitae, vel miseriae, et sic non esse accipit rationem boni, carere enim malo est quoddam bonum, ut dicit Philosophus in quinto

23 Vid. alterum nostrum opus. *Phil, moral.*. Pars prima, *Eth. gen., c.* I. a. 3, p. 33, not. 5. ed. 5% Neapoli 1893.
24 Vid. *Potentia est eius, cuius est actus* (litt. *P:* eff. 10).
25 Vid. lilt. *D:* eff. 7.
26 S. Bonav., *hi lib. I Sent.,* Dist. X, n. 1, q. I *ad arg*
27 *In lib. IV,* Diil. XXX, p 2. a. 1, q. *H„,1 „rg*
Ibid., Dist. I, p. 1. a. 1, q. I *ad (irp.*
29 *Contr. Gent.,* lib. H, c. 79.

Ethicorum; ct per hunc modum melius est damnatis non esse, quam miseros esse; unde Matth. XXVI, v. 24, dicitur, *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille, 30 ».*

13, Essentiae rerum sunt indivisibiles. Hoc est: Quemadmodum si quid vel minimum numero, e. g., ternario addas, aut ab eo quidquam detrahas, non amplius remanet id ipsum quod erat; ita nullum praedicatum ad essentiam pertinens potest detrahi ab aliqua re, vel ipsi addi, ita ut eadem essentia maneat. E. g., si tollas ab animali *sensitivum,* evadit *vivens;* si eidem *rationale* adiungas, evadit homo.

Exinde infert s. Thomas, Deum unam rem quoad essentiam non potuisse facere meliorem, quam ipsa sit, licet alias ea meliores facere possit [31].

Huic effato illud respondet: *Essentiae rerum sunt aeternae, et immutabiles.* Sunt quidem *aeternae,* non quatenus realilcr actu in rerum natura ab aeterno fuerint, hac enim ratione existunt in tempore, quia Deus res in tempore condidit: sed quatenus ab aeterno sunt in Intellectu Divino, hac enim ratione sunt ipsae aeternae ideae, secundum quas Deus, ut Augustinus inquit, res in propriis earum *rationibus* novit [32]. Sunt *immutabiles;* essentia enim est id. per quod res constituitur talis; hinc, si, manente, e. g., triangulo, eius essentia mutaretur, iam esset, et non esset triangulum [33].

Porro hoc effatum miraculorum possibilitati minime obsistit; Deus enim miracula operatur, non mutando rerum essentias, sed, ut loquitur s. Thomas, *agendo effectus causarum secundarum sine ipsis; vel producendo aliquos effectus, ad quos causae secundae non se extendunt [34].*

30 3, q. XCVIII, a. 3 c. - Cf. litt. *B:* eff. 11.
31 I. q. XXV, n. 6 c. - Cf. litt. *B:* eff. 2.
32 *Qq. LXXX1I1,* q. 66.
33 « Quod ignis est, non potest esse, ne verus sit, ncc natura manens eo potest carere, quod vera est. Perime aquae, quod aqua est, et per id poteris abolere ne vera sit. Ceterum si aqua maneat, etiam in eo nccesse est persistat ut vera sit. Potest ita demum natura perire, si non sit, verum non potest vera non esse, si maneat j>; s. Hilar., *De Trin.*. lib. V, n. 14.
34 I, q. CV, a. 6 c.

14. **EX CONTRARIIS OMNIA FIUNT SS.**

15. **EX DUOBUS ENTIBUS IN ACTU NON FIT UNUM PER SE.** Nempe, ex duobus entibus *integris, perfectis remanenti* bus* non fit unum *per se.* - *Integris,* idest substantiis completis, unde ex anima et corpore, quippe quae non sunt substantiae completae, fit unus homo. *Perfectis remanentibus,* ex transmutatione enim plurium entium integrorum potest fieri aliquid unum, sicut ex elementis fit mixtum. *Unum per se;* siquidem ex pluribus entibus integris etiam non transmutatis fieri potest unum *per accidens,* puta ex multis lapidibus et lignis aliquo modo dispositis, et ad aliquam figuram redactis fit domus, quae est aliquid unum *per accidens.*

Ratio autem, cur ex pluribus integris, perfectis remanentibus non potest fieri unum per se, est quia « unum fundatur super ens [36] »; quocirca impossibile est, ut ea, in quorum singulis *esse* est simpliciter ens, sint unum per se [37]; sed, « ubi est aliud esse substantiale, est alia res [3*] «[1] et vicissim, ubi est una res, non potest inveniri, nisi unum *esse* [39].

Exinde illud infert s. Thomas, quod in Christo unum tantum sit *esse.* Nam « unius non est nisi unum esse, sed Christus est unum *esse* tantum [40] ». Subdit autem: « Sed non est inconveniens, quod esse unius subsistentis sit per respectum ad plura: sicut esse Petri est unum, habens tamen respectum ad diversa principia constituentia ipsum; et similiter suo modo unum esse Christi habet duos respectus, unum ad naturam humanam, alterum ad Divinam [11] ».

16. Existentia debet **PROPORTIONARI CUM** ENITATE **EIUS CUIUS EST EXISTENTIA.** Hoc effatum accipiendum est quoad rationem communem substantiae et accidentis, ita

[35] Vid. lilt. *C:* eff. 24.
[36] Vid. s. Thom., 3. q. II, a. 1
In lib. Ill Sent., Dist VI, q. II, a. 2 *sol.*
[38] Vid. *Actui repugnat accidere actum* (lilt. *A:* eff. 31).
[39] *Qq disop.. De l'irtut.,* q. I, a. II c.
[40] /n *lib. Ill Suit* Dist. VI. q. II, a. 2 *sed contra.*
Ibid., *sol.*

nempe, ut entitas substantialis non possit per existentia: accidentalem existere, neque entitas accidentalis per exi stcntiam substantialem; non autem quoad alias peculiares rationes; nam in homine corpus existit per existentiam animae, quae est spiritualis sicut est eius essentia.

17. **Ex nihilo nihil** fit. Hoc effatum perspicuis verbis explicatur a s. Bonaventura: « Cum dicitur ex nihilo aliquid fieri, potest intelligi tripliciter; aut materialiter, ut ex ferro cultellus, aut causaliter, ut ex patre filius, aut ordinaliter, ut de mane fit meridies. Primis duobus modis verum est, ex nihilo nihil fieri; tertio modo verum est secundum naturam, sed falsum supra naturam; per virtutem enim infinitam, quae non indiget fulcimento materiae, ita faciliter potest aliquid produci ex nihilo, sicut de aliquo, alioquin non esset virtus primi principii infinita, sed agent materiae fundamento; ct ideo illi virtuti soli hoc attribuendum est necessario, quamvis non posset consimile reperiri in aliquo creato: hoc cnirn est eius proprium, sicut ct ipsa omnipotentia [42] ». Hinc, cum res per creationem dicuntur fieri *ex nihilo,* illud *ex nihilo* intelligendum est neque *causaliter,* neque *materialiter,* sed *ordinaliter;* nempe negatur ipsas habere ordinem ad aliquam materiam praciaccntem, aeque ac de tacente dicitur, *ille loquitur de nihilo;* et simul asseritur earum ordo ad nihilum, quatenus dicuntur habere *esse* post nihilum, sicut dicitur, de paupere fit dives, vel, de mane fit meridies Quocirca resex nihilo productae dicuntur, quia inceperunt esse, cum nihil erat, quin ex aliqua materia praeexistente factae fuerint.

Inscite igitur veteres, recenlesque creationis adversarii illud effatum ad impugnandam rerum productionem ex nihilo obtrudunt.

18. **ex non quantis non potest fieri quantum,** *seu.* Indivisibile additUM indivisibili non facit maius. Idest: Indivisibile additum indivisibili, sine aliquo intervallo,

42 *In lib. Il Sent.,* Dist. I, p. 1, a. 1, q. 1 *ad arg.*
43 Vid. s. Bonnv , *In lib. I Sent.,* Dist. V, dub. X, et s. Thom., 1, q. XLV, a. 1 ad 3.

nequit causare extensionem. Etenim ea, quae secundum se tota tangunt, non magis extenduntur, quam unum ex illis; Constat autem quod duo puncta immediate se tangunt adaequate, et secundum se tota; nam, cum sint indivisibilia, fieri nequit, ut secundum aliquid sui se tangant, et non secundum se tota: Ergo indivisibile nullam facit extensionem. Hinc, sicut in aedificio si unus lapis adaequate tangeret alium, et cum illo penetraretur, nullatenus aedificium cresceret, quantumvis lapides adderentur, sed omnes eidem spatio responderent; ita si punctum immediate adderetur puncto, nullam adderet extensionem, quia unum non extenderetur ultra aliud, sed illud immediate contingeret. Ex quo etiam consequitur, quod linea, e. g., decem punctorum non est magis extensa, quam linea undecim punctorum. Nam linea posterior excedit priorem tantum quoad unicum indivisibile; ergo repugnat quod sit magis extensa, aut divisibilis ratione illius; siquidem implicat aliquid esse magis extensum per id, quod omni extensione caret. Quare linea ratione puncti *terminativi* habet quidem plus de entitate, secus vero de longitudine, aut extensione. « Dicendum, ait s. Thomas, quod punctum additum, vel subtractum lineae non facit maius, vel minus; et similiter de instanti apposito tempori [1] ». Et s. Bonaventura: Punctus ad lineam nihil addit, non etiam mille millia punctorum [2] ».

Iainvero, etsi indivisibile additum indivisibili non valeat efficere maius, aut extensius; tamen efficere potest plus, et causare multitudinem. Etenim, cum quantitas discreta, seu numerus sit quaedam multitudo, mirum non est, quod unitates ex se indivisibiles queant aggregatae numerum constituere. Quibus etiam addendum est, partes quantitatis continuae esse eiusdem rationis cum toto, pars

[1] *Quodlibet.,* VII, a. 9 ad 2. Et alibi (*Qq. dispp.. De Ver.,* q. II, a. 3 ad 11) docet non possc quidem *diminui a linea, quod sit ad punctum terminabilis;* sed *si diminuatur a linea punctus in actu,* nihil *deperire de lineae quantitate.*

[2] In *Hexaemeron.* Serui. XI. « Quippe si puncto punctum addimus sine intervallo... non fu nisi unus punctus », s. Ans., *De Process. Sp.* S., c. 29.

quippe lineae linea quaedam est: quocirca sicut ipsa quantitas continua constat partibus, et potest dividi in eas, ita quaelibet eius pars debet id ipsum habere, quod indivisibilibus nequit convenire. At partes quantitatis discretae non sunt eiusdem rationis cum toto, non enim pars quinarii est quinarius; ac proinde fieri potest, ut quantitas discreta ex solis indivisibilibus constituatur [46].

19. EX QUALIBET PARTICULARI OPERATIONE PROPRIA TOTA virtus agentis demonstratur. Nempe: Etsi ex particulari non sufficienter ostendatur universale, tamen, quando aliquod particulare opus proprium est alicuius agentis, tunc per illud particulare opus tota virtus agentis probatur. E. g., cum ratiocinari sit proprium hominis, ostenditur aliquis esse homo ex hoc ipso, quod ratiocinatur circa quodeunique particulare obiectum.

Exinde illud infert s. Thomas, quod « cum propria virtute miracula facere sil solius Dei, sufficienter ostensum esi Christum esse Deum ex quocumque miraculo, quod propria virtute fecit [47] ».

20. Ex QUOVIS NON fit quodvis. Idest: Non quodvis subrectum aptum *naturaliter* est cuilibet formae *immediate* recipiendae. Cuilibet enim formae subiicitur propria materia, quae ita est disposita, ut forma non possit nisi in tali materia subsistere. Dinc illud effatum, *Actus activorum sunt in patiente praedisposito;* nempe agens non potest aliquem effectum in patiente producere, nisi ipsum patiens dispositum sit ad illum suscipiendum, quia *ex quolibet non fit quodlibet.* Dicitur vero *imediate,* scilicet nulla mutatione intercedente; nam *mediate,* seu per varias mutationes substantiales, ex quovis potest fieri quodvis: e. *g., ex* pane fit caro. Rursus dicitur *naturaliter;* nam falsum est effatum, si spectetur infinita Dei virtus; sicut enim Deus potest ex nihilo res producere, ita quodvis c materia remota immediate producere solus novit.

46 Vid. *Indivisibile: simplex - materiale* (liti. /; dist. 13).
47 3, q. XT.III. a. 4 ad 3.

21. Extrema macis oppununtur extremis, quam mediis. Per *extrema* intelligenda sunt vitia opposita: per media virtutes in medio viliorum constitutae. Iam effatum istud significat extrema magis differre ab extremis, quam a mediis. Et certe, similitudo est nonnullorum extremorum cum medio, quae cum extremis nulla est; e. g., cum liberalitate quodammodo consentit profusio, at inter hanc, et avaritiam summa est dissimilitudo. Non item vero res se habet, si pro *oppositione* velit illa inlelligi, quae inter bonum, et malum intercedit. Cum enim virtus, et vilium maxime opponantur, fit ut, e. g., avaritia magis conveniat cum profusione, quam harum utraque cum virtute, seu liberalitate; conveniunt quippe illa in genere vitii; cum virtute autem in genere non conveniunt.

22. Ab extremo ad extremum non datur transitus, nisi per medium. Hoc effatum verum est de motu *locali physico;* tali enim motu non potest mobile ab uno loco moveri ad alium, nisi transeundo per medium; siquidem moveri motu locali physico est quidem transire ab extremo ad extremum per medium, idest, ita ut omnes partes mobilis pertranseant omnes partes spatii intcriecti inter terminum, *a quo* fit motus, ct terminum *ad quem.* Item, verum est de aliis motibus physicis, ut in augmentations,' permutatione successiva, etc.; nam prius, e. g., dimidium caloris introducitur in aquam, quam summus calor. Falsum vero est de actionibus quibuscumque *instantaneis,* uti est illuminatio, intellectio etc.; cum enim in his nulla per se sit necessaria successio, nullus quidem transitus per se requiritur ad medium prius quam ad extremum. Hinc s. Bonaventura effatum istud explicat hunc in modum: « Quandocumque inter aliqua extrema cadit medium, quod habet naturalem ordinem ad extrema, impossibile est, quod agens virtutis finitae possit pervenire ab extremo ad extremum sine medio. I t patet, quia inter album ct nigrum est medius color, impossibile est, quod aliquid agens creatum faciat de albo nigrum, quin faciat per colorem medium [48] ».

48 /n *lib. J Sent.,* Dist. XXXVII, p. 2, a. II, q. 3 *in fund.*

Rursus, ne semper quidem verum eet in Ethica; non enim necesse est a vitio ad vitium, uti a profusione ad avaritiam procedere, seu transire per virtutem, uti liheralitatem; virtus enim est medium per recessum ab utroque extremo.

23. Ex VERO numquam sequitur falsum, et ex falso NON SEQUITUR PER SE VERUM [40].

49 Vid. litt. *V.* (eff. 7).

Distinctiones.

1. Facere - Agere [1].

2. Felicitas: objectiva - formalis. *Felicitas obiectiva* est illud bonum, cuius adeptio hominem felicem reddit, nempe Deus. *Formalis* est huius boni perfecta possessio. Hanc bcatitudincm formalem hominis Thomistae essentialiter sitam esse docent in actu intellectus, scilicet in visione Essentiae Divinae, quam visionem amor *fruitivus,* tamquam inseparabilis cius proprietas, consequitur. Scotistac e contrario eam collocant in solo actu amoris, quo diligitur Deus propter se, ita ut visio non se habeat, nisi ut dispositio ad amorem. Alii autem utramque sententiam componunt, et bcatitudincm *formalem* dicunt esse simul actum intellectus, et voluntatis, nempe visionem, et amorem.

3. Finis: naturalis - supernaturalis. *Finis naturalis* ille est, quem creatura potest attingere secundum suae naturae vires, *supernaturalis* vero est ille, ad quem creatura secundum vires suae naturae pervenire non potest. Ita, sanitas esi *naturalis* finis medici, qui eam per remedia naturalia obtinet: Vita aeterna, quae in Divina visione consistit, esi finis *supernaturalis* creaturae rationalis, quia illa visio est supra naturam cuiuslibet creaturae, ac proinde ad ipsam non nisi ope Divinae gratiae perveniri potest.

1 Vid. litt. *A·. dist.* 19.

4. Finis: operantis - operis. *Finis operis* est illud ipsum, quod per operationem efficitur. *Finis operantis,* qui dicitur etiam *finis intentionis,* est illud, quod sibi proponit agens in sua operatione. E. g.: forma domus est finis terminans operationem aedificatoris; non tamen ibi terminatur intentio cius, sed ad ulteriorem finem quae est habitatio; ut sic dicatur, quod finis operationis est forma domus, intentionis vero habitatio [2] ». Item, bonum corporis polest esse finis virtutis, quasi quidam terminus, vel effectus virtuosae operationis; non autem sicut in quo stet virtutis intentio; quia, cum virtus sit perfectio animae, quae est corpore nobilior, et cum nihil agat propter vilius se, non potest esse quod in bono corporis intentio virtutis quiescat[3] ».

Dicitur quoque *finis operis* id, ad quod opus natura sua spectat; *finis* autem *operantis,* illud, quod agens ad libitum sibi proponit, c. g., respectu eleemosynae, subsidium pauperi ferre est finis *operis;* charilas, aut inanis gloria est *finis operantis;* item, respectu aedificationis domus, commoda habitatio est finis *operis;* lucrum, vel aliud est finis *operantis.* Aliquando finis *operis cum fine operantis* conspirat, uti cum architectus propriam sibi aedificat domum.

5, Finis: primarius - secundarius. *Primarius* est, quem agens ita respicit, ut, omni alio fine deficiente, etiam operaretur: *secundarius,* propter quem, si solus esset, opus non efficeret. Puta, si quis philosophiae studio operam navaret tum propter delectationem, quam inde capit, tum propter utilitatem, quae hinc derivatur, eo tamen discrimine, ut huiusmodi studio minime incumberet, si sola haberetur utilitas, bene vero, si sola delectatio, haec esset imis *primarius,* illa *secundarius.* Quocirca finis *primarius* principaliter et directe ab agente intenditur, *secundarius* vero, quatenus fini primario adneclitur. unde et *accessorius* appellari solet.

2 *Qq. dispp·, De Pot.,* q. ΠΙ, a. 16 c.
3 *In lib. H' Sent.,* Dist. XLIX, q. 1. J. I› *sol.* 1 ad 4.

6. Finis: proximus - remotus. *Finis proximus* est ille, quem ita volumus, ut propter ipsum alios fines consc quamur. *Finis remotus* dicitur, prout ad alium finerp non refertur, atque ad illum fines proximi ordinantur. E. g., proelium est *finis proximus* exercitus in aciem ordinati; victoria est *finis remotus*. Item, qui sua in pauperes erogat bona, ut, eos a miseria sublevando, ipse a Deo misericordiam consequatur, levamen pauperum *finis* illi *proximus* est, *remotus* misericordiae consecutio. Dicitur *proximus,* quia *immediate,* seu, nullo alio fine interposito; *remotus,* quia *mediate,* seu alio, vel aliis finibus interpositis, ab agente obtinetur. Finis autem *remotus,* si sit velut ultimus terminus, in quo quiescitur, dicitur finis ultimus qui est beatitudo. Hinc finis ultimus definitur: Id, quod expetitur propter se tantum, et propter quod cetera omnia expetuntur. Qui finis ultimus, adnotante s. Bonaventura, est *propriissime finis, in (pio est status:* alii fines sunt *fines sub fine,* et proprie dicuntur *termini* '.

7. Finis: quo - cuius - cui. Finis *cuius,* nempe *cuius gratia,* qui dicitur etiam *exterior,* vel *obiectivus,* est ipsa res, in qua ratio boni invenitur, quaeque proinde appetitur. Huiusmodi est sanitas respectu infirmi, et pecunia respectu avari. Finis *(pio,* sive *interior,* vel *formalis* est usus, sive adeptio finis *obiectivi,* puta possessio pecuniae; et dicitur *quo,* quia est illud, quo possidemus rem, quae appetenda obiicitur. Hinc ultimus finis *cuius* est communis homini, atque aliis creaturis, quia Deus est ultimus finis hominis, et omnium aliarum rerum. In fine autem *quo* non conveniunt homines, et creaturae ratione carentes, nam, ut ait s. Thomas, « homo ct aliae rationales creaturae consequuntur ultimum finem, cognoscendo ct amando Deum, quod non competit aliis creaturis, quae adipiscuntur ultimum finem, secundum quod participant aliquam similitudinem Dei, quatenus nempe sunt, vel vivunt, vel etiam cognoscunt ' ». Denique *finis cui* est sublectum, cui bonum volumus, c. g., infirmus est finis, *cui* fertur intentio modici, hic

4 *In lib. / Sent.,* Dist. I. dub. XV

3 1» 2ac, q. I, a. 8 c

enim intendit sanitatem tamquam bonam infinno. Qua in re illud praestat adnotare, quod cum Deum *nobis* appetimus, nos non sumus ultimus finis *cui,* sed Deus ipse; si enim Deum amamus *nobis,* est propter Deum, qui vult a nobis diligi tamquam ultima nostra perfectio, et possessio.

8. Forma - Figura. *Figura* duobus fere modis sumitur: Γ: pio ea qualitate, quae in omni quantitate mathematica reperitur, atque exurgit ab externo rei termino, qui cani metatur, et circumscribit. Inde res dicuntur curvae, quadratae, aut alio quodam modo figuratae. 2°: Pro. rei alicuius imagine, ut cum dicimus Caesaris figuram esse in tabella. Et quoniam *figura* hoc modo accepta veluti signum rei intelligilur, ideo « translatum est nomen figurae, ut ponatur pro quolibet signo quod instituitur ad aliquid significandum secundum assimilationem ad aliud [6] ». *Forma* vero hic accipitur pro ea qualitate, quae ex varia parti^un magnitudine, collocatione, proportione, et eoiore oritur. Inde res dicitur formosa, vel deformis [7].

9. Forma - materia. Sunt duo principia, ex quibus non modo secundum Scholasticos, sed etiam secundum plerosque veteres recentesque Doctores, quodvis physicum compositum exurgit; siquidem docent compositum naturale generari ex praesupposito subiecto, quod introductionem formae cum privatione ipsius praecedit. lain *materia,* seu *materia prima* est principium substantiale indifferens ad quodlibet constituendum. *Forma* seu *forma substantialis* est principium substantiale per se ad id ordinatum, ut cum *materia prima* compositum naturale, tamquam potissima huius differentia, constituat. Scilicet, cum materia vaga sit, atque indifferens ad quodlibet compositum, a *forma.* quam recipit, determinatur, ut sil haec, et non alia compositi naturalis species. Exemplum accipe ab artefactis. In his lignum, c. g., est materia communis, ex qua quaelibet statua fieri potest, figura vero ab artifice inducta lignum ad determinatam statuam constituit, ita ut idem lignum.

6 *In lib. IU Sent.,* Dist. XNT, q. II, a. 1 ad 1.

7 « Formas designamus, cum formosos, aut deformes asserimus »; s. Aug.. *De Mus.,* lib. IV, c. 12.

dum habet figuram Caesaris, fiat statua Caesaris, et dum habet figuram equi, fiat statua equi. Eodem fere modo *materia* naturalium compositorum eadem et communis omnibus intelligilur; sed dum varias formas suscipit, in varias substantiae species trahitur: dum enim habet *formam* hominis, fit homo; dum *formam* equi, fit equus; dum *formam* arboris, fit arbor. Hinc tot sunt penes Peripateticos *formae substantiales,* quot sunt diversae physicarum substantiarum species.

Ut autem ista Scholasticorum placita clarius innotescant, haec adnotamus: 1°: *Materia* ab Aristotele esse dicitur quod *non est quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid eorum, per quae ens determinatur, sed est commune horum subiectum ;* nempe *materia* neque ulla determinata species entis est, neque aliquid eorum, quibus essentia completa rei determinatur, sed est velut aliquid, quod potest in se recipere essentiam rei, ct ea. quibus essentia determinatur. E. g., *materia,* ex qua fit ignis, non est ipse ignis, nec eius quantitas, color, figura, motus, aut quodvis simile, nec primum cius principium activum, sed est *commune eorum subiectum,* nempe intelligitur tamquam illud quod subiicitur is omnibus, quae in se recipere potest 8.*

2°: *Materia,* ut consequitur cx dictis, non habet per seipsam existentiam talem, e. g., existentiam ligni, ferri etc., sed per formam ligni, ferri, etc., quia materia *per se* neque lignum est, neque ferrum etc. Quinimmo Thomistac, aliique plures addunt materiam nullum habere actum *entitativum* °, seu omnino existentia sui proprie destitui, atque tantum existere per existentiam lotius compositi. Id manifeste docet s. Thomas. « Dicere, ipse inquit, materiam praecedere sine forma est dicere ens actu sine actu 10 ». Atque insuper: « Materia prima non exislit in rerum natura per seipsam, cum non sit ens in actu, sed potentia

8 « Hyien namque Graeci, cum de natura disserunt, materiem quamdam rerum definiunt, nulla prorsus modo formatam, sed omnium corporalium formarum capacem, quae quidem in corporum mutabilitate utcumque cognoscitur: nam per seipsam nec sentiri, nec intelligi potest »; s. Aug., *Contra Faustum,* lib. XX, c. 14.

0 Vid. *Actus* (litt. *At* dist. 20).

I, q. LXVI, a 1 c.

tantum 11 ». Hinc *materia* neque est ens simpliciter, neque non ens simpliciter, seu nihil, sed aliquid medium inter utrumque; cxistit enim, ut s. Bonaventura inquit, *secundum realitatem potentiae,* sive *per modum inchoationis entis* 1213

3° *Forma,* cum constituat et determinet materiam, ut sit aer, aqua, ignis etc., diei solet *actus,* sicut e contrario materia dicitur *potentia,* eo quod est indifferens ad quamlibet speciem entis. A Graecis *forma* vocatur etiam ἐντελεκεια, idest perfectio, eo quod omnis perfectio, qua res gaudet, fit per *formam,* sicut capacitas perfectionis est per *materiam.*

4° *Forma* est quidem actus respectu constitutionis alicuius rei, at in se est *potentia* re-spcctu existentiae, quia in se haud involvit ultimum actum, qui est existentia; in entibus enim finitis essentia ab existentia distinguitur Hinc *forma* non est *purus actus,* id quod solius Dei est, in quo existentia idem est ac essentia 14.

10. Forma - Causa formalis. Eadem *forma* dicitur simpliciter *forma* respectu subiecti, in quo recipitur; *causa formalis* respectu effectus, qui inde constituitur; ipsa enim, ut in *Effatis* explicabitur, *dat esse rei.* Ita anima rationalis est causa *formalis* respectu hominis, quia ipsa hominem constituit; *forma* autem respectu corporis, quia in corpore recipitur.

11. Form,\ separata - FORMA INFORMANS. *Forma separata* est, quae nullum ad materiam ordinem habet, ita ut non solum a materia non dependeat, sed ne possit quidem ipsi uniri, puta Angelus. *Forma informans* est quae in materia recipitur; ct unum cum ea constituit, e. g., anima respectu viventis.

12. Forma: substantialis - accidentalis. Sunt hae duae species *formae informantis.* Prima in hoc differt ab

11 *Ibid.,* q. VII, n. 2 ad 3.
12 *In lib. II Sent.,* Dist. XII, a. I, q. 1, *ad arp.*
13 Vid. s. Thom., I, q. LXXV, a. 5 ad 4.
14 Praestat has theorias cum illis theorematis conferre, quae mox quoad *formam* el deinceps quoad *generationem,* lilt. *G* circa *materiam,* liti. ΛI, exponemus.

altera, quod *substantialis* hanc, vel illam speciem substantiae constituit; e. g., id quod materiam determinat, ut efficiat lapidem, est *forma substantialis* lapidis; forma autem *accidentalis* est quae advenit subieclo iam completo in *esse* substantiae; atque huiusmodi spectari potest quodvis accidens, quod in alio tamquam subieclo inhaesionis est, sive artcfactum, ut forma sellae, scamni etc., sive sil naturale, ut calor, frigus etc. Hinc forma *substantialis* unum *per se* cum subieclo, sive materia, constituit; forma autem *accidentalis* unum *per accidens* 15. Hinc etiam forma substantialis dat *esse simpliciter,* seu primum *esse,* quod alii non subiicitur, forma autem *accidentalis* dat quoddam *esse secundarium; e.* g., calor non efficit ut lapis simpliciter sil, sed ut sit calidus. « Forma substantialis, ct accidentalis partim conveniunt, et partim differunt. Conveniunt quidem in hoc, quod in utraque est actus, et secundum utramque aliquid est quodammodo in actu. Differunt autem, quia forma substantialis facit esse simpliciter, ct eius subiectum est ens in potentia tantum; forma autem accidentalis non facit esse simpliciter, sed esse tale, aut tantum, aut aliquo modo se habens, subiectum enim eius est ens in actu 16 ».

13. Forma subsistens *seu* immaterialis - Forma materialis. Sunt duae species *formae substantialis.* Forma *immaterialis* est quae in suo *esse* a materia non pendet; ideoque potest separata subsistere; quam ob rationem dicitur etiam *subsistens.* Uniusmodi est anima humana, quae ordinem quidem habet ad informandum corpus, sed tamen ab illo neque in suo *esse* pendet, quia potest sine corpore subsistere; neque in suo *fieri,* quia oritur per creationem *Forma materialis,* vel *non subsistens* est quae in suo *esse* a materia pendet, ideoque destruitur, cum, pcrcunle composito, a materia expellitur. Uniusmodi sunt formae corruptibiles rerum genitarum, quae, cum de po-

15 Vid. *Unitas: per se - per accidens* (lilt. *U:* dist. 5).

«° S. Thom., i, q. LXXVII, a. 6 c.

1' Argumenta, quibus haec ad animam humanam spectare demonstratu!, vide apud Sanseverino, *Elcni. seu Instil. Phil. Christ* t. II, *Anthrop.,* p. 1, c. VI, a. *4,* et c. VII, a. 2'

tenlia materiae *educantur,* seu fiant cx materia per eius transmutationem, ab ista cl *in* esse et *in fieri* pendent. Hae autem formae materiales, adnotante s. Thoma 1β, magis, vel minus materiales sunt, ac proinde minus, vel magis ad immaterialitatem accedunt, ob diversam rationem, qua ad materiam deprimuntur. Hinc anima belluina, etsi sit forma materialis, seu non subsistens, tamen ob cognitionem sensitivam, qua pollet, altiorem, quam ceterae formae materiales, gradum occupat, et ad immaterialitatem proxime accedit 19.

14, Forma: intrinseca - extrinseca. *Forma intrinseca* est ipsa *forma informans,* sive *substantialis,* sive *accidentalis,* hae enim compositionem ipsius rei ingrediuntur, atque cius esse vel substantiale, vel accidentale intrinsecus constituunt. Forma *extrinseca* est extra effectum qui producitur. Haec autem vel dat efficienter *esse,* ut Deus creaturis: vel tantum moveri, ut nauta navi: et utraque dicitur etiam *forma assistens;* vel est illa, quam agens imitatur, ut vultus regis, cuius imaginem pictor exarat: quo sensu causa *exemplaris* potest appellari *forma 20.*

Ex hac distinctione « Gentilium error, ut s. Thomas inquit, evacuatur, qui dicebant Deum esse animam coeli, vel etiam animam totius mundi 21 »; Deus enim dat creaturis esse ct moveri, at non est carum *forma informans,* siquidem non est in creaturis tamquam pars illas constituens.

15. Forma: physica - metaphysica - logica. *Forma physica,* seu *compositionis,* est ipsa *forma substantialis.* vel *accidentalis. Forma metaphysica* est totius substantiae essentia, seu integra rei natura: quocirca forma *metaphysica* in rebus compositis ex materia et forma est essentia compositi, quod ex copulatione formae cum materia con-

18 Qq. dispp. De virtut., q. I ad 4, et *Contr. Gent.,* lib. III. c. 68.

10 De his, quae de anima belluina dicuntur, vid. Sanseverino, *Elem.,* t. cit., *Cosmol., c.* IV. a. 3.

20 Vid. litt. *C:* dist. 6.

21 Contr. Gent., lib. 1, c. 27.

10

stituitur 22. *Forma logica,* quae etiam *metaphysica secundum rationem* dici solet, consistit in differentia, quae genus ad quamdam speciem contrahit. Utraque haec forma *metaphysica,* et *logica,* appellatur *forma,* ob quamdam similitudinem cum *physica* forma substantiali. Cum enim haec det actum materiae, ipsamque compleat, et perficiat, idem cum quadam proportione efficitur a *forma metaphysica* respectu totius suppositi, et a forma *logica* respectu generis. Demum *forma* aliquando improprie sumitur pro quovis, unde aliqua res denominatur; ita caecus dicitur a caecitate, quae ad instar formae se habet, sicut et visio respectu parietis visi 23.

16. Formaliter - Causaliter. Γ: *Formaliter* aliquid dicitur tale quod tale est vel secundum proprium sui conceptum, ut homo *formaliter* est animal ratione praeditum; vel propter formam sibi inhaerentem, ut manus calida a calore, qui illi inest, dicitur *formaliter* calida; *Causaliter,* sive *efficienter* aliquid dicitur tale, eo quod talem formam producit. Ita medicina *causaliter* vocatur sana ex sanitate, (piam gignit in animali 24. 2°: *Formaliter* alterius actioni aliquid resistere, dicitur, quod etsi nihil agat, tamen illius effectum propter contrariam dispositionem retrudit. Ita ferrum malleo resistit. *Causaliter* resistit quod vi suae actionis repellit actionem et conatum alterius: ita calor *causaliter* resistit frigori 25. 3° *Formaliter* facere aliquid idem est ac illud informare, *causaliter* idem est ac illud efficere. E. g., calor *formaliter;* ignis *causaliter* facit calidum; item Deus *causaliter,* et caritas *formaliter facit de peccatore iustum* 2C.

Hac distinctione explicatur quomodo *malum* agere possit. Nam malum *per se,* nempe *ratione ipsius privationis, formaliter* agit, seu corrumpit bonum, quia est ipsa corruptio, vel privatio boni; *causaliter vero non agit aliquid per se, idest secundum quod est privatio* **quaedam.** *sed secundum quod bonum ei tuliungitur* 2'.

17. Formali1ER - Concomitante®. 1°: *Formaliter* aliquid tale est, aut denominatur, quatenus ratione sui spectatur. *Concomitanter,* quatenus cum altero coniungitor. E. g., Intellectus Divinus *formaliter* est sua actio, Deus enim est purus actus; e contrario, substantia *intellectus agentis* dicitur esse sua actio, non *formaliter,* seu per essentiam, sed *concomitanter,* quia *eius substantiam statim, quantum est in se, concomitatur actio* 2S. 2°: *Formaliter* illud cognosci dicitur, circa quod actus cognitionis proprie versatur; *concomitanter* illud, quod cum obiecto proprio illius actus coniungilur; e. g., eo actu, quo praemissae cognoscuntur, conclusio non iam *formaliter,* sed *concomitanter cognoscitur.* 3": *Formaliter* aliquid fit, quod vi cuiusdam actionis fit; *concomitanter* autem illud, quod reipsa coniungilur cum eo, quod iam factum est. Ita in Sacramento Eucharistiae vi verborum, *Hoc est corpus meum, formaliter* fit praesens Corpus Christi, *concomitanter* etiam Anima, Sanguis, Divinitas; « si enim aliqua duo realiter coniuncta sunt, ubicumque est unum realiter, oportet et aliud esse, sola enim operatione animae discernuntur quae realiter sunt coniuncta 29 ».

18. Formaliter - Consecutive. *Formaliter* alicui convenit id, quod ipsius essentiam constituit; *consecutive,* quod ab essentia profluit. E. g., coniunctio hominis in Bonum increatum, *formaliter* ad beatitudinem pertinet; delectatio autem *consecutive,* quia ipsa perficit felicitatem, sicut decor iuventutem 30.

19. Formaliter - Eminenter - Virtualiter. Dicuntur de modo, quo alterum altero continetur. *Virtualiter,* quatenus in aliquo adesi virtus producendi talem effectum; quo modo omnis effectus continetur in sua causa. - *Formaliter* illud alteri inest, quod in eo reperitur secun-

33 I, q. XXIX, a. 2 ad 3.
33 Cf. lilt. *D:* βΠ. 6.
'' I, q. XVI, a. 6 c.
35 Vid. *Resistentia: passiva - activa* (litt. *R:* dist. 26).
30 In lib. I Sent. Dist. XVII, q. 1, a. I ad 5.
37 I, q. XLVIII, a. 1 ad 4. Vid. lilt. *A:* dist. IS.
38 I, q. LIV, a. 1 ad I.
39 I. q. LXXVI, a. 1 c.
30 2* 2IC, q. Ill, a. 3 c. cl *Qq. dispp., De Virtut.,* q. I. a. 5 ad 8.

dum sui conceptum el definitionem; ita calor formaliter continetur in igne, et quilibet effectus in causa *univoca.* - *Eminenter* id, quod praestantiori modo in eo continetur; ita anima vegetans el sentiens in anima intellectiva continetur: ita etiam perfectiones effectuum continentur in causa *aequivoca,* vel *analoga 31.* Quare perfectiones creaturarum cminentiori ratione Deo sunt attribuendae. Atque hic adnotare praestat causas naturales universales, e. g., solem, continere effectus causarum inferiorum eminentia imperfecta, et quae se extendit solum ad aliquam rationem communem et genericam, vel secundum quamdam proportionem, sive analogiam, « sicut, aiente s. Thoma, cum sol calefacit; est enim in sole aliquid, quod ita facit eum calefacientem, sicut calor facit ignem calidum, et secundum hoc calor dicitur esse in sole acquivoce 32 ».

20. FoRMALITEK - Identice. Adhibentur hae voces ad explicandum sensum, quo subiectum et praedicatum accipiuntur, ut propositionis veritas aut falsitas investigari queat; nam saepe propositio, quae falsa est *formaliter,* vera est *identice.* Itaque *formaliter,* seu in *sensu formali* accipienda est propositio, cuius subiectum, quatenus tale est, coniungitur cum praedicato, ita ut ratio, propter quam de illo subiecto enuntiatur praedicatum, sit forma aliqua, quam illud exhibet. *Identice,* seu in *sensu identico,* cum ratio connexionis subiecli cum praedicato in eo consistit, quod illud *entitative* sumptum, nempe prout aliqua res est, idem est ac istud. Ita propositio isthaec, *rationale est mortale,* falsa est in *sensu formali,* nam falsum est rationale, quatenus rationale, esse mortale; sed vera est in *sensu identico,* quia in hoc sensu accepta significat rem illam, quae esi subiectum. nempe hominem, esse eamdem cum illa, quae est praedicatum.

Ex his intelligitur quid sibi velint Theologi, cum docent in Filio esse Paternitatem non *formaliter,* seu tamquam forma, per quam Filius subsistit, sed *identice,* quia *Paternitas* idem est ac natura Divina, quae est in Filio. Item, haec propositio, *lustitia in Deo est misericordia,* vera est in sensu *identico,* sed non in sensu *formali.*

21. For.MALITER - In CAUSA. Cum de actibus voluntatis sit sermo, *formaliter* idem significat ac *directe. In causa, indirecte 33.*

22. Formaliter - Materialiter. 1°: *Formaliter* usurpatur vox aliqua, cum exhibet conceptum rei, quam significat. ut cum dicitur, homo est animal; *Materialiter,* cum aliquid denotat de ipsa voce, prout talis est, ut cum dicitur: vox *homo* est vox latini idiomatis. 2°: Fere idem valent ac *Formaliter - Identice,* de quibus supra. Nempe *formaliter,* vel *reduplicative* sumitur subiectum alicuius propositionis, cum in seipso rationem involvit, cur praedicatum ei conveniat. Ita sumitur subiectum huius propositionis: Medicus sanat; Medicus enim, quatenus medicus est, sanat. Hinc *formaliter* hic significat *quatenus tale.* Sin autem non propter formam, per subiectum significatam, praedicatum cum illo coniungatur, tunc subiectum *materialiter* sumi dicitur, ut in hisce propositionibus: Medicus canit; Album est dulce etc. 34.

23. Formaliter - Obiective. Γ: *Formaliter* existit id quod revera in se est, et extra suas causas existit: *Obiective,* id quod existit in cognoscente, sive quatenus est obiecluui cognitum: quo modo existant quae sunt futura, vel tantum possibilia. 2": *Formaliter* in altero esse dicittir id, quod secundum suam naturam; *Obiective* autem id quod instar obiecli cogniti, ct per imaginem sui in illo existit. E. g., cognitio rei *formaliter;* res cognita obiective est in intellectu; nam « intellectui nostro nihil est secundum statum viae praesens ut obiectum, nisi per aliquam similitudinem ipsius 15 ». 3°: In genere morum dicitur quaedam actio *obiective* bona et honesta, vel mala ct inhonesta, quatenus ex se refertur ad ultimum finem, vel ab eo di-

3* Vid. litt. *E:* eff. 6.
33 *hi lib. IV Sent.,* Dist. I, q. 1, a. 1, *sol.* 4 c. Vid. litt. *C:* dist. 8.
33 Vid. lilt. *D:* dist. 13.
34 Vid. alias significationes in explicatione vocum, *Obiectum: materiale-formale,* lin. *O:* dist. 7.
33 *In lib. 1 Sent.,* Diet. XVII. q. I, a. 4 ad 4.

stat; *formaliter* vero, cum ab agente ad hunc finem dirigitur, necne. Quo sensu actus, e. g., eleemosynae potest esse *obiective* bonus, *formaliter* malus. 4°: Aliam significationem harum vocum vid. infra, voc. *Intentionaliter.*

24. Formaliter - Realiter - Ratione. De variis *distinctionum* speciebus haec praedicari solent. Realiter distinguuntur ea, quae, nemine cogitante, non sunt una et eadem res. Duplex autem est huiusmodi distinctio, *maior* nempe, et *minor.* Distinctio *realis maior* est distinctio rei a re, atque intercedit inter duas res, quarum altera vel ab altera separation existit, ut inter Pompeium et Caesarem: vel ab ea separari potest, ut inter animam et corpus; vel relationis oppositionem ad illam involvit, ut in Divinis inter Patrem, et Filium. Distinctio *realis minor* est ea, quae intercedit inter rem aliquam, et ipsius modum; e. g., inter digitum ct eius inflexionem, inter lineam et eius obliquitatem. - *Distinctio rationis* est ea, quae a mente excogitatur in iis, quae revera unum idemque sunt; iterumque duplex est, scilicet *rationis ratiocinantis,* et *rationis ratiocinatae.* Prima, quae propter suam inanitatem *nugatoria* appellatur, est ea, quae fit sine fundamento in re; e. g., cum Petrus in hac propositione, *Petrus est Petrus,* ita a nobis consideratur, quasi per aliud haberet rationem subiecti, per aliud vero munus obiret praedicati. Altera est ea, quae fit cum aliquo fundamento in re, cum nempe mens in una eademque re plura concipit, propterea quod res ipsa eius sit naturae, ut pluribus aequivaleat, vel varios producat effectus; huiusmodi est ea quae intercedit inter absoluta attributa Dei; illa enim variis et distinctis conceptibus cogitamus, atque huius conceptuum varietatis fundamentum in ipsa Divinae perfectionis eminentia est: siquidem Divina Attributa, etsi in ipso Deo una res sint, tamen res illa pluribus aeqnivalet perfectionibus creatis realiter distinetis, et diversos producit effectus, qui a causis reipsa distinctis produci solent. Quocirca haec distinctio appellatur etiam *victualis,* quia res, quae per eam distinguitur, licet sit una. tamen multis *virtute* aeqnivalet; e. g., misericordia et iustitia Dei. quae sunt una et eadem

res, nempe Deus ipse, duabus virtutibus revera distinctis aequivalent.

Praeter has distinctionis species Scotus tertiam in Scholis invexit, quam *formalem* ex *natura rei* nuncupavit. Huiusmodi distinctio, ex eius sententia, ea est quae intercedit inter plura, quae in se realiter non distinguuntur, neque a se invicem separari queunt, sed eius sunt naturae, ut, seclusa mentis operatione, diversas definitiones exigant, diversosque conceptus exhibeant, quia unum, quatenus tale, alterum a sui conceptu excludit, atque uni, quatenus tali, aliquid convenit, quod alteri, quatenus tali, uon convenit. E. g., *animalitas* et *rationalitas* in homine non distinguuntur *realiter,* quia una nequit esse sine altera; neque tantum *ratione,* quia ante omnem intellectus actionem *animalitas* non est *rationalitas;* sed distinguuntur /or-*maliter,* quia habent diversas conceptus obiectivos, siquidem *animalitas* sine *rationalitate* concipi potest, atque per illam, secus ac per istam, convenit homini similitudo cum brutis. At praeter distinctionem *realem* et *rationis* nullum aliud distinctionis genus excogitari posse ceteri philosophi docent. Et sane, omnis distinctio vel praecedit mentis operam, vel non. lam, si praecedat, est *realis;* secus, est *rationis;* quocirca ubi non est res distincta, nequit esse distinctio extra mentem. Insuper per distinctionem *virtualam* ea explicari possunt, quae distinctioni *formali* assignantur. nam eo ipso, quod res pluribus aeqnivalet, definitiones varias, variosque conceptus admittit, quorum unus eam apprehendit, secundum quod aequivalet uni. et alius, secundum quod aequivalet alteri.

1, Falsum fundatuk IN VERO. Huius rationem s. Thomas ita assignat: « Aliquid existons extra animam pro tanto dicitur falsum, quia natum est de se facere falsam

existimationem, quando movet virtutem cognitivam; unde oportet quod illud, quod falsum dicitur, aliquod ens sit: unde cum omne ens, in quantum huiusniodi, sit verum, oportet falsitatcm in rebus existcntcm supra veritatem fundari: unde dicit Augustinus, in lib. *Solii.,* c. X, quod tragaedus qui repracsantal veras personas in theatris, non esset falsus, nisi esset verus tragaedus; similiter equus pictus non esset falsus equus, nisi esset pura pictura. Non tamen sequitur, contradictoria esse vera, quia affirmatio et negatio, secundum quod dicunt verum et falsum, non referuntur ad idem '.

2. Finis cuiuslibet rei est bonum. Nam finis cuiuslibet rei est id, in quod terminatur eius appetitus: appetitus autem cuiuslibet rei terminatur ad bonum 2: cuiuslibet igitur rei finis est aliquod bonum 3*

3. Finis est mensuri mediorum. Scilicet: Γ cum inter id. quod ad finem ordinem habet, ct ipsum finem, uti mox dicemus, proportio sit oporteat, sequitur, ut ratio eorum, quae ordinantur ad finem, sumatur ex fine, « sicut ratio dispositionis serrae sumitur ex sectione, quae est finis cius 1 ». 2° Eo media sunt praestantiora, quo fini assequendo magis conveniunt. Ita, remedia sunt eo praestantiora, quo sanitatem melius conservant, aut restituunt. Hinc s. Thomas: « Quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem, lauto melius est 5* ». Atque: « Dignitas eorum, quae sunt ad finem, praecipue consideratur ex fine ° ».

Hanc ob rationem gratia *gratum jaciens* est multo excellentior, quam gratia *gratis data;* nam « gratia gratum faciens ordinat hominem immediate ad coniunctionem ultimi finis; gratiae autem gratis datae ordinant hominem ad quaedam praeparatoria finis ultimi; sicut per prophe-

1 *Qq. dispp., De Ver.,* q. I, a. 10 ad 5.
2 Vid. litt. *B:* eff. II.
Contr. Genl., lib. III, c 16. Vid. *Omne agens agit propter bonum,* hit. *O:* cft. 7.
* 1* 2"% q. CII, a. 1 c.
5 2" 2", q. CXLII, a. 5 c.
° *Ibid.,* q. CLXXIV, a. 2 e.

tiam, ct miracula et alia huiusniodi homines inducuntur ad hoc, quod ultimo fini coniunganlui 7 ».

4. Finis est nobilior iis, quae sunt ad finem. E. g.: « in homine sentire ordinatur ad ratiocinari sicut ad finem, ct ideo ratiocinari est nobilius K ». Hoc autem intelliirendum est de fine *cuius,* siquidem, *inconveniens est dicere, quod aliquid sit propter vilius se* 9; non universaliter autem intclligi potest dc fine *cui,* ex. gr., de rege, quatenus dicitur esse « propter rusticum, ex cuius regimine provenit ei pax 10 ». Hinc s. Bonaventura: « Dicendum quod aliquod, propter quod res est, est dupliciter, scilicet aut ad supplendum indigentiam, sicut domus propter hominem, ct calces propter pedem ; aut ad suscipiendam eius influentiam, sicut homo propter Deum. Quod ultimo modo habet rationem finis, nobilius est; quod primo modo, non 11 ». Circa istud effatum praestat haec Ferraricnsis verba exscribere: « *Finis est nobilior* etc. Dubium occurit, quia unumquodque est propter suam operationem, tamquam propter finem; operatio autem non est nobilior operante, cum non sit subsistens, sicut est ipsum operans. Respondetur, quod cum duplex sil finis, extrinsecus, et intrinsecus, ista propositio intelligitur dc fine extrinseco et principali, cui res appetit coniungi, ct ad quem res tamquam ad finem suum ordinatur. Operatio autem non est finis extrinsecus, sed intrinsecus, in quantum per ipsam res suo fini extrinseco coniungitur: ideo non oportet ipsam secundum se esse nobiliorem operante, licet sil aliquo modo nobilior ipso, in quantum est exterioris finis assecutio 12 ».

5. Finis est secundum se volitus. Voluntas enim in ea, quae ad finem ordinantur, non fertur, nisi quatenus fertur ad finem. Unde hoc ipsum, quod in eis vult, est finis.

7 P 2"ft, q. CXI, a. 5 c.
* *Ibid.,* ad 3.
9 Vid. hoc effatum, litt. /. « M. Credo videri tibi multo esse praestantius id, propter quod aliquid facimus, quam idipsum quod facimus. D. Manifestum est j>; s. Aug., *Do Mus.,* lib. I, c. 6, n. 12.
10 *In lib. Il Sent.,* Disl. XV, q. I. a. 1 ad 6.
11 *Ibid.,* Dist. I, q. II, a. 2; q. 2 *ad arg.*
12 *In lib. III Contr. Gent.,* c. 27.

Hanc oh rationem finis dicitur etiam *volitum principale,* et *causa volendi.*

6. Finis habet similitudinem cum iis, quae sunt ad finem. Hoc effatum ita explicatur a D. Thoma: « Finis, ct ea, quae sunt ad finem, non oportet esse conformia, quasi sint unius generis; sed oportet ibi esse conformitatem proportionis, ut scilicet ea, quae sunt ad finem, sint proportionata ad finem inducendum; et hoc modo virtutes conformantur beatitudini, quia ad beatitudinem inducunt per modum dispositionis ct meriti 13.

7. Finis movet efficientem. Hoc quidem intelligendum est non de motu *vero, proprio* et *physico,* qui fit instar effectionis, ideoque fini, qui nondum est, attribui nequit; sed tantum de motu *improprio,* et *metaphorico,* seu *aequivoco,* qui dicitur *amoris,* et *desiderii,* quo nempe finis amore sui extimulat agens ad agendum. Neque id infirmatur cx eo, quod finis ante actionem non existit, sed ab agente producitur; licet enim finis ante actionem non sit *in re,* est tamen in *apprehensione,* ideoque *improprie* movere, seu allicere efficientem potest: « Finis non est causa, nisi secundum quod movet efficientem ad agendum; non enim est primum in esse, sed in intentione solum 14 »,

Exinde et aliud exurgit effatum: Finis est causa CAUSARUM. Scilicet causa finalis est omnium prima *in intersitione;* nam finis determinat agens, agens formam, et forma materiam 15; e. g., statuarius lucri gratia determinatur ad educendam e marmore alicuius imaginem. « Finis dicitur causa causarum, quia ex causa finali omnes aliae causae recipiunt quod sunt causae, quia efficiens non agit, nisi propter finem; ct ex actione efficientis forma perficit materiam, et materia sustinet formam 13 ». Secus vero res se habet *in exeeutione;* siquidem finis non nisi postquam actio iam completa sit, oblinetur 17.

13 /n *lib.* Hz *Sent.*. Dist. XI.ÏX. q. I, a. 1, sol. 3 ad 3. *Qq. dispp., de Pot.,* q. V, a. 1 c.
15 Vid. s. Thom., a. 4 c.
16 *Qq. dispp., De Ver.* ‹| XXVIII. a. P 21*. q. I. a. 1 ad 1.

Rursus, illi effato hoc aliud respondet: Omne agens agît PROPTER FINEM. Cuius ratio ex iam dictis consequitur: cum enim finis sit prima inter omnes causas, cumque in causis, quarum una alteri subiicitur, subtracta prima, cacterae subtrahantur, sequitur ut, substracto fine, omnes aliae causae, etiam efficiens, subtrahantur 18. Quidquid ergo agit, agit propter finem. Hoc amplius confirmatur producit; ac proinde aliquid esse oportet; propter quod cx eo, quod omne agens effectum determinatum unum effectum potius, quam alium gignit. Iam illud, propter quod agens aliquid operatur, *finis* dicitur. Ergo omne agens agit propter finem 19.

Hinc refutantur qui agens naturale temere et casu operari blaterant. Atque ipsa monstra, quae aliquando in natura contingunt, eorum sententiae adversantur; siquidem, sicut defectus in arte, qui monstra illius dicuntur, artem operari propter finem ostendunt, ita ex monstris factis ab agente naturali potius sequitur, quod agat propter finem. Etenim, sicut monstrum in arte dicitur quod fit praeter regulam cius, et proinde a fine illius aberrat; ita monstrum naturale dicitur quod per aliquid turbans naturalem generationis ordinem non fit consueto modo, sed a fine naturalis agentis recedit; et ideo, si agentia naturalia nullu sibi praefixum finem in suis operationibus haberent, nullum possent monstrum producere 20.

Circa idem effatum praestat illud etiam adnotare, quod *apere propter finem* diversis modis intelligi potest. Id enim vel denotat agere *propter desiderium finis:* et sic Deo non competit, quia desiderium est eorum, quae non habentur, ct Deus est seipso dives, nec bonorum nostrorum indigus. Vel denotat agere *propter amorem finis;* et sic Deus agit propter finem, idest propter Bonitatem suam, quam infinite diligit; cuiusque gratia omnia sunt condita. Agit proin-

p 2"", q. I, u. 2 c.

10 *Contr. Gent.,* lib. Ill, c. 3.

20 « Nam ct quae naturalem ortus sui causam habent, ea certis quibusdam numeris, statoque ac definito ordine singularem ad finem perveniunt, quem ubi assecuta sunt, tum demum fieri desinunt. nisi quidvis occurrat, quod naturalem Ipsorum ad id. quod sibi propositum est, cursum impediat »; Euscb., *Praep., Ev.,* lib. AI, c. 9.

de in operibus *ad extra* propter *finem amatum,* non propter *finem desideratum.* Diximus *in operibus ad extra;* nam, ut advertit s. Thomas, « habitudo causae finalis est quidem in Deo respectu creaturarum, cuius bonitatem finem omnis creaturae dicimus; non autem respectu alicuius, quod in Ipso est. Non enim una Persona est finis alterius, quia ex hoc sequeretur gradus in bonitate [21] ». Et alibi: « Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus sunt unus finis ultimus, eo quod unicuique eorum convenit ratio finis, secundum quod quilibet est summum bonum; et hi tres non tria, sed unum summum bonum sunt [22] ».

8. Finis NON movet nisi cognitus. Triplex modus cognoscendi finem distinguendus est, unde triplex modus operandi propter finem existit. Primus est, cum agens non tantum cognoscit rem, quae est finis propriae operationis; sed in ea etiam percipit rationem finis, seu proportionem illius cum mediis: hoc modo solum agens rationale operatur propter finem. Alter, cum agens, licet cognoscat rem, quae est finis propriae operationis, in ea tamen non percipit rationem formalem finis, ac proinde ignorat proportionem illius cum mediis; hoc modo brutum operari dicitur propter finem. Tertius est, cum cognitio obiecti non est in ipso agente, sed in Deo: hoc modo res naturales operari dicuntur propter finem; tendunt enim in finem non a se cognitum, sed ipsis ab Auctore naturae praefixum, non secus ac sagitta tendit in scopum non a se, sed ab ipso sagittario cognitum [23].

9, Fini* particularis ordinatur ad finem communem. Ita dux exercitus, qui intendit bonum commune, scilicet ordinem totius exercitus, movet suo imperio aliquem ex tribunis, qui intendit ordinem unius aciei. Hinc finis huius tribuni ad finem communem ducis ordinatur. Et sane, « etiam naturalis appetitus cuiuslibet partis ordinatur in bonum commune totius [24] ».

[21] *In lib. I Sent.*, Dist. XXXIV, q. I» a. 2 so/.
[22] *In lib. II Sent* Dist. XXXVIII. q. I, a. 1 ;„<l 2.
[23] 2s 2io, <l. I, a. 3. Vid. litt. *B: eft.* 11.
[24] p 2»c, q. XIX, a. 10 c. Vid. lin. *B:* ell. 16.

10. Finitum infinito additum non facit maius. Nempe substantia infinita cum substantiis finitis coniuncta non est quidquam perfectius unica substantia infinita, siquidem perfectiones illarum in ista eminentissime continentur. Quocirca, « bonitas creaturae bonitati Creatoris nihil addit, quia finitum infinito nihil addit 25». At vero facit plue, quia infinitum et finitum sunt duo 26. « Dens et Angelus non sunt aliquid maius, quam Deus, sed sunt plures res [27] ».

11, Forma dat essi' rei. Nam *materia,* dat quidem rei esse intrinsecum, sed commune: ac proinde omnino vagum, et indeterminatum: *forma* autem dat ei *esse* intrinsecum et proprium, puta, anima viventi; anima enim constituit vivens in se, et a celeris non viventibus distinguit. Quaniobrem, licet materia includatur in tota integritate compositi, tamen simpliciter dicitur a Philosophis, *Forma dat esse rei 28.**

12. Forma est communicabii.is et universalis. Nempe, forma in se spectata, vel, ut s. Thomas inquit, *quantum est de* se, *nisi aliquid aliud impediat* 2J, recipi potest in pluribus, atque eo quod *in pluribus est receptibilis, rationem universalitatis habet* 30; e. g., humanitas, quae est forma hominis, pluribus communis esse potest, unde *differentia, quae ex forma procedit, inducit* non iam diversitatem individuorum sen numerieam. sed *diversitatem speciei 31.*

Diximus autem *quantum est do se, nisi aliquid impediat;* nam principium, per quod forma ad individua determinatur, est materia: « individuatio formae est ex materia, per quam contrahitur ad hoc determinatum 32; pu-

25 S. Bon., *Hexaemeron.* Senn. XI. Vid. litt B: off. 3.
26 Vid. 6. Thom., *In lib. IV Sent.,* Dist. XLIX, q. I· a. t sol. 1. ad 4.
27 *In lib. I Sent.,* Dist. XXIV, q. I, u. 1 ad 4.
28 Vid. litt. *Γ:* dist. 9.
20 I, q. Ill, a. 2 ad 3.
30 *In lib. II Sent.,* Dist. Ill, q. I, a. 2 ad 2.
31 *Contr. Gent.,* lib. JI, c. 95
32 *Quodlib.,* q. VII, a. 3 c.

ta humanitas in Socrate non cuiusque hominis, sed Socratis propria est ex eo quod ah hisce, et non aliis conditionibus materiae circumscribitur: quocirca evenire potest, ut forma pluribus communis non sit, ac proinde ut ad plura individua non referatur, vel quia *materia debita illi speciei invenitur tota in uno individuo,* ita ut unum individuum Lota materia absorbeat, quemadmodum, e. g., evenit in sole, *qui constat* ea *tota sua materia* 33; vel quia forma nullam habere potest materiam, ac proinde non inveniuntur subiecla, in quibus multiplicetur; quemadmodum evenit in Angelis, quia natura cuiusque Angeli, cum sit omnis materiae expers, non habet principia, per quae multiplicari potest 34.

13. Forma est divinum quoddam et appetibile. Cuius effati ratio haec est: « Cum forma sit secundum quam res habet esse; res autem quaelibet, secundum quod habet esse, accedat ad similitudinem Dei, qui est ipsum suum esse simplex; nccesse est quod forma nihil sit aliud, quam Divina similitudo participata in rebus 35 ».

14. Forma fst prior materia. Est nempe prior *dignilate,* cum enim sit illud, quod dat *esse* materiae, est magis ens, atque manis, quam materia, de Divinis perfectionibus participat, siquidem haec *de bono non participat, nisi ipsum ordinem, vel aptitudinem ad bonum* 3637Non est autem prior *tempore,* seu ordine generationis; siquidem hac ratione materia, est prior forma, prout imperfectum est prius perfecto ' Hinc s. Thomas^ « Formae non est, ut tempore materiam praecedat, sed dignitate tantum 38 ». flaque, « materia a forma dependet, ad ipsam habet necessariam ordinationem; et quamvis sit prior pro-

33 *In lib. I Sent.,* Diet. XIX, q. IV, a. 2 *sol.,* et I, q. CXIX, a. 1 c.

Il- XLVII, a. 2 c., et *in lib. II Sent.,* Dist. Ill, q. I, n. ad 1. Vid. *Unitas generica specifica, ntimerica,* lilt. *U*: dist. 6.

3ii *Contr. Gent.,* lib. Ill, c. 97.

30 I, q. V, a. 3 ad 5.

37 p 2Be, q. LX1I, a. 4 c. Cf ibid., q. XX, a. 1 ad 3.

38 *In lib. Ill Sent.,* Dist. II, q. II, a. 3 *sol.,* 3 ad 2.

ductione, sive generatione, posterior est tamen in completione 39 ».

15. Forma et materia sunt sibi invicem causa. Sane forma est causa materiae, quatenus ei dat *esse* actu, materia vero est causa formae, quatenus ipsam sustentat 40. « Forma est quodammodo causa materiae, in quantum ei dat esse actu; quodam vero modo materia est causa formae, in quantum sustentat ipsam 11 ». Qua in re monet idem s. Thomas id fieri posse^ vel *simpliciter,* vel *secundum quid:* « Nam forma substantialis dat esse materiae simpliciter; forma autem accidentalis secundum quid, prout etiam forma est. Materia etiam quandoque non sustentat formam secundum esse simpliciter, sed secundum quod est forma huius, habens esse in hoc; sicut se habet corpus humanum ad animam rationalem 42 ».

16. Formae est movere. Idest, forma est primum ct potissimum operandi principium. Etenim nihil agit, nisi quatenus est actu; quapropter quo aliquid est actu, eo agit; atqui forma est primum, quo aliquid est actu; ergo forma est illud, quo primo aliquid operatur ,3.

17. Formae forma non datur. Scilicet non datur forma formae bomogeueae, seu eiusdem rationis: e. g., albedo alhedinis; unde non potest dici color coloratus 44, tum quia progressus in infinitum admitteretur, tum quia forma superaddita foret supervacanea, siquidem idem ac ca, cui superadditur, praestaret. Potest autem dari forma fonnae heterogcneac. Nam « contingit, quod illud, quod est perfectio unius secundum unam rationem, sit perfectum ah alio secundum rationem aliam; sicut lux perficit colorem, ct color perficit superficiem, et superficies corpus, cuius terminus est 15 ». Hoc etiam modo « aliarum

30 S. Bonav., *In lib. II Sent.,* Dist. XII, a. I. q. 1 *ad arg.*
™ Vid. lilt. C: cff. 7.
41 Qq. dispp., De Ver., q. IX, a. 3 ad 3.
42 In lib. V Metaph., Icet. II.
43 Vid. 6. Thom., I, q. LXXVI, a. 1, c. Vid. *Omne agens agit in quantum est actu* (litt. /I : <·IT. 'I6).
44 In lib. II Sent., Diet. XXVII, q. I, a. 2 ad 1.
43 Ibid.

virtutum, quae sunt quaedam formae, potest esse forma cliaritas l,l ». Scilicet, « esi forma, quae complet in cssendo, et est forma, quae complet in movendo. Cum ergo dicitur ceteras virtutes formari a charilate, hoc non est, quia cliaritas sil forma constitutiva ipsarum virtutum, dans eis complementum in cssendo. sed quia est forma directive dans cis complementum in regendo et ordinando. Sicut enim gravitas lapidem cum omnibus, quae in eo sunt, trahit deorsum, ct dirigit ad centrum, sic charilas animam elevat sursum, ct celeras virtutes movet, et dirigit ad finem suum 47 ».

18. Formam inter atque materiam debet esse proportio. Scilicet: Ut possit exurgere hoc vel illud compositum, requiritur ut forma recipiatur in materia apta et disposita ad eam recipiendam '8. Ratio est, quia partes secum uniri non possunt, atque compositum efformare, nisi proportionem inter se habeant. Necesse autem non est, ut huiusmodi proportio sit sicut *convenientia in eadem natura et proprietate;* sed sufficit, ut sil *sicut potentia adactum* ',J; seu η debita proportio materiae ad formam est dupliciter, scilicet per ordinem naturalem materiae ad formam, et per remotionem impedimenti 50 ». Hinc, etsi anima et corpus *secundum proprietates naturae multum distent,* tamen anima est forma substantialis corporis, quia *secundum proportionem potentiae ad actum anima et corpus maxime conveniunt* · '. Vicissim, ex co quod anima est forma substantialis corporis, non sequitur ut « si anima est incorruptibilis naturaliter, corpus etiam huiusmodi sit52 ».

19. Forma recepta in subiecto non naturali, sed extraneo, recipitur in eo amisibiliter. E. g., calor in subieclo proprio et connatural· est *inamisibiliter,* sed in aqua16

16 *Qq. dispp., De Virtut.,* q. II, a. 3 ad 2.
S. Bonav., *In lib. Ill Sent.,* Dist. XXXVI, a. I, q. 6 *ad nrg.*
48 Vid. litt. *I):* dist. 15.
49 *//i lib. /K Sent..* Diet. XXX, q. I, a. 1 ad 7.
50 *Ibid..* Dist. XVII, q. I, a. 11, *sol* 2 c.
51 *In lib. Il Sent.,* Dist. I, q. П, fl. 4 ad 3.
52 *Ibid.,* Dist. XXX, q. 1. a. 1 ad 7.

est *amisibiliter,* eo quod aqua sit subieclum illi extraneum. At vero, si forma cx se, et natura sua perennitatem exigat, tunc non solum non participat mutabilitatem subiecti, sed insuper illud trahit et elevat ad suam immutabilitatem. « Hoc modo, inquit s. Thomas, per gloriam immortalitatis corpus corruptibile immortale efficitur 58 ».

20. Formali cuiuscumque remoto, tollitur species. E. g., remoto *rationali,* quod est *formale* in homine, tollitur species humana 5', forma enim est, quae dat *esse* rei35. » Remoto eo, a quo res aliqua habet speciem, consequens est, ut species rei solvatur; sicut remota forma substantiali a corporibus naturalibus, non remanent specie eadem 5b ». Hinc etiam, « illud, quod est formale in unoquoque, est excellentius in eo, quia per formam materia completur '7 ».

21. Frustra est potentia quae non traducitur in actum. En sensus, quibus effatum istud est accipiendum: 1° Intelligendum est de illa potentia, quae propter actum, tamquam finem, enti inest; Deus enim, et natura nihil frukstra faciunt ,h. Contra, falsum est, si explicari velit de illa potentia, quae ad actum, tamquam ad finem, non est destinata: cuiusmodi est in corporibus potentia passiva recipiendi semper ulteriorem divisionem, atque in anima rationali mutabilitas. Quaedam enim potentiae enti insunt non propter ipsum actum, tamquam finem, seu ut in actum reducantur, sed propter necessariam cum entis essentia connexionem. Hinc s. Thomas: « Res non dicitur esse imperfecta. quacumque potentia in ipsa non reducta ad actum, sed solum quando per reductionem in actum res suum consequitur complementum 09 ». 2° De potentia *physica,* seu reali, non vero de potentia *logica,* quae nihil aliud

M *Qq. dispp., De Ver.,* q. XII, a. 6 ad 4.
Quod b. Augustinus enunciavit his verbis: « Omnia, quae forma sublata, nulla erunt »*; De lib. nrb.,* lib. II, c. 17, n. 45.
" Vid. lilt. F: eff. 11.
Qq. dispp., De 1 irtut., q. IV, a. 4 c.
" /n *lib. IV Sent.,* Dist. XI.VI, q. II, a. 2 *sol.* 3 c.
Vid. lilt. D: eff. 7.
Qq. dispp. De Pot., q. V, a. 5 ad 7.

est, quam non repugnantia; e. g., talpa *logicam* potentiam habet videndi, quae numquam in actum redigitur; neque de potentia, quae « dicitur obedientiae tantum 00; sicut dicitur aliquid esse in potentia ad illa, quae supra naturam Deus in eo potest facere ». nam « si talis potentia non reducitur in actum, non erit potentia imperfecta »; e. g., « intellectus Angeli beati non est imperfectus, si non cognoscat omnia quae Deus potest ei revelare 61 ». 3" Quoad actus in *specie.* Ita si homo numquam rideret, frustra haberet ridendi potentiam; et rursus, si nullam cognoscerem veritatem, frustra eiusmodi potentia pollerem. E contrario, potest aliquis singularis homo numquam ridere, neque in me est frustra potentia cognoscendi, licet hanc, vel illam veritatem non attingam. Hinc s. Bonaventura: « Nec dicitur potentia frustra, si non reducitur ad actum; sed tunc frustra est, dum ad actum non reducitur, et tamen ad actum exigat eam reduci tempus et locus °2. 4° De causia necessariis, in his enim nulla ponitur potentia, quae non aliquando actum suum exerceat. De causis liberis idem dici nequit; possum enim in bellum proficisci, atqui licet numquam proficiscar, tamen illa potentia non est in me frustra. 5° Dummodo actus aliunde non dependeat; hinc potentia ignis lignum comburendi numquam in actum traducitur, si illud non sit aridum. 6" si pro *potentia* intelligilur capacitas producendi operationem sibi propriam; euiusmodi est potentia lapidis ad motum deorsum: non item si intelligatur capacitas producendi operationem *commitnem;* cuiusmodi est in lapide potentia frangendi, vel comminuendi.

Ex hoc effato illud etiam colligit s. Thomas, quod scilicet α nulla potentia passiva invenitur in natura, cui non respondeat aliqua potentia activa potens eam in actu reducere, alias talis potentia frustra esset 03 ».

22. Frustra est potentia quae non potest redici iri ACTUM. Quod effatum ex se manifestum est. Perperam ve-

co Vid. *Potentia: naturalis - obedientialis* (litt. *P;* dist. 26».
01 Qq. dispp., De Per., q. VIII, a. 4 ad 13.
62 In lib. Ill Sent., Dist. 1. a. 2, q. 2 *nd arg.*
63 In lib. Il Sent., Dist. XII, q. n.] 50/

ro ex illo aliquis inferret Deum carere potentia infinita, cum non possit infinitum efficere. Namque in primis id potius ex ipso infinito evenit, cuius natura exigit ut effici non possit, quam ex defectu Divinae Potentiae. Deinde salis est, ut infinitae potentiae respondeat talis modus res producendi, qui arguat infinitam potentiam in causa latere; uti rem ex nihilo facere. Quinimmo, etiamsi Deus « nullum effectum produceret, non esset Dei potentia frustra; quia frustra est quod ordinatur ad finem, quem non attingit: potentia autem Dei non ordinatur ad effectum, sicut ad finem, sed magis ipsa est finis eius 64 ». Eadem ratione loquitur s. Bonaventura: ‹r Frustra est potentia, quae non reducitur ad actum, verum est de potentia, quae completur per actum: sed Divina Potentia non completur per actum, et ideo non frustra, etiamsi non habeat potentiam passivam correspondentem 05 ». Quare Aquinas illud effatum interpretatur de potentia activa naturali: α Res enim naturales coordinatae sunt ad invicem, et etiam omnes creaturae: Deus autem est extra hunc ordinem; Ipse enim est ad quem totus hic ordo ordinatur, sicut ad bonum extrinsecum, ut exercitus ad ducem; et ideo non oportet, ut ei, quod est in Deo, aliquid in creaturis respondeat 66 ».

23. Frustra fit per plura, quod fieri potest per PAUCIORA °7.

“ I, q. XXV, a. 2 ad 2.
e5 In lib. I Sent., Dist. XL1II, a. 1, q. 3 *ad arg.*
6f Qq. dispp.. De Pot., q. I, a. 2 ad 1.
67 Vid. *Entia non sunt multiplicanda sine necessitate* (lilt. *E:* eff. 11).

Distinctiones.

1, Generatio - Creatio - Corruptio - Annihilate. Secundum Scholasticorum dogmata de *materia* ct *forma* \ res naturales incipiunt esse \el per cductionem formae ex materia praeiacente. in qua *potentia* continentur, vel prorsus productione ex nihilo. Primum dicitur *generatio,* alterum *creatio.* Differt itaque creatio a generatione, quatenus haec materiam, ex qua fiat res genita, expostulat, siquidem in materiae substantiali transmutatione consistit; illa vero omne, ex quo res educatur, excludit, atque totum ex nihilo, idest non ex aliquo producit, etiam ipsam materiam; unde « creatio est productio rei, quemadmodum s. Thomas inquit, in esse secundum lotam suam substantiam 13»; ct secundum s. Bonaventuram, « est productio totius substantiae secundum totum ' ». Hinc prima rerum productio non fuit *generatio,* nam formae non fuerunt ex materia eductae, sed simul cum ipsa creatae 4; ita ut. aiente s. Augustino, *Creator Deus formatam creavit materiam* 5. E contrario, res desinit esse vel separatione formae a materia, vel prorsus amittendo existentiam.

1 Cf quae, in explanatione harum vocum, exponuntur (litt. /■: <U»t 9).
2 *In lib. Il Sent.,* Dist. I, q. I, a. 2 *sol.*
3 *In lib. II Sent..* Dist. I, p. I, a. II, q. 2 *resol.*
* Vid. s. Thom., I, q. LXV, a. 4 c.
6 *De Gen. nd lift.,* lib. T. c. 14, n. 29.

Primum dicitur *corruptio,* alterum *annihilatio.* E. g., adest «aliquid aptum ad comburendum; ipsi unitur forma ignis: en ignis *generatio.* Nihil est: Deus dicit: *Sil ignis,* et igni* est: en ignis *creatio.* Lignum ardet, combustio cessat, ignis forma evanescente, superest cinis; en ignis corruptio. Est ignis; si Deus diceret: *Nihil sit,* omnia evanescerent, quin cinis supersit, vel aliquid aliud: en ignis annihilatio. Sulla autein desideratur actio, ad hoc, ut res quaedam recidat in nihilum. Id quippe fit per solam Dei cessationem ab agendo, seu a creando rem illam. Eteniin, cum conservatio rei cuiuspiam sit continuata eius creatio, res illa non amplius durat per conservationem, ubi primum Deus illam creare cessat.

Sensu autem magis proprio, prout nempe generatio ad viventia restringitur, ita definitur a s. Thoma: *Origo viventis a vivente principio coniuncto in similitudinem naturae* 6, seu, ut s. Bonaventura inquit, *generare est simile sibi in substantia et natura producere,* ita ut haec *productio sit similis de simili, sive de seipso 7.* Ex quo intelligitur tria in generatione requiri: Ut id, quod generatur, sit ex substantia producentis; 2° Ut inter genitum et generans sit similitudo naturae, seu ut sint eiusdem speciei; unde *fructus arborum, et ova avium, et capilli, et huiusmodi non habent rationem geniti;* neque vermes, qui ab homine scatent, *non enim procedunt secundum rationem similitudinis in natura eiusdem speciei* 8; dum « de ratione generantis est, quod generat sibi simile secundum formam 9 »: 3° Ut sit coniunctum cum genito principium, a quo ipsum producitur: nam pars substantiae generantis, quae ab ea transfunditur, et est principium generationis, coniungilur cum genito, innuo fit ipsum genitum 10.

6 1, q. XXVII, a. 2 c.
7 *In lib. 1 Sent.,* Dial. IX, a. 1, q. 1 *resol.*
8 I, loc. cit., et *In lib. Il Sent.,* Dist. VIII, q. 1, a. I *sol.*
9 I, q. XXX1I, a. 2 ad 4. « Videmus in communi consuetudine **eiusdem essentiae esse cum gignentibus ea quae gignuntur; s. luslin..** *Expositio Fidei de recta confessione, sive de sancta consubstantiali Trinitate.*
s. **Jo Processio Verbi in Divinis habet rationem generationis: nam. ut i. Thomas inquit, « procedit per modum intelligibilis actionis.**

2. Generice - Specifice - Numerice. Dicuntur potissimum de rerum differentia. *Generice* ea differunt, quae in nullo praedicato *univoco* conveniunt; ut substantia et quantitas. Hinc oriuntur summa *genera* rerum, quae decem assignantur, et vocantur *Praedicamenta* 11. *Specifice,* ea quae in aliquo genere *univoco* conveniunt, sed sub diversis speciebus continentur; ut homo, leo, lapis etc. Hinc genera intermedia proprie non differunt *generice,* sed *specifice.* Haec tamen diversitas plures gradus admittit, in quibus semper posterior magis determinat priorem; quare homo secundum plura praedicata differt a vegetabili, quam ab animanti bruto. Hinc s. Thomas ait: « Iu rebus naturalibus gradatim species ordinatae videntur 12 ». Denique *solo numero* differunt individua sub eadem specie contenta, quae nempe neque *genericam,* neque *specificam* differentiam agnoscunt, sed tantum distinguuntur *secun-*

A

quae est operatio vitae, et a principio coniuncto, et secundum rationem similitudinis, quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectae, et in eadem nalura existons » (I, q. XXVII, a. 2 c.). Quinimmo, ut s. Bonavenlura subdit, haec generatio est *omnimodae perfectionis:* « Iste modus generationis *(viventium)* est in Deo, et creaturis, sed differenter·, quia producere alium cx seipso potest esse dupliciter, vel ex se toto, vel ex parte sui. Ex se toto non potest producere, nisi ille, cuius essentia potest esse in pluribus una ct tota: nam, si non potest esse in pluribus una et tota, si generans dat totam suam substantiam generato, tunc substantia tota transit in generatum, et generans perdit substantiam totam generando, quod esse non potest. Ideo adhuc necesse est, quod talem habeat substantiam, quae una et tota sit in pluribus, talis autem substantia non est nisi substantia habens summam simplicitatem, haec autem est sola Divina essentia, in qua propter summam simplicitatem suppositum non addit ad essentiam, unde nec ipsum coarctat, nec limitat, nec formam multiplicat; et ideo in Eo potest esse generatio communicans eamdem substantiam totam; et talis generatio est omnimodae perfectionis, et in solo Deo reperitur, ratione iam dicta. Alio modo contingit aliquem ex se producere quantum ad partem sui: sic pater naturalis generat filium, partem substantiae transmittendo, et decidendo; ct hacc generatio necessario est cum imperfectione; quin enim pars decisa non habet actum totius, necesse est quod per mutationem acquirat; sed quod acquirit, quod non habet, variatur; ideo haec generatio est mutatio, et habet variationem coniunctam, et etiam cum corruptione adnexa » *(loc. cit.).*

“ Vid. litt. *P.*

12 I. q. XLV1I, a. 2 c.

dum ea quae sunt naturae speciei adiuncta ut Socrates et Plato.

Diximus, *solo numero,* quia generalim ea dicuntur *numero* differre, quae numerari possunt ut distincta, quo sensu etiam individua diversarum specierum, ut Alexander et Bucephalus, sunt numero differentia. Differentia specifica *formalis, quia fit secundum id quod est formale;* differentia numerica *materialis* etiam appellatur 11, quia *materia* est principium, ex quo plura sunt eiusdem speciei individua 15.

3. Genus: proximum - remotum. *Genus proximum* dicitur illud, quod ita enuntiatur de pluribus differentibus specie, ut nullum aliud attributum habeat infra &e, quod de illis sub generis itidem ratione dici possit. — *Remotum* vero est illud, quod aliud genus sub se continet. Sic, cum homo, et bellua immediate sint sub genere animalis, mediate vero sub genere viventis, animal est genus *proximum, remotum* autem vivens, si ad hominem atque belluas attributa ipsa referantur.

4. Genus: supremum - medium - infimum. *Supremum* est quod supra se nullum habet attributum, cui vera generis ratio competit. *Medium,* quod tam supra, quam infra se habet alterum genus. *Infimum,* sub quo genus aliud non repentur. E. g., substantia est *genus supremum,* cum nihil sit supra substantiam, cui generis ratio conveniat. Vivens autem est genus *medium,* et animal genus *infimum;* cum scilicet *vivens* medium inter substantiam, et animal locum teneat: sub *animali* autem genus alterum non inveniatur.

5, Gubernatio - Providentia. Providentia Dei, quatenus significat rationem in Mente Divina existenlem. qua Deus singula ad proprios fines, ct omnia ad finem iiniver-

13 *Contr. Gent.,* lib. IV, c. 14.
14 Vid. s. Thom., I, q. XLVII, a. 2 c.; *Contr. Geni.,* lib. III. c. 92, cl *Qq. dispp.. De Ver..* q. MI, a. 13 ad 3.
15 Vid. *I nitas: generica, specifica. numerica* (lilt. *U:* dist. 6k

salem disponit, dicitur proprie *Providentia;* tem significat ipsius ordinis per certa media dicitur *gubernatio.* quatenus au· cxccutioneni,

Effata.

1. Generale idem est essentialiter **CUM HIS AD QUAE EST GENERALE.** Hoc effatum ita a D. Thoma explicatur: « Generale dicitur aliquid dupliciter: Uno modo per praedicationem, sicut animal est generale ad hominem et equum ct alia huiusmodi; et hoc modo generale oportet quod sit idem essentialiter cum his, ad quae est generale. — Alio modo dicitur aliquid generale secundum virtutem, sicut causa universalis est generalis ad omnes suos effectus, ut sol ad omnia corpora, quae illuminantur, vel immutantur per virtutem ipsius; et hoc modo generale non oportet quod sit idem in essentia cum his, ad quae est generale, quia non est eadem essentia causae et effectus 1 ».

2. Generatio et corruptio non afficiunt directe **MATERIAM NEC FORMAM, SED COMPOSITUM.** Composito enim proprie competit *esse;* materia vero et forma sunt id, per quod compositum habet *esse.* Hinc generatio ct corruptio materiam et formam attingunt ratione compositi: hoc «1, dicuntur materia et forma generari, aut corrumpi, cjiiatenus compositum formatur, aut dissolvitur 2.

3. Generatio fit in instanti. Nempe, sicut diaphanum, cum secundum se est dispositum ad lumen recipiendum, subito illuminatur a corpore lucido in actu, ita ma-

' 2“ 2«% q. IΛI1I. a. 6 ‹·.
2 Vid, s. Thom., I, q. LV, a. I c.

teria, cum est disposita, slatim acquirit formam. Quocirca si aliqua forma non subito imprimatur subiecto, contingit cx hoc, quod illud non est dispositum, et agen-* indiget tempore ad hoc, quod subiectum disponat

4. Generatio unius est corruptio alterius, et corruptio unius est generatio alterius. Patet eiusmodi effatum non esse *proprie* et *formaliter* accipiendum, nempe quasi generatio et corruptio idem sint; generatio enim est quid *positivum,* corruptio est quid *negativum:* sive illa est *via in esse,* haec est *via in non esse* 3. Itaque corruptio non est generatio, neque contra, nisi dicas fieri po---se ut idem simul sit ens et non ens: « Corruptio et generatio, quamvis semper coniungantur, non tamen sunt idem... terminus enim generationis est forma, quia est mutatio ad esse; terminus vero corruptionis est privatio, quia est mutatio ad non esse 5 ». Neque ipsum effatum intelligi potest *causaliter,* quasi unius generatio sit causa, quae alterius corruptionem efficiat, aut unius corruptio sit causa, quae generationem alterius producat; quia corruptio cum sit privatio, neque causa, neque effectus proprie nominatur. Itaque, accipiendum illud est *concomitanter;* ita ut corruptionem unius rei sine mora semper naturali sequela excipiat et comitetur generatio alterius, sive, quod idem est, quotiescumque unum corrumpitur, statim aliud necessario generatur, et retro 6. Causa huius vicissitudinis est materia, quae non potest esse sine forma, nec sub duabus simul consistere. Ea igitur, dum una forma exuitur, alteram induit ; ct ideo unius corruptio est generatio alterius. Vicissim, unius generatio est corruptio alterius, quia, cum materia sub duabus formis consistere non possit, fit ut cum formam recipit, alteram deponat.

Ad eiusdem effati uberiorem explicationem monere par est: 1° ipsum non admittendum esse in illis formis ac-

3 1» 2Δβ. q. CX11I, a. 7 c.; Vid. *Motus: instantaneus - successions.* (liti. *M:* dist. 18).
4 *Contra· Genl.,* lib. 1, c. 26.
5 *In lib, II Sent.,* Dist. XXXIV. q. I, a. 2 ad 5.
6 Sensum harum vocum. *Formaliter, Causaliter, constanter,* vid lilt. *F:* dist. 16.

cidentalibufi, quae contrarium non habent. E. g., generationem scientiae non concomitatur formae alicuius expulsio, cum ignorantia non sit res, sed rei privatio; 2° corruptionem intelligendam esse quoad totum compositum, non vero quoad formam substantialem: ita, cum moritur homo, invehitur in corpus forma cadaveris; exinde desinit quidem actus animae informandi corpus, at ipsa anima non corrumpitur.

5. Generatione posteriora sunt priora perfectione. Perfectius enim est id, quod ultimo et per se intenditur; hinc natura incipit, ut suo loco explicabitur, ab imperfectioribus, atque ad perfectiora progreditur. Quocirca, « non oportet quod omne, quod est prius, sit perfectius, cum aliquid sit prius in via generationis, quod est imperfectius, sicut puer viro, et addiscens sciente 7 ». Item, in generatione animalis, « primo inducitur anima vegetabilis, deinde, ea abiecta, inducitur anima sensibilis ct vegetabilis simul 8 ».

6. Genus continet suas differentias. Genus nempe continet suas differentias *sub se,* et *potestate,* seu *aptitudine,* quatenus capax est ut ab illis determinetur. E. g., cum animal dicat id, quod vita ct sensu pollet, cumque idipsum aptum sit ut determinetur, scu compleatur a *rationali,* vel *irrationali,* sequitur ut *rationale* et *irrationale* contineantur sub animali. At genus non continet *actu* et *in se* suas differentias; secus enim de quocumque praedicaretur genus, praedicarentur et differentiae; quod patet esse falsum; siquidem de homine, de quo praedicatur *animal,* non potest praedicari *irrationale.* Hinc differentia, ut s. 'l hornas inquit, « est extra essentiam generis: animal enim nominat tantum sensibilem, in qua rationale non continetur 9 ».

7. Genus est magis ens, quam species. Id quidem verum est respectu eorum, de quibus genus praedicatur;

7 /n *lib. lit Sent-,* Dist. XXVII, q. I, a. 4 ad 2.
8 *Qq. dispp.. De Pot.,* q. III, a. 9 ad 9.
° *JbicL,* a. 16 ad 4.

ipsum enim latius patet, quam species. At idem dici nequit respectu perfectionis. Nam, etsi genus quoad potestatem excedat singulas species per se, quia omnes implicite continet, tamen species in sua natura includit differentiam, quae, uti diximus, *actu* non est in natura, seu essentia generis. Hinc facile illud intelliges: Genus EST imperfectius specie. Scilicet ratione proprietatum quae speciei insunt, non vero ratione eorum, de quibus genus praedicari potest: e. g., substantia sub se perfectiora continet. quam corpus, cum in suo ambitu etiam spiritum includat.

8, Genus est prius specie. Est nempe: 1" prius *natura;* concurrit enim ad speciem constituendam, ideoque eius causa est, quocirca est prius specie, aeque ac prius est aurum, ex quo fit statua, quam ipsa statua. Ex hoc etiam illud consequitur, quod, sublato genere per intellectum, aufertur species; tamen, ablatis speciebus, adhuc manet per intellectum integra natura generis. 2° Est prius *cognitione,* scilicet, confusa; facilius enim aliquis confuse apprehendit naturam animalis, quam hominis; non vero cognitione distincta; ut enim hanc nobis comparemus, a minus universalibus ad magis universalia progrediamur oportet 10. Quod si genus non *materialiter,* nempe, prout in se est, sed prout genus est, spectetur, ac proinde prout ad speciem refertur, dicendum est ipsum esse simul *natura* et *cognitione* cum specie 11.

9 Genus inest speciebus suis 12. Quod effatum ut recte intelligatur admonendum est cum s. Thoma genus habere simul rationem partis, et rationem totius 13. Porro, ei genus specietur uti pars, quatenus nempe concurrit ad constituendam essentiam speciei, quae est totum *actuale.*

10 Vid. s. Thom., I, q. LXXXV, a. 3 c. Vid. *Magis universalia sunt priora minus universalibus,* lilt. *M: cft. 4.*

11 Vid. *Relata sunt simul natura et cognitione,* lilt. *R:* eff. 8

12 « Genus quidem inest in speciebus; animal enim inest in homine et bove »; Clem. Alex., *Strom.,* lib. VIII, η. 6.

13 De ente et essentia, c. 3.

illud esse in speciebus suis iure pronuntiatur u. At si genus specietur, ut totum, *potentiate* nempe et *universale,* tunc species vclut eius partes sunt, idcoquc potius illae insunt, seu subsunt generi *5.

10. Genus referendum est ad plures species. Generis enim natura est imperfecta, seu incompleta, atque contrahitur ad speciem, et perficitur per differentiam; differentia autem aliquid non constituit, nisi sit simul distinguens ab aliis, ergo genus ad unam speciem referri non potest. Species e contrario non expostulat ut ad plura individua actu referatur; nam speciei natura in se perfecta est, neque ab accidentibus individui perficitur, sed tantum multiplicatur; ac proinde unum sufficit individuum, ut perfecta maneat 1C.

Ad hanc rem Scholastici, ut modum innuant, quo genus et species de pluribus praedicari apta sunt, distinguunt *aptitudinem positivam* ab *aptitudine negativa,* docentque illam esse in genere, hanc in specie. Est nempe *aptitudo positiva,* qua universale natura sua expostulat, ut ad plura *actu* referri intelligatur: *Negativa* autem, qua universale indifferens est ut ad unum, aut plura referri intelligatur, nempe, licet per se aptum sit inesse multis, ct de multis praedicari, tamen nihil prohibet quominus ipsum ad unum referri intelligatur.

11, In genere latent aequivocationes. Non quidem propter ipsum genus, quasi genus sit aequivocum; nam genus secundum se ab omnibus speciebus aequaliter participatur 171; *sed *propter differentias contrahentes genus, quae, cum constituant diversas species inaequalis perfectionis, videntur esse causa aequivocationis. Sic animal nobiliori modo reperitur in homine, qnarn in equo. Undc

14 Vid. *Magia universale comparatur ad minus universale ut tulutn, et pars,* litt. *M:* eff. 3.

1,5 « Totum non inest in jiartibus »; Clem. Alex., *loc. l it.*

10 Vid. s. Thom., *In lib. I Sent.,* Dist. XIX, q. IV, a. 2 w/. Cf. etiam litt. *U·* in explicatione *unitatis numerical·*. ubi, quid 'il *principium individuationis,* explicatur.

17 Vid. «. Thom., *Qq. dispp., De Pot.,* q. VII, a. 3 ad 6.

aequivocationis nomine hic *aequivocatio physica* et *impropria venit,* non autem *dialectica,* quae proprie *aequivocatio* est

12, Generum non subalternatim positorum diversae SUNT SPECIE differentiae. Genera *non subalternatim posita* sunt genera diversorum praedicamentorum, ut animal. quod ad praedicamentum substantiae, ct numerus, qui ad praedicamentum quantitatis pertinet. lam huiusmodi genera nullam differentiam »ive *constitutivam,* sive *divisitam* 10 participant; c. g., aliis differentiis constituitur et dividitur animal, aliis scientia. Genera autem subalternatini posita vel sunt huiusmodi, ut ad idem pertineant praedicamentum, el unum sit sub allero, uti animal, vivens, corpus; vel sub eodem sunt praedicamento, sive superiori genere, sed unum non est sub altero, uti animal gressibile, el animal volatile, siquidem utrumque animali subiicitur, sed non unum alteri; item, potentia et figura, quae sub genere qualitatis sunt, non tamen una sub altera. Si primum, tunc genus inferius omnes amplectitur differentias *constitutivas* generis superioris, ct etiam aliquam *divisitant* '°. Sin alterum, tunc unum ex iis generibus aliquando habet aliquam differentiam *divisivam* alterius; puta *bipes* est differentia tum gressibilis, tum volatilis animalis, at non semper; c. g., Angelus, ct corpus eamdem differentiam *divisivam* non habent.

18 Vid. litt. *E:* dist. 5.

10 Vid. litt. *D;* diet. 12.

20 *Ibid.*

Distinctiones.

1, Habitus - Dispositio. Tum *habitus,* tum *dispositio* eunt qualitates, quae subiecto inhaerent, atque efficiunt, ut ipsum sive in se, sive in suis operationibus bene vel male se habeat. Discrimen inter istam et illum in eo consistit, quod *habitus* sit qualitas immobilibus principiis innixa, atque natura sua firmiter inhaerens subiecto; *dispositio* vero est qualitas ex natura sua facile mobilis, ideoque leviter inhaerens subiecto. « Habitus, inquit x4ristoteles, ab affectione differt, quia est res diuturnior, et permanentior [1] ». E. g., scientia, virtus etc. sunt qualitates ex sui natura firmissimae, cum illa principiis necessario veris, ista bono honesto, quod est immutabile, innitatur. Hae proinde qualitates vocantur *habitus* [2]. E contrario, suspicio, dubium, opinio ct alia huiusmodi sunt *dispositiones,* quia levibus et facile mobilibus fundamentis innituntur; ex quo fit, ut sine labore removeri possint a subiecto. Similiter, sanitas et morbus sunt dispositiones, gignuntur enim cx levibus principiis, nempe ex concordia vel perturbatione humorum, quae facile mutari potest. Haec prae oculis habenda sunt, si habitus et dispositionis ipsa natura inspicietur. At si conditio subiecti, cui qualitates istae inhae-

1 *Categ.,* lib. 1, c. 5.

2 « Scientia habitus est in seipso ratam habens certitudinem, nec ulla ratione mutabilis est »; s. Basil., *Comm. in cap.* 1' *Jsai. Prophetae.*

rent, attendatur, contingere potest, ut dispositio migret in habitum, eodem fere modo, quo puer fit vir. Id porro evenit, cum qualitas ex natura sua facile mobilis adeo firmas in subiecto agit radices, ut ab illo divelli vix possit, puta, sanitas hujusmodi quae nullis vitae incommodis possit expugnari, atque febris, quae in tabido ita profunde medullas penetrat, ut nullo medicamine vinci possit. Idem locum habet quoad errorem et opinionem, quae aliquando tam pertinaciter adhaerent intellectui, ut nullis rationibus dimoveri possint [3]. E contrario, contingere potest, ut qualitas ex natura sua immobilis, ideoque ad habitum pertinens ob imbecillitatem subiecti, in quo est, aequivaleat dispositioni, e. g., amor in Deum, quo nil fortius esse potest, ob hominis instabilitatem saepe extinguitur: item, licet nihil firmius sit scientia et virtute, tamen utraque in tyrone facile mobilis est 4.

Ad haec, *dispositio* alia etiam significat, puta quamvis constitutionem rei: sic *dispositio* corporis humani ea est, ut caput sit supra humeros; vel quamvis praeparationem sive ad agendum, sive ad aliquid recipiendum; vel rationem ordinis rerum in finem, aut partium in toto. Item, habitus etiam alia denotat, relationem nempe corporis ad vestes et ornamenta, quatenus ipsis induitur, ut esse togatum, armatum etc., atque hoc sensu constituit ultimum praedicamentum; vel relationem cuiusque habiti ad habentem, quo sensu constituit ultimum *post-praedicamentum* 5.

2. Habitus: entitativus - operativus. *Habitus,* qui subiectum bene vel male afficit quoad ipsum esse, dicitur *entitativus,* cuiusmodi sunt pulcritudo et deformitas in vulto. *Habitus* vero, quo subiectum aptum redditur ad bene, vel male agendum, nempe, ut ait s. Thomas, *secundum convenientiam, vel secundum disconvenien-*

3 « Haec ipsa quoque, puta morbus, sanitas, ac similia, si diuturna, el aegre mutabilia sunt, in habitum transeunt »; s. Damascenus. *Dialect.,* c. 51.

4 Cf s. Thom., 1» 2*®, q. XLIX, a. 2 ad 3.

5 Vid. lilt. *P:* diet. 35. Cf. s. Aug., *Qq. octoginta tres,* q. LXXII1.

tiam ad naturam b, vocatur operativus, puta ars, scientia, virtus, vitium etc. ilie *dispositio ad naturam ordinata;* iste *dispositio ad operationem* vocatur. Huiusinodi distinctio locum habet etiam quoad dispositionem; siquidem « nihil aliud est dispositio, quam *habitus incompletus* ' ».

Ex allata distinctione probat s. Thomas peccatum originale esse habitum non allero, sed primo modo acceptum; ipsimi enim « est quaedam inordinata dispositio proveniens ex dissolutione illius harmoniae, in qua consistit ratio originalis iustitiae 8 ».

3. Habitus: innatus - infusus - adquisitus. *Habitus innatus est qui incipit cum natura; et ab eius principiis ortum habet.* Huiusinodi est habitus, qui dici solet *intellectus principiorum,* nempe habitus, quo intellectus ad prima principia cognoscenda disponitur. Qui tamen habitus, monente s. Bonaventura, est innatus *respectu luminis directivi,* non autem *respectu speciei cognoscibilis;* naturale enim habeo lumen, quod sufficit ad cognoscendum, quod parentes sunt honorandi, et quod proximi non sunt laedendi: non tamen habeo naturaliter mihi impressam speciem patris, vel speciem proximi " ». *Habitus adquisitus* est qui ex multiplicatis actibus humanis comparatur, ac proinde *a Ubero arbitrio ortum habet. Habitus infusus est qui ortum habet a Deo, non a natura, nec. a libero arbitrio !".* Ex habitibus infusis autem alii tales simt natura sua, puta omnes habitus supernaturaies, e. g., Fides, Spes, Charitas, utpote qui, cum excedant omnem naturae facultatem, nullis humanis actibus comparari possunt: alii tales sunt, ut licet vires humanas non excedant, tamen ex immediata Divina actione sine naturali principio acquiruntur. Ita Deus Salomoni sapientiam; Apostolis scientiam linguarum indidit. Priores dicuntur infusi *per se,* posteriores *per accidens.*

6 jA 2ao, q. XLLX, a. l c. et ad 3.
7 *In lib.* /P *Sent.,* Dist. IV, q. 1, a.] 50/.
ß I* 2*°, q. LXXXII, a. l c.
û *In lib. II Sent.,* Dist. XXXIX, a. I, q. 3 rPSO/
10 Vid. s. Bonav., *In lib.* /P *Sent.,* Dist. IV, p.'2, art. II, q. 2 *resol.*

4t Habitus Potentia. Habitus differt a *potentia.* Nam: 1° quaevis potentia nobis a natura est insita; habitus autem, ut paulo ante diximus, non est naturalis, nisi secundum quondam *incoctionem,* seu secundum quoddam naturale principium. Deinde habitus potest etiam tum naturaliter acquisitum, si supernaturalis sit, ad superiore ordinem, ac potentia, pertinere. 2" Potentia dat operari, ut intellectus dat intclligere; *habitus,* melius et promptius operari, uti Logica efficit ut melius et facilius intelligamus. « Habitus est, inquit s. Bonaventura, quo potentia facilis est in actum 11 »; quocirca habitus dicitur *complere* potentiam, quia significat *aliquid potentiae superadditum, quo perficitur ad suam operationem* . 3° *Habitus* inest potentiae, non contra; ita scientia est in intellectu, non retro; unde, destructa *potentia,* perit *habitus,* non vice versa. 4° *Potentia,* cum sit qua aliquid simpliciter possumus operari, est indifferens ad bene, vel male operandum; e. g., voluntas est principium nedum honestae, sed etiam vitiosae actionis; *habitus* e contrario determinatur ad bene, vel male operandum: e. g., α intellectus est quo consideramus, scientia, qua bene consideramus; concupiscibilis, qua concupiscimus, temperantia, qua bene concupiscimus, intemperantia, qua male 13 ». Unde « habitu virtutis nullus utitur male, et habitu malitiae nullus bone 11 ».

5, Habitus - Privatio. *Habitus,* prout opponitur *privationi,* significat *formam,* et *perfectionem.* Ita visus et caecitas opponuntur ut *habitus* et *privatio.* Non autem omnis privatio immediate opponitur habitui; sunt enim quaedam privationes, quae *mediate* 15 tantum opponuntur

11 *In lib. / Sent.*. Dist. III, p. 2, a. II, q. 1 *ad arg.*
Vid. s. Thom., 1" 2"°, q. L, a. 3 ad 3, cl *Qq. dispp.. De Ver.,* q. XX, a. 2 c.
13 *In lib. IV,* Dist. IV, q. I, a. 1 *sol.*
14 3, q. LXIII, a 2 *Sed contr.*
15 Qaaenam sint opposita immediata, ct mediata explicavimus liti. *C:* dist. 27.

habitibus; ita ut inter hos et illas aliquod medium existai, cuiusmodi sunt sanitas, et aegritudo 16.

6. Hic et nunc - Absolute 17.

7. Hypothetice - Absolute 18.

H

Effata.

1, Habitus est altera natura \ Idest *secundum similitudinem* et *analogiam.* Nam: 1° quemadmodum natura ad unum determinatur, ita potentia rationalis, quae ad lioc, vel illo modo operandum indifferens est, per habitum ad suos actus simili modo exerendos non quidem cogilur sed inclinat 2: 2U quia tam habitus, quam natura sunt internum operandi principium; eo tamen discrimine, ut natura sit internum operandi primum principium; habitus vero, cum praesumat naturam, qua non conspirante, evanesceret ct operari non posset, est operandi principium, quatenus reddit agens magis expeditum ad aliquos actus eliciendos. Advertendum insuper est dici etiam posse habitum primum operandi principium, quatenus opus est artificiosum, vel prudentia factum. Ita ars saltandi non est primum principium, per quod homo movetur; est tamen primum, per quod homo artificiose movetur.

16 Vid. *Privatio simplex - non simplex* (liti. *P:* dist. 62).
17 Vid. lilt. *A:* dist. 6.
16 Vid. *Necessitas hypothetica ▮ absoluta* (lilt. *A:* dist. 7).

1 « Exterorum quidam consuetudinem secundam naturam vocant »; s. Ioann. Chrysost., in *Ep. ad Cor.*. Hom. VII, n. 7.
« Dispositio et natura fiet, et continuata exercitatio »: Cient Alex., *Strom., lib.* IV, ɳ. 22.

2, Habitus et dispositio in eadem potentia habent FlEiu. Quod explicatur a s. Bonaventura hunc in modum; « Dicendum est, quod verum est de illa dispositione, quae est eiusdem naturae cum habitu, et de qua transit in habitum; sicut scientiae dispositio fit scientiae habitus: de illa autem dispositione, quae est alterius generis, et disponit solum per quamdam ordinationem, veritatem non habet: actus enim unius potentiae potest esse dispositio ad eliciendum actum alterius potentiae, sicut cognitio ad affectionem 3 ». Eanidem explicationem tradidit s. Thomas, ut ostenderet fidem non consistere in *affectiva,* etsi sit dispositio ad gloriam, quae est in *affectiva'.* « Dicendum, quod in eodem esse dispositionem ct habitum non est necessc, nisi quando dispositio fit habitus; sicut etiam patet in membris corporis, in quo ex dispositione unius membri relinquitur aliquis effectus in aliquo alio membro: et similiter in viribus animae, quia ex bona dispositione phantasiae sequitur perfectio cognitionis in intellectu 1 ».

3. Habitus generatur ex actibus. « Operando secundum virtutem, ad rem inquit s. Thomas, accipimus virtutes; sicut etiam contingit in artibus operatives, in quibus homines faciendo addiscunt ea, quae oportet facere, postquam didicerunt, sicut aedificando faciunt aedificatores, et citharizando citharistae; ct similiter operando insta, aut temperata, aut fortia, fiunt homines iusli, aut temperati, aut fortes 6 ». Quocirca manifestum est hic sermonem praecipue fieri de habitu, quem supra diximus *operativum,* atque prorsus de habitu *acquisito;* habitus enim infusi et naturales *sunt priores actibus* °. Ex actibus autem generatur habitus in agente, non prout est agens, siquidem agens, prout est agens, non potest in se, tamquam in subiecto, aliquam qualitatem recipere, sed prout ab alio movetur: quod enim ab alio movetur et patitur, per eius actum ad aliquid disponitur; c. g., « ex multiplicatis ac-

' *In lib. II Sent.,* Dist. XXIV. p. 2. a. III, q. 2 *ad arg.*
* *Qq. dispp., De Per.,* q. XIV, a. 4 ad 5.
s *hi lib. II Ethic.,* led. 1.
« *In lib. IP Sent.,* Dist. XXV, q. П, a. 1 *sol.* 2 c.

tibus generatur in potentia appetitive habitue virtutum moralium, quatenus illa a ratione movetur; ct habitus scientiarum generantur in intellectu, prout hic a primis propositionibus movetur 7 ». Quoniam vero non modo actiones habitum pariunt, sed ct ab ipso habitu profluunt, effatum istud intelligendum est de illis actionibus, quae habitum praecedunt: ita ex frequenti et assidua contemplatione, longaque rerum observatione acquiritur scientia: non vero de illis actionibus, quae habitum sequuntur; qui enim scientiam adeptus est, rebus contemplandis iam aptus est. Quare ex actibus habitus iam acquisiti *augetur* quidem habitus *praeexistens,* sed alius habitus non generatur, alio quin *multiplicarentur habitus in infinitum* 89

Ex his etiam illud intclligitur, habitum, ex cuius actibus adquisitus producitur, esse habitum naturalem. Hinc vides habitus adquisitos sine naturalibus explicari non posse, ac proinde abnorme esse sententiam, qua non pauci ex nuperis philosophis omnes habitus esse adquisitos contendunt.

4, Habitus generati signum est delectatio. « Philosophus in II *Ethic,* ponit signum habitus delectationem in opere existentem " ». Facilitas enim agendi, quae per habitum comparatur, actionem *quasi* connaturalem efficit 10; ac proinde *delectabilem ;* nam *convenientia est delectationis causa* 11 ; seu « delectatio ex convenientia causatur, sicut et in sensilibus palet, quod coniunctio convenientis facit delectationem 12 ». E contrario, ille qui, e, g.,

7 Vid. s. Thom., V 2ae, q. L1 u. 2 c.

8 *Qq. dispp., De Virtut.,* q. I, a. 10 ad 9. Ubi monet etiam dr actibus habitus *infusi* idem dicendum esse, nam, ut alibi ait, « acltis, qui procedunt ex habitu infuso, non causant aliquem habitum, sed confirmant habitum praeexistentem ; sicut medicinalia remedia adhibita homini sano per naturam non causant aliquam sanitatem, sed sanitatem prius habitam corroborant »; Ia 2"®, q. LI, n. 4 ad 3.

9 *Qq. dispp.. De Virtut.,* q. I, a. 1 c.

10 *Qq. dispp., De Ver.,* q. XX. a. 2 c.

11 *Qq. dispp.. De Virtut.,* loc. cit.

12 *In lib. II Sent.,* Dhl. XXVII, q. 1, a. 1 *sol.*

habitum temperantiae non habet, *non facit opus virtutis faciliter, et delectabiliter* 13.

5, Habitus idem non potest esse duarum potentiarum. « Unus habitus, inquit s. Thomas, non potest esse nisi unius potentiae, sicut una forma nisi unitus materiae, et unum accidens non est nisi unius subiecti 11 ». At vero, monente eodem sancto Doctore, *u* duarum potentiam non potest esse unus habitus ex aequo; sed potest esse unius secundum quod ordinem habet ad aliam 15 ». E. g., temperantiae habitus est in potentia superiori, quatenus *recte imperat, vel dirigit,* et etiam in appetitu concupiscibili. quatenus hic *per habitum perficitur, ut sine aliqua difficultate voluntati subdatur* 1G. Itaque « dicendum quod aliquid esse in duobus contingit dupliciter. Uno modo sic, quod ex aequo sit in utroque: cl sic impossibile est unam \irtutem esse in duabus potentiis; quia diversitas potentiarum attenditur secundum generales conditiones obiectonun; diversitas autem habituum secundum speciales; mide ubicumque est diversitas potentiarum, est diversitas habituum; sed non convertitur. Alio modo potest esse aliquid iu duobus, vel pluribus non ex aequo, sed in ordine quodam: et sic una virtus pertinere potest ad plures potentias, ita quod in una sit principaliter, et se extendat ad alias per modum diffusionis, vel per modum dispositionis, secundum quod una potentia movetur ab alia, et secundum quod una potentia accipit ab alia 17 ».

6. Habituum duorum potest esse unus actus. « Nihil prohibet, inquit s. Thomas, unum actum a diversis habilibus informari »; e. g., actus fidei informatus a charilate 18. Item: « Contingit unum actum duorum vitiorum esse, dum actus unius vitii ad finem alterius vitii ordinatur, ut cum quis furatur ut fornicetur, actus quidem se-

13 *Qq. dispp.. De Ver.,* q. XIV, a. 4 c.

14 *In lib. IV Sent.,* Dist. XIV. q. I. a. 3, *sol.* 1 c.

15 *Qq. dispp., De Ver.,* q. XIV, a. 4 ad 7.

10 Ibid. c.

Ia 2*®, q. LVI, a. 2 c.

18 Ie 2", <i. IV, a. 3 ad 1.

eundum speciem suam est avaritiae, secundum intentio* nem vero luxuriae. Eodem autem modo et in virtutibus contingit, quod actus unius virtutis ad aliam virtutem or· dinatur, sicut cum quis dat sua, ut cum altero amicitiam habeat charitatis, actus quidem ex sua specie est liberali- tatis, ex fine autem charitatis 10 ». Quoniam vero *in acti- bus voluntatis id, quod est ex parte finis, est formale* 20, et « species cuiuslibet rei praecipue attenditur secundum ra- tionem formalem eius, non autem secundum materiam, vel subiectum 21 »; fit inde, « ut actus unius virtutis, vel vitii ordinatus ad finem alterius assumat speciem cius, si- cut furtum, quod propter adulterium committitur, tran- sit in speciem adulterii 22 »; atque inde etiam fit, ut α idem specie actus, secundum quod ordinatur ad unum finem, cadat sub forma virtutis, et secundum quod ordinatur ad alium finem, cadat sub forma vitii, ut patet de eo, qui dat eleemosynam vel propter Deum, vel propter inanem glo- riam 23 »; ita ut actus *unus, non quidem unitate moris u, sed unitate naturae, possit esse bonus, et malus* 2S.

7. Habitus eiusdem possunt esse diversi actus. Sci- licet, dummodo sub eadem ratione formali contineantur; e. g., amor Dei, et odium peccati, quatenus opponitur bo- no Divino, specie distinguuntur, et tamen ab eodem ha- bitu caritatis eliciuntur; siquidem, cum illi actus sub ea- dem ratione *formali* Divinae Bonitatis contineantur, spe- cifica illorum distinctio relata ad habitum caritatis pror- sus *materialiter* se habet.

8. Habitu potior est actus. Istud effatum, ut perse patet, pertinet ad habitum *operativuni*: ciusque sensus est, actum *simpliciter* meliorem esse suo habitu: quod enim ordinatur in aliud velut in finem, est imperfectius eo ad

19 *Contr. Gent.,* lib. Ill, c. 138.
20 *Qq. dispp.*. Dp *Virtut.,* q. X, a. 3 «·.
21 2Λ 2'°, q. XCIX, a. 2 c.
22 *Ibid.;* q. CLtV. a. 1Ø ℄.
23 *Qq. dispp., De Virtut.,* loc. cil.
21 Cf. litt. *B:* cff. 8.
23 1» 2M, q. XX, a. 6 c.

quod ordinatur; habitue autem ordinatur in actum. Hanc rationem assignat s. Thomas, ubi ostendit actum bonum vel malum *praeeminere* habitui bono vel malo: « Habitus non dicitur bonus, vel malus, nisi ex hoc, quod inclinat ad bonum, vel malum; unde propter bonitatem vel malitiam actus dicitur actus bonus, vel malus; et sic potior est actus in bonitate vel malitia, quam habitus, quia propter quod unumquodque tale, et illud magis 26 ». Attamen *secundum quid* habitus potior est actu, quatenus ille est isto diuturnior; siquidem « quod habitus sit diuturnior, quam actus, accidit ex eo, quod utrumque invenitur in tali natura, quae non potest semper agere, et cuius actio est in motu transeunte. Unde simpliciter actus est potior tam in bonitate, quam in malitia, sed habitus est potior secundum quid 27 ».

9, Habitu utimur cum volumus 2S. Equidem habitus, secus ac forma in re naturali, non producit ex necessitate operationem sibi convenientem 29. Hinc potest unusquisque eligere, vel non illud, ad quod propendit per habitum, vel agere actum contrarium, vel actum non respondentem intensioni habitus 30. Hinc habens habitu virtutis potest peccare; nam « natura potentiae per habitum non tollitur: potentiae autem rationalis natura est, ut ad unum cogi non possit; unde etiamsi virtute perficiatur, in ipsa erit agere, vel non agere, vel hoc. aut contrarium agere; et non oportet quod continue sequatur inclinationem virtutis; habet enim actus virtutis aliquid a potentia, ut scilicet ex necessitate non sit, et aliquid ab habitu, ut scilicet faciliter fiat 31 ». Evidens est sermone hic fieri de habitibus, qui imperio voluntatis subiacent.

2d]a 2“°, q. LXXI, a. 8 c. De hoc effato vid. litt. P: eff. 37.

27 Ibid, ad 1.

28 « Ipse est habitus, quo aliquid agitur, cum opus est. cum autem non agitur, potest agi, sed non opus est... Nec quisquam eis bene utitur, nisi qui et non uti potest »: s. Aug., *De bono coniugali,* c. 21, n. 25.

29 Cf litt. *H:* eff. 1.

30 Vid. s. Tbom., P 2··, q. L1I, a. 3 c., et q. LXXI, a. 4 c.

31 In lib. II Sent., Dist. XXVII, q. I, a. 1 ad 3.

Admonere autem par esi, habitu supernatural! nos uti non posse, nisi gratia actuali excitemur, sine qua nullum actum supernaturalem exercere valemus.

10. Ad habitum a privatione non datur regressus. Cum hoc pronuntiatur effatum, *habitus* significat *formam* vel perfectionem, cui, uti diximus 32,33privatio aliqua opponitur; ideoque illius sensus est: Forma iam habita, ct per privationem amissa recuperari non potest. Quod ut recte inlelligatur, haec adnotanda sunt: 1° A privatione *totali* non datur *naturaliter* regressus ad eumdem *numero,* vel *specie* habitum. Hinc a morte ad vitam, a surditate ad auditum, a caecitate ad visum nulla *naturaliter est* conversio. *Naturaliter* inquimus, nam secus a privatione totali ad eumdem habitum regressus fieri potest. Ita Christus eumdem, *specie* saltem, visum caecis restituit; ct eamdem *numero* animam in Lazari corpus redire iussit. 2° Si privatio sit *partialis, imperfecta* et *impropria,* ab ea ad eumdem *numero* habitum non reditur, sed ad eumdem *specie* potest *naturaliter* dare regressus. *Huiusmodi* enim privatio tantum actum impedit, aut ad tempus aufert; ideoque in subiccto relinquit habilitatem recuperandi habitum. Ita lippus curari potest, ut videat; surdaster, ut audiat, etc. 3° Denique, afferri non potest illud effatum contra illam, quam Theologi docent, operum *mortificationem* et *vivificationem,* nempe, « quae prius fuerant viva, quia ex charitate farta, ct digna vita aeterna; postea, adveniente culpa, mortificantur »; siquidem haec opera *mortificato* possunt iterum per gratiam *vivificari.* Etenim, « aliud est vivificari, aliud recuperari. Recuperatio enim respicit esse; sed vivificari respicit ordinatum esse, sive ordinem, vel tale esse. El quoniam, quod desinit esse, si iterum incipiat esse, non est idem numero, sed aliud, ideo habitus, si corrumpatur et amittatur, idem non recuperatur. Sed quia possibile est, quod idem manens idem habeat alium et alium ordinem, secundum hoc attenditur vivificatio et mortificatio in operibus 13 ».

32 Vid. lin. *II:* dist. 5.
33 S. Bonav., *In lib. 11' Sent.,* Dist. XIV, p. 2, a. II, q. 3 *ad arg.*

Distinctiones.

1, Ignorantia - Nescientia - Error. *Ignorantia* ex hoc distinguitur a *nescientia,* quod haec tantum scientiae negationem significat; illa vero scientiae privationem, quatenus alicui dccst scientia eorum, ad quae scienda naturaliter aptus est Hinc in Angelis *nescientia* quidem aliquorum, non autem *ignorantia* admitti potest 2. Rursus *ignorantia* differt ab *errore.* « quia ignorantia de sui ratione non importat aliquem cognitionis actum; sed error ponit indicium rationis perversum de aliquo 3 ».

2, Ignorantia: antecedens - concomitans - consequens. *Ignorantia* prout est privatio cognitionis, quae expostulatur, ut actus sit voluntarius, distinguitur in *concomitantem, consequentem* et *antecedentem. Ignorantia concomitante* dicitur quis aliquid agere, cum « scientia, quae per ignorantiam privatur, non prohiberet actum propter inclinationem voluntatis in ipsum »; nempe, cum quis ignorans quidem aliquid facit, idem tamen facturus, etiam-
l si nulla intercederet ignorantia, uti si quis vehementer cupiens inimicum de medio tollere, ipsum insperato occideret, putans se occidere *feram.* Haec ignorantia, inquit 8. Thomas, « non facit involuntarium, ut Philosophus dicit, quia non causal aliquid, quod sit repugnans voluntati;

1 2a 2ae, q. LXXVI, a. 2 c.
2 *In lib. IV Sent.* Dist. XL1X, ‹l- II» a. 5 ad 8.
3 *Ibid.,* Dist. XXX, q. 1, a. 1 ad 1.

sed facit non voluntarium, quia non potest esse actu velitum quod ignoratum est ». Porro concomitans dicitur, quia « non inducit ad volendum ut hoc fiat, sed accidit simul esse aliquid factum, et ignoratum ». *Ignorantia antecedente* aliquid agitur, cum ratione ipsius ignorantiae agitur, quatenus haec ignorantia « causât actum, quem scientia opposita prohibebat: ct ita talis actus, si scientia adesset, esset contrarius voluntati », nempe involuntarius; « sicut cum aliquis homo ignorat aliquam circumstantiam actus quam non tenebatur scire, et ex hoc aliquid agit, quod non faceret, si sciret, puta, cum aliquis, diligentia adhibita, nesciens aliquem transire per viam, proiicit sagittam, qua interficit transeuntem ». Dicitur *antecedens,* « quia antecedenter se habet ad actum voluntatis ». Denique ignorantia *consequente* aliquid agitur, quatenus ipsa ignorantia est voluntaria, vel « directe et per se, sicut cum aliquis sua sponte nescit, ut liberius peccet, et talis ignorantia videtur augere voluntarium, vel indirecte, seu per accidens, puta, cum aliquis non vult laborare in studio, ex quo sequitur eum esse ignorantem, vel cum quis vidt bibere vinum immoderate, ex quo sequitur eum inebriari, et discretione carere, et talis ignorantia diminuit voluntarium 4 ».

3, Immediate): suppositi - virtutis. *Immediatione virtutis* illud agere dicitur, cuius virtus iungitur effectui, quin talem coniunetioncm ab aliqua alia virtute accipiat. Hinc agens quo superius est, eo *immediatius* agit *immediatiom virtutis,* ac proinde Deus, *cum sit prima causa omnium, sua virtus est immediatissima omnibus* Agere vero *immediatione suppositi* est, cum inter suppositum agens et effectum non intercedit aliud suppositum, seu, est operari per virtutem existcnlcm in ipso agente non receptam in alio supposito, quod sit tamquam medium quo agat; ut cum ignis calafacit ex se solo aerem sibi contiguum. Quocirca agit solum *immediatione virtutis,* et non *immediatio-*

‘ 2JT’ ‘I’ VI’ °- 8 c” el ‹l- LXXVII, a. 3 et 4 c. Vid. s. Daniaec., *De Fide orthod* hb- II, c. 24.

5 *In lib. I Sent.,* Dist. XXXVII. q I. a. 1 ad 4. Vid. lilt. C: HT. 8.

nr *suppositi* illud, quod agit per virtutem suam receptam in alio supposito, quod sit tamquam medium talis actionis: puta cum ignis calefacit aërem remotum per calorem exietentem, et receptum in aere proximo. Hinc quo agens est prius, co minus *immediatione suppositi* agit, puta Rex, qui per imperium suum multa efficit: « Tanto maior ostenditur agentis virtus, quanto in ca, quae sunt magis distantia. potest suam operationem extendere 6 ». E. g., « ignis, si sit debilis, solum propinqua calefacit; si autem sit fortis, etiam remota 7 ». Quod tamen de Deo dici nequit; ut enim docet s. Thomas, « illud, quod agit per suam absentiam, non est causa proxima eius quod fit, sed remota. Deus autem immediate in omnibus operatur 8 ». Quocirca Deus etiam *immedialione suppositi* agit, siquidem Deus est suamet virtus. Quod verum est, etiamsi Deus mediis causis secundis agat, nam hoc intelligendum est, quatenus causae secundae simul agunt cum Deo, et in operando ab ipsius Dei concursu dependent; non vero quatenus sint aliquid medium inter Deum, et effectum, quasi Deus per aliquam formam in cis receptam agat.

i

4. Inceptio, et Desitio per primum esse rei - per ultimum esse rei. Terminus tum *inceptionis,* tum *desitionis* potest esse *intrinsecus,* vel *extrinsecus.* Terminus *intrinsecus inceptionis* est illud instans, in quo habetur de re aliqua, quod nunc est, ct immediate ante non erat: « Incipere importat nunc esse, et non prius 9 »; *extrinsecus,* in quo habetur quod nunc non est, et immediate post erit. Primus vocatur *inceptio per primum esse rei,* secundus, *per ultimum non esse. Intrinsecus* terminus, *desinendi* est illud instans, in quo habetur de re aliqua quod nunc est, immediate post non erit, ct vocatur *desitio per ultimum esse. Extrinsecus* terminus est, in quo habetur quod nunc non est, et immediate antea erat; et vocatur *desitio per primum non esse rei.* Iam res instantaneae, quae incipiunt in instanti, et non per motum, incipiunt *per*

»

G 2Λ 2ao, q. CLXI, a. 7 ad 1.
Contr. Gent., lib. II, c. 6.
8 *In lib. I Sent..* loc. cit. ad. 2. Vid. I. q. VIII a. 1 ad 3.
0 3, q. XVI, a. 9 ad 2.

primum esse: res autem successivae, per motum incipiente», *per ultimum non esse* incipiunt, siquidem de motu dici potest, *nunc non est et immediate post erit;* non autem, *nunc primo est motus, et ante non erat,* nam in istanti non est *motus,* quippe qui divisibilis est et successivus, sed *mutalum esse.* Eodem modo in *desitione,* ea quae desinunt per motum, desinunt *per primum non esse,* non vero *per ultimum esse,* dici enim potest, *nunc non est motus, immediate ante erat;* non item: *nunc est, immediate post non erit;* in nullo enim instanti potest haberi quod sit motus. Quae vero desinunt corruptione instantanea, eum desinant ex generatione alterius, quod instantaneum est, desinunt per *primum non esse,* prout dicitur, *nunc non est, et immediate ante erat.* Etenim huiusmodi res non desinunt, nisi in instanti, quo altera generatur, et non ante; siquidem si ante huius generationem desinerent, materia sine forma existeret. lam, si res in instanti generationis alterius primo desinit, sequitur, ut in illo instanti non sit, atque ideo illud instans non sit *intrinsecum* desitioni, sed *extrinsccum,* quia tunc primo non est, non vero tunc adhuc est, et immediate post non erit; sic enim simul essent duae formae substantiales, scilicet quae tunc generatur, et «piae immediate post corrumpetur. Quare solum instans, et ea, quae desinunt per modum instantis, ut operationes Angelorum, desinunt per *ultimum sui esse.*

5, Indifferentia: activa - passiva. *Indifferentia activa* est capacitas plura agendi. *Passiva* est capacitas plura recipiendi. Sic cera dicitur *passive indifferens* ad figuras omnes; quia eas indiscriminatim recipere potest. Homo est *active indifferens* ad aliquod bonum particulare amplectendum, vel fugiendum, quia utrumque praestare potest. Exinde patet *indifferentiam activam* libertatem constituere, (pia ita unus artus eligitur, ut possit etiam absolute omitti: non vero *indifferentiam passivam* qua voluntas hac illae sine electione et dominio a praevalida delectatione trahi sumitur 10.

10 Sententiam, quae indifferentiam mere passivam ad libertatis essentiam satis esse sumit, nonnisi verbis ab ea differt, quae li-

β Indifferentia: activa - suspensiva. *Indifferentia suspensiva* est, qua voluntas ante electionem ab actu ec sustinet, ut rationes eligendi inquirantur. *Indifferentia activa* est. qua voluntas ita elicit actum, ut eius oppositum elicere possit. Jam *Indifferentia suspensiva* non est perfectio, sed potius defectus libertatis; siquidem innuit rationes omnes, quibus aliquid aut eligi, aut reiici mereatur, menti humanae immediate non innotescere.

7. Indifferentia: obiectiva - sueiectiva. *Indifferentia obiectiva* oritur ex ipsa re, quae, cum non gaudeat omnimoda bonitate, potest eligi, aut reiici. *Indifferentia subiectiva* seu *formalis* afficit ipsam voluntatem, quatenus haec potest elicere actus oppositos.

8. Indifferentia: physica - moralis. *Indifferentia physica* est capacitas agendi, vel non agendi: *Indifferentia moralis* est capacitas bene, vel male agendi, ita ut voluntas indeterminate se habeat ad bonum, vel ad malum. Hanc non perlinere ad rationem liberi arbitrii s. Thomas passim demonstrat.

9. Indifferentia: quoad specificationem - quoad exercitium. *Indifferentia quoad specificationem* est capacitas eliciendi diversos actus, et quoties hi sint invicem oppositi, puta odium, ct amor, proprie dicitur *indifferentia contrarictatis. Indifferentia quoad exercitium,* seu *contradictionis* est facultas ponendi, vel non ponendi eumdem actum. Hanc solam sufficere ad libertatem arbitrii ab eodem sancto Doctore saepe fuit adnotatum :1.

10. Individuum - Singulare. Tum *individuum,* tum *singulare* dicitur ens ita determinatum ac restrictum, ut per differentias amplius dividi non queat in plura talia, quale ipsum est, ac proinde indivisum in se cxistit, ct ab aliis, quae sunt, vel possunt esse in eadem specie, divisum. Ita Socrates est hic et non alius homo, ac proinde est

bcruni arbitrium peccato primi parentis extinctum esse statuit, λ id. Estius, *In lib. II Sent.,* Dist. XXIV, § 12.

11 Vid. *Contr. Gent.,* lib. II. c. 47, ct *In lib. II Sent.,* Dist. XXIII, q. 1, a. 1.

in se indivisus, seu indistinctus, ct ab aliis divisus, seu in plures Socrates dividi non potest. Hinc *individuum,* sive *singulare* definitur: *Id quod est in se indivisum, et ab aliis divisum ultima divisione.* Exinde patet, individuum, cnm in plura, quale ipsum est. dividi nequeat, tamquam aliquid pluribus commune intcHigi non posse; quapropter ab Aristotele definitur: *Id quod non est praedicabile de multis* '2. Et sane in individuo talis proprietatum congeries existit, ut haec omnino eadem in duobus reperiri minime possit. Id, per quod ens *individuum,* seu *singulare* constituitur, *principium individualionis* appellari solet 13*

Adest tamen discrimen aliquod in *singulare,* et *individuum.* Dicitur enim aliquid *singulare* quatenus subiicitur universali, et quatenus est ab aliis diversum. Dicitur autem *individuum,* quatenus in se est *indivisum,* nec porro in alia individua est divisibile. E. g., Petrus, quatenus *homini* subiicitur, *singulare;* quatenus ipse indivisibilis est, *individuum* appellatur.

11, Individuum: signatum - vagum. *Individuum signatum* aliquod determinatum individuum significat, vel ex propria appellatione, ut Cato, Cicero, vel ex aliqua indicatione, ut hic homo. *Individuum vagum,* puta aliquis homo, nullum certum individuum exhibet, sed dumtaxat determinatum modum, quo individua existant, ita nempe, ut existent per se et ab aliis distinguantur 11: « Vagum individuum non dicitur vagum, quia in natura non sit determinatum, quia natura determinatur, quando dicitur aliquis homo, et aliquis bos; sed dicitur vagum, eo quod ipsum per accidentia sensibilia non est demonstratum, sicut hic homo, et hic bos. Dicamus ergo quod individuum vagum est cuius natura contracta ct particulata certifiée* lur per suppositum indeterminatum. Signatum autem est, cuius contrahitur natura ct particulariter certificatin' in supposito determinato demonstrabili, ut hic homo, demonstrato Socrate 15 ».

12 *De Interpr.,* c. V.
13 Vid. *Unitas numerica* (litt. [/: dist. 6)
11 I, q. XXX, a. 1 c.
15 B. Alb. M., *Phys.,* lib. I, tract. I, c. 6.

12. Indivisibile: negative - privative. *Indivisibile negative* dicitur, quod nec habet partes, nec habere potest. E. g., Angelus est indivisibilis *negative,* quia nec extenditur, nec extendi potest in partes. *Indivisibile privative* est quod quidem non habet partes, potest tamen, immo exigit eas habere. Hoc altero modo substantia materialis, si consideretur abstracta a quantitate, aut si divinitus quantitate spolietur, est indivisibilis; siquidem actu non habet partes, potest tamen, immo naturaliter expostulat, eas habere per adventum quantitatis.

13. Indivisibile: simplex - materiale. *Indivisibile simplex* dicitur unum, quod est principium quantitatis discretae; *Indivisibile materiale* vocatur punctum, quod est principium quantitatis continuae 16. Et sane, punctum est *indivisibile,* quia partes quantitatis continuae connectit et terminat; si enim illud, quod partes unit, aliis partibus constaret, ipsum potius indigeret vinculo, quo partes unirentur, quam ipsas terminare ct connectcrc posset. Est autem *materiale,* quia habet positionem, sive situm: « Quod dani *(indivisibile)* habet in sui ratione aliquid praeter rationem indivisibilitalis, ut punctum, quod praeter indivisionem habet silum. Aliquid vero est, quod nihil aliud importat, sed est ipsa sua indivisibilitas, ut unitas, quae c§t principium numeri; et tamen inhaeret alicui, quod non est sua unitas, scilicet subiectum 17 ».

lainvero, punctum habere *positionem* dicitur, non quasi ex partibus, quae positionem inter se habent, constet; nam, cum ipsum non sit species quantitatis, sed principium quantitatis, partes non habet. Ast, quoniam est principium lineae, quemdam ordinem ad partes eius, quae positionem inter se habent, teneat necesse est.

Monendum etiam hic est, etsi punctum, quod est principium continui, sit quodammodo indivisibile, tamen continuum ex solis indivisibilibus non constare, quemadmodum ex eis constat numerus ie. Etenim, ut scite loamies

10 Vid. Alb. M., *Phys.,* liL>. V. tract. II. c. 1.
>' S. Thom., *In lib. I Sent.,* Dist. XXIV, q. I. a. 1. *sol.*
16 Vid. litt. *E:* eff. 18.

a s. Thoma inquit, « indivisibile pertinet ad continuum terminando et continuando, non autem paries divisibiles praebendo; unde non potest continuum, quod habet partes, solis indivisibilibus constare, sicut numerus solis unitatibus, quia separatione et divisione, non compositione constituitur numerus 19 ».

14» In fieri - In facto esse. *In facto esse* aliquid exisiere dicitur, cum iam *esse* accepit, et ideo extra causam existit: *In fieri,* cum in accipiendo esse incipit fieri, ita ut nondum, prout tale ens est, existât. E. g., statua est *in fieri,* dum artifex lignum elaborat: *in facto esse,* cum iam statuae formam accepit. Haec autem inlelligenda sunt de iis, quae fiunt cum motu; siquidem in ipsis, « quod fit, non est, quia, quamdiu durat motus, fit, et non est; iu ipso autem termino motus, in quo incipit quies, iam non fit aliquid, sed factum 20 ». E contrario, « in his, quae fiunt sine motu, similiter est fieri, el factum esse. Et in his, quod fit, est, cum dicitur fieri 21 »; sicut « simul est illuminari, et illuminatum esse ». Quocirca « dicitur in talibus factum esse, secundum quod iam est; fieri autem, secundum quod ante non fuit 22 ».

15, Infinitum: categorematicum - syncategorematicum 23.

16. Infinitum: privativum - negativum. *Infinitum privativum* est quod *natum est habere finem, et non habet.* TIoc modo ratio *infiniti* congruit quantitati; haec enim, prout in rerum natura existit, est quidem determinata: ast

19 *Cursus phil.,* p. II, q. XX, a. 3.
20 *Contr. Gent.,* lib. II, c. 17, n. 4.
21 I, q. XLV, a. 2 jd 3. « In mutatione subita, ait etiam s. Bonavenlura, eet simul fieri et factum esse »; *In lib. IV Sent.,* Dist. XI, p. 1, a. I, q. 3 *ad arg.*
22 3, q. LXXV, a. 7 ad 2.
23 Vid. litt. *C:* dist. 1, ubi diximus infinitum *categoreniaticum* idem esse ac infinitum *netu; syncategorematicum* infinitum in *potentia.* Quare s. Bonaventure inquit: « Etsi in rebus creatis non contingat invenire actum infinitum: contingit tamen reperire infinitum in potentia, sicut patet in numero per appositionem, et in continuo per divisionem »: *In lib. II Sent.,* Dist. XXXIV. a. II, q. 1 *ad arg.*

ei, prout quantitas est, tantum spectetur, nullum habet terminum. *Infinitum negativum* est illud, a quo quilibet limes amovendus est. Unde illud dicitur infinitum esse *per privationem completionis,* sive *completi esse;* istud *per privationem limitationis* 2

Iam infinitum primo modo acceptum Deo convenire non potest, tum quia Deus est absque quantitate, tum quia omnis privatio imperfectionem designat, quae longe a Deo eet. Infinitum autem dictum *negative* convenit Deo α in quantum ad omnia, quae in Ipso sunt; quia nec Ipse aliquo finitur, nec Eius essentia, nec sapientia, nec bonitas, unde omnia in Ipso sunt infinita 25*». Breviter hanc rem explicat Seraphycus Doctor. « Infinitum, ait, potest intelligi privative, et negative: privative, quia non habet lerminum, sed natum est habere propter hoc, quod habet esse limitatum; et hoc modo dicit incompletionem, et non est in Deo. Alio modo negative, quod non habet terminum, nec etiam natum est habere; et hoc modo ponitur in Deo propter summam simplicitatem 2G ».

Eodem fere modo intelligenda est distinctio inter *indeterminatum privativum,* ct *negativum.* Indeterminatum *privativum* est ens maxime abstractum, seu ideale, quod, cum non sit actu ens particulare, ita comparatum est. ut hoc et illud ens particulare esse possit, quia ipsum in singulis naturis rerum diversis modis determinari intelligiinus. E contrario, indeterminatum *negativum* est ens maxime concretum, seu rcalissimum, quod, cum sit ipsum *esse* subsistens, *in se includit omnem modum perfectionis 27;* proindeque nihil ipsi addi potest, per quod ad aliquem modum entis determinetur. Ex quo patet Deum non *privative,* sed *negative* indeterminatum dici posse.

Haec adnolanda sunt contra recenliorcs illos philosophos, qui infinitatem Dei ita explicant, ut inde Illum aliquid esse rcale, seu, ut aiunt, *personale* inficientur.

21 Vid. b. Bonav., *in lib. I Sent.,* Dist. XL111, a. I, q. 1 *ad arg.*
23 Vid. S. Tliom., *Qq. dispp. De Ver.,* q. II. a. 2 ad 5; *ibid.,* De *Pût.,* q. I, a. 2 c.
26 *hic. cit..* q. 2 *ad arg.*
27 *De Ver.,* q. XXIX, a. 3 c.

17, In quale - In quid - In quale quid. Illud, quod essentiam subiecti constituit, atque de eo praedicatur, ad modum substantivi, *in quid* praedicari dicitur; et quidem *in quid complete,* si totam rei essentiam, et *in quid incomplete,* si huius partem tantum innuat. Ex. gr., homo *in quid complete* praedicatur de Petro, atque generalim sic praedicantur omnes species de inferioribus sibi subiectis; animal vero *in quid incomplete* praedicatur de homine; atque generatini sic praedicantur omnia genera de suis speciebus. - *In quale* praedicari dicitur id, quod praedicatur ad modum, adiectivi; hoc est ad modum qualitatis quasi adiacentis, et non per se stantis. E. g., in hisce enunciationibus: Homo est liber, Petrus est doctus, praedicatio est *in quale necessario,* istud *in quale contingenter* 28. Quod si vox adiectiva proprietatem exprimit ad rei essentiam pertinentem, tunc praedicatio dicitur *in quale quid.* E. g., *rationale* praedicatur de homine *in quale quid,* atque generatim sic quaecumque differentia praedicatur de specie, quam constituit.

18. In recto - In obliquo. Γ: Terminus adhibetur *in recto,* si accipitur *ut quod; in obliquo,* si accipitur *nt quo* 29. 2°: *In recto importari* illud dicitur, quod in definitione rei ponitur, ut *essentiale constitutivum: in obliquo,* illud, quod in definitione locum non habet, sed tamen cum uno ex *constitutivis* connectitur. Hoc sensu hae voces respondent illis: *Formaliter - Consecutive,* quas alibi explicavimus 30. Vel *in recto* aliquid definitur « per differentiam dicentem positionem; ut cum dicitur, Homo est animal rationale, mortale.... *In obliquo,* per differentiam dicentem privationem, ut cum dicitur, Simitas est curvitas nasi 31 ».

19. Intellectus: agens - patiens. Quoniam essentiae rerum materialium, quae sunt obicctum proportionetum intellectui humano, prout sunt extra animam, et a

[2R] Vid. litt. *A:* diei. 13.
Vid. litt. *Q:* dist. 10.
[30] lilt. *F:* diei. 18.
[31] S. Bonav., *In lib. I Sent.,* Dist. XXV, a. I, q. 2 *ad arg.*

phantasmatibus rcpraesentantur, non sunt intelligibiiefi actu, duplex intellectus ad explicandum actu intellectionia est distinguendus: *agens* et *patiens.* Intellectus *agens* est ea virtus animae, quae, ex phantasmatibus species inlelligibiles, rei essentiam repraesentantes, efficit, quatenus phantasmata illustrat, atque ex eis conditiones materiales abstrahit; eodem fere modo, quo fulgor erumpens ex oculis felis obiecla illustrat, eaque visibilia reddit. *Intellectus patiens* est ea virtus animae, quae species intelligibiles, ab intellectu agente elaboratas, in se, tamquam in quoddam speculum, excipit, et per eas obiectiun ab eisdem repraesentatum apprehendit. Dicitur etiam *possibilis,* non quidem quia non sit aliquid realc, sed quia est in potentia ad species rerum recipiendas, et ideo a potentia ad actum intelligendi progreditur 32.

Hac in re illud adnotandum est, quod cum Aristoteles intellectum agentem *habitum,* aut *artem* nominat 33, ad modum comparationis loquitur. Nam, sicut ars formam artificiosam inducit in materiam rudem, quae in potentia ad illam est, ita intellectus agens per species impressas tamquam per formas perficit, et ad actum reducit intellectum possibilem. Rursus, intellectus agens dicitur *habitus* ad significandum ipsum non esse *privationem,* per quam res est in potentia ad aliquid recipiendum; siquidem intellectus agens non est in potentia ad recipiendum, sed in actu ad agendum s4.

20. Intellectus: speculativus - practicus. *Intellectus speculativus,* sive *theoreticus* est qui conquiescit in obiecti sui contemplatione. *Practicus,* qui cognitionem ad opus *extendit,* sive applicat. Quare finis *intellectus speculativi* unicus est, nempe veritatis contemplatio: finis autem *intellectus praetici* proximus est operis cognitio, remotus est huius productio. Tum vero intellectum *speculativum.*

32 Vid. *Species impressa · expressa,* litt. S. - Quae ad duplicem hanc intelligendi virtutem spectant, fuse explicata invenies apud Sanscvcrino, *Phil. Christ., Dynam.,* vol. II, c. VII, axi. 6 sqq.» p. 51 ‘qq., Neapoli 1878.
33 De An., lib. III
34 Vid. s. Thom., *In lib. III De An*

tum *practicum* non esse nisi unam eamdemque intelligcndi facultatem sub diverso respectu consideratam ostendit s. Thomas 35*

Ex hac distinctione intelligitur quodnam sit in *operabilibus* indicium *speculativum* et *practicum.* Indicium nempe *speculativum,* cum de operationibus agitur, est illud, quo intellectus rem quampiam sibi obicctam bonam, aut malam esse cognoscit: *practicum* vero est quo intellectus eamdem rem in his adiunctis praesentibus reapse eligendam, aut reiiciendam esse, vel aliquid recte, vel secus, actum esse decernit.

21. Intelligere - Ratiocinari. *Intelligere* est veritatem inlelligibilem *immediate* apprehendere. *Ratiocinari* est eam *mediate cognoscere,* seu procedere de uno intellecto ad aliud, ad veritatem intelligibilem cognoscendam 3r': «Ratiocinatio est decursus principiorum ad conclusiones 3739. Quocirca inter hos duos actus rationis humanae differentia intercedit, quae inter quietem, et motum existit: siquidem intelligere *immediate* est quaedam quies rationis humanae, intelligere autem *mediate* est quidam motus eius. Hinc etiam existit distinctio inter *intelligere* et .scire: « Ipsa cognitio, ait s. Thomas, secundum quod stat in principiis, accipit nomen intellectus: secundum autem quod derivatur ad conclusiones, quae cx principiis cognoscuntur, accipit nomen scientiae 3b ». Quocirca « habitus principiorum dicitur intellectus, et habitus conclusionis scientia. Quoniam plurimum intellectus lucis ct formae habent principia. propter quod a forma intellectus nominantur. Sed minimum et quasi per aliud medium de lumine intellectus habet scientia; propter quod aliud sortitur vocabulum 30 ».

35 I, q. LXX1X, a. 11 c.

'lb Vid. s. 'Iнoιη., I, q. LXXIX, a. 8 c. « Dixerimus autem eam esse rationem, quae iit», de quibus dubitatur, cx iis, quae sunt certa, et extra controversiam, fidem facit »: Clcm. Alex *Strom.,* lib. II, n. 11.

37 B. Alb. M , *De Intellectu ei Intelligibili,* lib. 1. tract. Ill, c. 2.

3« *Ü % OSn*, '¸Di^· XXVIH' ‹|· I- a- 6 *sol.*

39 B. Alb. M. *De Intellectu et Intelligibili,* loc. cit.

22, Intentio: intellectus - voluntatis. *Intentio intellectus* nihil aliud est, quam conceptus, quo intellectus rem aliquam cognoscit; nam intellectus, rem apprehendens, in ipsam tendit. *Intentio* autem *voluntatis* lato et proprio sensu accipi potest. Si primo sensu sumatur, est actus voluntatis liberae, quo in aliquid, uti obiectum, vel finem fertur. Sin altero, est actus voluntatis tendentis in aliquid per aliqua ad ipsum finem ordinata: nempe implicat ordinem ad finem assequendum per media: *a* Intentio, ait s. Bonaventura, idem est, quod voluntas ratiocinata, prout dirigitur in finem 40 ». Quocirca *intentio* proprie accepta non est actus, quo voluntas simpliciter fertur in aliquem finem, sed est actus, quo voluntas per unum, quod vult, in aliud pervenire nititur. Nam « per hoc, quod dicitur in aliquid tendere, quaedam distantia illius, in quod tendit, significatur; et ideo quando appetitus fertur in aliquod immediate, non dicitur proprie esse intentio illius, sed quando per unum, epiod vult, in aliud pervenire nititur, illius, ad quod pervenire nititur, dicitur esse intentio »; e. g., « non solum ex hoc dicimur intendere sanitatem, quia volumus earn, sed quia volumus ad eam per aliquid aliud pervenire ». Quare « intentio in ratione sua ordinem quemdam unius ad alterum importat: ordo autem unius ad alterum non est, nisi per intellectum, cuius est ordinare »; ergo « intentio nominat actum voluntatis, praeeupposita ordinatione rationis ordinantis aliquid in finem » 41.

23. Intentio: actualis - virtualis - habitualis - interpretativa. Haec distinctio ad *intentionem* voluntatis spectat. Porro, *intentionem actualem* ille habet, in quo est

10 In lib. IV Sent., Dist. VI, p. 2, a. II, q. 2 *resol.*

41 Cf. P 2«, q. XII, a. 1 ad 3, et *In lib. 11 Sent..* Dist. XVIII. q. I, a. 3 *sol.* Intentio, monente eodem sancto Doctore *(ibid.,* Dist. XXXVIII, q. 1, a. 3 ad 2), etiam rebus naturalibus aliqua ratione convenire potest. Nam « naturalia, quamvis non habeant voluntatem, tainen intendunt aliquid per appetitum naturalem, secundum quod diriguntur in finem suum ab Intellectu Divino, naturae attribuente inclinationem in finem, quae inclinatio *apoetilus naturalis* dicitur»; Cf. lilt. *A:* dist. 35.

praesens determinatio voluntatis coniuncta cum attentione vel ad rem, quam agit, et dicitur *directa,* vel ad ipsum actum voluntatis, et dicitur *reflexa.* - *Virtualis* dicitur, quae actu quidem non est, sed Huit ab actuali, quae paulo ante praecessit, atque adhuc in effectibus suis perseverat. Talis intentio est in eo, qui licet deliberata voluntate ambulare coeperit, ut ad aliquem locum perveniat, tamen inter ambulandum mente evagatur. - *Habitualis* est intentio mere praeterita, non revocata, quae iam neque in se, neque in sua virtute, vel aliquo effectu a se relicto existit; vel, seeundum alios, intentione *habituali* fit actio, quae exurgit tantum ex facilitate, sive propensione voluntatis ad illam eliciendam repetitis actibus comparata. Huiusmodi intentio in dormientibus, vel in ebriis, vel in furiosis adesse potest 42. - *Interpretative* denique dicitur illa, quae neque actu est, neque antea luit, sed censetur adesse, si eius obiectum voluntati proponeretur. Unde est tantum dispositio voluntatis ad intentionem eliciendam, si obiectum ei proponeretur. E. g., vir etiam ditissimus *interpretative* vult sibi stipem erogari, si facultatibus laberetur, licet id nunquam coaitaverit.

24. Intentio: formalis - obiectiva. *Intentio,* prout ad intellectum spectat, sumitur vel pro ipso actu intellectionis, et dicitur *intentio,* seu *conceptus formalis,* quia intellectui veluti forma inhaeret, vel pro re ipsa, quae per cognitionem percipitur, et dicitur *intentio,* seu *conceptus obiectivus,* quia est id quod obiicitur menti cognoscendum. « Intentio, inquit s. Bonaventura, aliquando dicit actum intendendi; aliquando ipsum intentum: principalius tamen nomen intentionis impositum est ipsi actui 43 ». Hinc *esse intentionale* dicitur illud *esse,* quod res *habet* in intellectu cognoscente, vel prout est in ipso intellectu, vel prout obiective repraesentat rem intellectam; siquidem « intentiones ipsae, quemadmodum ait s. Thomas, non sunt in rebus, sed in anima tantum; sed habent aliquid in re respondens;

Nonnulli pro *intentione habituali virtualem* intelligunt. *In lib. Il Sent.,* Dist. XXXVIII, a. II, q. 2 *ad arg.*

scilicet naturam, cui intellectus huiusmodi intentiones al tribuit » 4‘.

25, Intentio: prima - secunda. *Intentio* tum *obiecti-va,* tum *formalis* potest esse *prima,* vel *secunda. Intentio prima obiectiva* est, quae rem, prout in se est, repraesentat: c. g., conceptus hominis, prout *osse* hominis repraesentat. *Itentio secunda obiectiva* est, quae repraesentat rem eo modo, quo ipsa ah intellectu cognoscitur; e. g., conceptus *hominis,* prout universaliter, velut quaedam species, consideratur. — Quoniam vero intentio *formalis* est ipsa cognitio rei, ipsa est *prima,* vel *secunda* prout circa rem primo, vel altero modo spectatam versatur. Exinde intelligitur, quaenam sint voces *primae intentionis, secundae intentionis.* Illa sunt nomina rerum, seu voces, quae res, prout in se sunt, significant; atque dicuntur etiam *primae impositionis,* puta homo, animal, lapis etc. Istac simt, quae non immediate rem ipsam significant, sed id, quod res habet a nostro intellectu, puta si ferrum appcllatur *species,* metallum *genus,* durum *accidens* etc ‘5. Hinc voces huiusmodi appellantur etiam *secunda nomina, artium vocabula,* vel *termini artium.*

26. Intentionaliter: primo - secundo. Harum vocum significatio ex praecedentibus facile perspicitur. Scilicet *primo intentionaliter* res considerari dicitur, quatenus cognoscitur ut in sui natura est, nulla alia cognitione interveniente. Quare tunc aliquid rei *primo intentionaliter* attribuitur, cum ipsi attributum illud convenit, prout talis naturae est, non vero propter aliquam cognitionem circa illam ab intellectu iam exercitam. E. g., quando enunciatur, homo est animal, το *homo* sumitur *primo intentionaliter;* siquidem animal de homine cnunciatur, quia prout in rerum natura est, intellectui exhibetur, non vero secundum aliquam rationem, qua intellectus ipse notionem hominis iam antea habitum considerat. - *Secundo intentionaliter* res sumitur, quando consideratur non quidem secundum *esse,* quod in rerum natura exhibet, sed secundum aliquam

ll *In lib. 1 Sent.,* Dist. XXXIII, q. I, a. 1 ad 3.
Vid. s. Thoni., I, q. XXX, a. 4 c.

rationem, quam intellectus in eius iam habita notione cogitat. E. g., hoc modo de *homine* enunciatur esse *speciem,*

27, Intuitiva cognitio - Discursiva. Per illam cognoscimus aliquid immediate, absque ratiocinatione: ita prima et per se nota principia cognoscimus; puta: bis bina sunt quatuor, totum est maius sua parte, etc. Per hanc aliquid immediate cognoscimus, nempe ex aliquo principio noto devenimus in cognitionem alterius, quod prius erat ignotum. Hinc in cognitione *intuitiva* mens quasi *quiescere.* dicitur; e contrario cognitio *discursiva* motui comparatur, quia a notis ad ignota progreditur ,0.

28. IuSTITIA: LEGALIS - DISTRIBUTIVA - COMMUTATIVA. *lustitia legalis* est virtus, quae ordinat actus omnium virtutum ad bonum commune, atque haec, ut ait s. Thomas, « est in principe principaliter, ct quasi architectonice (nempe *tamquam in operante et dirigente);* in subditis autem secundarie, et quasi administrative nempe tamquam in subiectis et obedientibus legi. - *lustitia commutativa* consistit in aequalitate dati ct accepti, ac proinde constituit aequalitatem quasi quantitatum, seu, ut vocant, *arithmeticam,* quo tantum dandum est, quantum est acceptum; e. g., si quis 1res nummos mutuo accepit, 1res nummos creditori rependere tenetur. - *lustitia distributive* est quae, ut scribit s. Thomas, « observat aequalitatem proportionis *(quam vocant geometricam),* ut det unicuique, secundum quod dignum est[48] », puta si habenti sex gradus meritorum dentur tres nummi, et habenti duodecim gradus meritorum dentur sex nummi; eadem enim est proportio trium ad sex, quae sex ad duodecim. Iam, ut idem Aquinas monet, « iustitia commutativa, per quam aequalitas constituitur inter Deum dantem, ct creaturam recipientem, Deo competere non potest secundum propriam acceptionem, quia beneficia Dei semper excedunt meritum creaturae; sed ta-

‘° Vid. *Intcllifiere* ı *Ratiocinari* (litt. *I*: dist. 21).

47 2« 2··, q. LXV1II, a. 6 c.

Super cap. V'JIJ Do Div. Nom,, lect. IV. *Aequalitas arithmeüca*9 ei *proportio geometrica* idem fere valent, ac *aequalitas aequi* parentiae,* et *aequalitas disquiparantiac.* de quibus vid. lilt. *E:* dist. 4.

meu servatur etiam proportionis quaedam aequalitas inter Deum dantem, et creaturam recipientem; in quantum scilicet se habet ad suam superabundantiam, sicut creatura ad id quod competii ei secundum suam parvitatem ».

Effata.

1, Idem est principium constituens rem in esse piiOPRio, ET distinguens EAM a ceteris. Sive: Res quaelibet distinguitur. Enimvero illud, quod rem constituit, dat eidem unitatem; ct unitas ens constituit indivisum in se, et distinctum a quovis alio. Insuper quiequid ultimo rem aliquam in suo *esse* constituit, ad illam tantum, et non ad aliam pertinet; ergo impossibile est eam per illud a ceteris non distingui. Non tamen vicissiin: omne principium quovis modo distinguens est etiam principium constituens: attributa enim, quae dicuntur *propria,* distinguunt res; inimo et ipsa accidentia non raro id praestant; nec tamen utraque sunt principia res constituentia.

2. Idem est principium essendi et operandi. Scilicet, operatio et *esse* in eodem principio fundantur, tum quia *operatio sequitur esse* 1, tum quia eatenus aliquid agit, quatenus est actu 2. At vero illud theorema accipiendum est quoad principium proximum operationum. Audiatur s. Bqnaventura: « Idem esi principium essendi ct operandi; dicendum, quod verum est de principio remoto, sed de proximo impossibile. Nam si idem omnino cs-

« //i *lib. IV Sent* I)i-t. XLVI. q. 1, a. 1 *sol.* Vid. I, q. XXI. a. 1 c.

1 Vid. liu. *M:* ‹›(!' 17.
2 Vid. liu. i; ctf 46.

set principium, tunc idem esset in re esse et operari, ei-militer, si idem esset principium, cum res semper habeat esse, semper haberet operari 34».

Hinc vides perperam illud theorema in medium afferri ab iis, qui potentias animae ab eius substantia non distinguunt, α Quia ergo, subdit sanctus Doctor, forma dicit proximum et immediatum principium essendi, potentia vero proximum et immediatum principium operandi, patet quod impossibile est esse omnino idem ».

3. Idem non potest esse causa contrariorum; *atque* Idem semper fvcit idem '.

4. Ignoti nulla cupido; *vel,* Nihil volitum quod non cognitum 5* Hoc effatum significat nullum voluntatis actum exerceri, nisi aliqua cognitio intellectus ei praecedat, qua res quaelibet bona aut mala apprehendatur °. Hinc commune proverbium: Quod quis non novit, hoc non dolet. Revera, « bonum est causa amoris per modum obiecti: bonum autem non est obiectum appetitus, nisi prout est apprehensum; et ideo amor requirit aliquam apprehensionem boni, quod amatur ' ». Quocirca intellectus dicitur « movere voluntatem sicut praesentans ei obiectum suum 8* », ob quam rationem appetitus dicitur *movere,* sicut *movens motum* °.

5. Impossibile est idem simul esse et non esse; *vel·*. Idem simul inesse et non inesse eideivi nequit. Subintelligitur, *secundum idem,* et *ad idem,* seu eodem respectu 10. Hoc effatum, quod *principium contradictionis*

3 *In lib. 1 Sent.,* Dist. III, p. 2, a. I, q. 3 *ad arg.*

4 Vid. *Contrariorum contrariae sunt causae* (lilt. *C:* eff. 25). et litt. *A:* eff. 49.

5 Quod 6. Augustinus ita enunciavit: « Quomodo quod nescii, aut contemnit, aut eligit, nisi quia haec duo sciuntur aliter per prudentiam boni, aliter per prudentiam mali? ». *De Gen. ad litt.,* lib. VIII, c. 14, n. 32. Et alibi: ‹r Rem prorsus ignotam amare omnino nullus potest»; De *Trin.,* lib. X, ç. 1, η. 1.

e Vid. *Finis non movet, nisi copnitus* (litt. *F:* eff. 8).

1' 2-, q. XXVII, a. 2 c.

8 *Ibid.,* q. IX, a. 1 c.

0 *In lib. HI Sent.,* Dist. XXVII. q. I, a. 1 *sol.*

10 Vid. litt. *C:* eff. 18.

addit, notissimum est, siquidem nemo circa illud errare potest nisi dicat contradictoria, seu ens et non ens simul esse vera: id quod ne cogitari quidem potest. Appellatur etiam *dignitas dignitatum,* atque *omnium principiorum firmissimuni.* Quae non ita intelligenda sunt, ut per istud principium reliqua per se nota directa demonstratione probentur; qui enim negaret, c. g., omne totum maius esse sua parte, eadem ratione negaret etiam *principium contradictionis.* Sed est omnium primum, quia est ceterorum velut radix et basis; ita ut haec ad ipsum reducantur: ipsumque si corruat, corruant necesse est omnia principia, omnesque demonstrationes, et scientiae 11.

Huc spectat etiam illud: Implicat, ergo esse non potest. Nam implicare significat involvere contradictionem, nempe idem simul esse ct non esse. Hinc id, quod implicat, ne Divina quidem virtute fieri potest; siquidem actio Dei, *Qui est actus maxime, et principale ens, ad non ens,* cuiusmodi est id, quod *implicat, proprie terminari non potest* 12. Hoc magis declaratur ex eo ipso, quod potentia Dei est infinita. Nam α potentiae absolutae, cum infinita sit, necesse est atribuerc omne id, quod in se est aliquid. et quod in defectum potentiae non vergit ». Atqui n coniunctio affirmationis et negationis est nihil ». Ergo « potentia Dei ad hoc se non extendit, ut affirmatio et negatio sint simul; et eadem ratio est de omnibus, quae contradictionem includunt 13 ». Neque id Divinae potestati derogat; nam, ut monet s. Thomas, « quae contradictionem implicant, sub Divina omnipotentia non continentur, quia non possunt habere possibilium rationem. Unde convenientius dicitur, quod ea non possunt fieri, quam quod Deus non possit facere 11 ». Sane, « omnis potentia, quae intelligitur aliquid lacero, respicit ens vel in ratione principii, vel termini, vel utroque modo; unde de ente potest facere non ens, et e converso, et de uno aliud; sed

11 Vid. s. Thoin 1" 2*°, q. XCIV, a. 2 c. Cf. Sanseverino, *Elem. seu Instit. Phil. Christ.,* vol. 11, *Ontol.,* c. II. art. I. μ. 37-40.

12 Vid. s. Thom., *Qq. dispp.., de Pol.,* q. I, a. 3 c.

13 *In lib. Ill Sent.,* Dist. I, q. II, a. 3 *sol.*

bi I, q. XXV, a. 6 c.

de non ente iacere non ens, hoc nullius omnino potentiae est 10 ».

6. Inconveniens est aliquid esse propter vilius SE ltt. Intellige: 1° *principaliter,* nam *secundario,* atque *minus principaliter* potest aliquid esse propter ignobilius· puta rex est etiam propter rusticos protegendos ,7. 2“ Dummodo sermo sit de agentibus bene ordinatis; ex inordinatione enim operantium fieri potest, ut id, quod est nobilius, referatur ad viliora, uti homines peccantes faciunt, dum finem ultimum in rebus creatis constituunt.

7. Individua sunt infinita. Intelligendum hoc est vel quatenus individua, etsi et loco el tempore, et singula, et omnia actu sint finita, tamen sunt infinita *syncategorematiee* 18, quia eorum numerus semper augeri potest; vel quatenus sunt *incerta, non determinata, non definita,* numquam enim sub eodem numero certe includuntur, uti species, quae semper eaedem perseverant. Quod postremum intelligendum est respectu nostri; quia individuorum numerus nos latet: non item *absolute* et *reipsa,* quippe hoc sensu omnia sunt numero definita, atque Deus exacte in numerato habet omnium individuorum numerum.

8. Individuorum multiplicatio intenditur a natura ob speciei conservationem. Istud effatum ita a s. Thoma 19 explicatur, ut de corruptibilibus creaturis sit accipiendunm. Nam, cum natura intendat quod est semper el perpetuum, cumque in corruptibilibus nihil sit perpetuum, et semper mancus, nisi species, fit, ut bonum speciei principaliter intendatur a natura. Contra, cum substantiae in· corruptibiles maneant semper, non solum secundum speciem, sed etiam secundum individua, fit, nt in eis ipsa

l ' *In lib. l Sent.,* Dist. XL1I, a. I, q. 3 *sol.*

16 « Quod ad aliquid referendum est, inferius est eo, ad quod referendum est »; s. Aug., Lib. *de Qq. LXXXIJI,* q. 30. Et in lib. De *Magislro,* n. 15: « Quidquid propter aliud est, vilius sit necesse est, quam id, propter quod est ».

17 Vid. lilt. *F:* eff. 4.
Vid. liti. *C:* dist. I.
·« I. q. XCVIII, a. l e.

individua *principaliter* intendantur a natura, seu potius ab Auctore naturae, qui solus est eorum creator. Insuper in ipsis substantiis corruptibilibus conservatio speciei est quippe una ex causis multiplicationis individuorum, non tamen causa adaequata; multiplicantur enim individua ob alias quoque causas, puta ob pulchritudinem, et ornatum Universi, manifestationem potentiae et bonitatis Divinae, corumdem individuorum in una republica societatem etc. « Multiplicatio individuorum, ad rem inquit s. Bonavenlura, est propter conservationem speciei..., haec non est tota causa, nec précipita; imo principalis ratio est ad manifestationem Divinae Bonitas 20 ».

Ex ima et altera explicatione huius effati colligitur rationem multiplicationis animarum hominum non esse a conservatione speciei sumendam, tum quia ipsae sunt incorruptibiles, tum quia illae, ut subdit s. Bonaventura, « sunt multae, ut in eis distribuatur gratiarum Dei multiformitas, et compleatur illius supernae civitatis integritas, et numerositas 21 ».

9. Individuum est incommunicabile. Non quidem e/-*fettive;* nam hac ratione potest aliquid communicari secundum *participationem unius et eiusdem rei secundum numerum* 22, puta hic ignis aquae suum calorem, hic pater suo filio propria bona, hic praeceptor discipulis suam doctrinam communicat, et unum exemplar sese quasi communicat multis, quae ad eius imitationem fiunt: item hac ratione « opera satisfactoria unius alteri computantur... intentione operantis aliquo modo directa ad ipsum. 23 ». Itaque individuum est *incommunicabile attributive,* el *respectu inferiorum;* habet enim naturam singularem, ideoque nec ulli infra se communicari potest, seu attribui; ita enim fieret universale 24. Neque id infirmatur ex eo quod Natura est *numero* una, ct tamen *attributive* communica-

20 *In lib. II Seni.,* Dist. XVIII, a. Il, q. l *ad are.*
21 Vid. etiam *ibid.,* Dist XX, a. 1. q. l *ad arg.*
22 *In lib. IV Sent.,* Dist. XLIX, q. I. a. l so/. 1, ad 3.
23 *Ibid.,* Dist. XX, q. I, a. 4, *sol.* l c.
Circa hoc effatum vid. etiam lilt. S: in explicatione s«p-*positi.*

tur tribus Personis. Natura enim Divina non communicatur tribus Personis, tamquam superius inferioribus, sed tamquam aequale aequali, singulare singulari, seu, ut natura suppositis, in quibus ipsa neque ab illis, neque a seipsa dividitur, quia, ut s. Damascenus inquit, *indivisa est in divisis* 24 nempe tota est in singulis, et in omnibus simul *indistincta* ab illis.

10. Indivisibile additum indivisibili non facit maius 25*.

11, Inferiorum diversa ratio non facit aequivocationem superiorum. Scilicet: Ex eo, quod aliqua differunt inter se in eo quod est minus commune, inferri nequit, ut differant etiam in eo quod est magis commune. E. g.: licet equus et asinus differant in definitione sibi propria, tamen communis definitio animalis convenit utrique 27. Hic autem sermo est de *aequivocatione propria,* sive *dialectica,* non de *aequivocaticne physica* 28.

12. Infiniti ad finitum nulla est proportio 29.

13. Infinito non est aliquid maius. Nempe, nequit dari infinitum maius alio infinito; nam si infinitum ab alio excederetur, iam non attingeret rationem infiniti, in quo nec magis, nec minus intelligi potest. Quin imino in*finitum* nec etiam sibi aequale admittit; quia si duplex, vel multiplex esset, iam non esset omnimode infinitum; hinc non potest esse nisi unum. Hoc effatum vero intelligenduin est de infinito *categoryniatice,* quod est omnibus modis infinitum. Quoad autem infinitum *syncategorematice* n0, ipsum tale non est omnibus modis infinitum, et in omni ordine, sed uno tantum determinato modo, et in uno ordine, neque est substantia quaedam, sed accidit rebus, quae dicuntur infinitae; multiplicari ergo potest, habita ratione subiecti, quod multiplicatur. E. g.: possumus

25 *De Fide orthod.,* lib. II, c. 8.
26 Vid. litt. *E:* eff. 18.
Vid. s. Thom., I, q. XXIX, a. 1 ad 4.
28 De his vid. lilt. *E:* dist. 5.
29 Vid. litt. P.
30 De his vocibus vid. litt. *C:* dist. 1.

intelligere plures lineas, quae sint infinitae secundum longitudinem, infinitas series numerorum parium et imparium. infinitas series effectuum possibilium in unaquaque causa, infinita individua possibilia in unaquaque specie. elc. Item, huiusmodi infinitum in quidem ordine, in quo est infinitum, nihil habebit maius; at ratione subiccti maioris poterit habere aliud infinitum, quod ipso sit maius in alio ordine. Exemplum a numeris desumi potest. Nam species numerorum parium sunt infinitae, et similiter species numerorum imparium; et tamen numeri pares et impares sunt plures, quam pares. Itaque, sic concludit s. Thomas: « Dicendum est, quod infinito simpliciter quoad omnia, simpliciter nihil est maius: infinito autem secundum aliquid determinatum non est maius in illo ordine, potest tamen accipi aliquid maius extra illum ordinem 31 ». Et alibi: «Infinito non est aliquid maius in illo ordine, quo est infinitum, sed secundum alium ordinem nihil prohibet aliquid esse aliud maius infinito; sienti numeri pares sunt infiniti, et tamen numeri pares et impares simul accepti sunt plures numeris paribus 32 ».

Hanc ob rationem Theologi docent nihil prohibere, quominus *infinitas* satisfactionis Christi excedat infinitatem gravitatis offensae Deo irrogatae; ulraque enim haec *infinitas* in diverso genere est; siquidem prima infinitas est in genere praetii et bonitatis moralis, altera in genere mali, seu *gravitatis offensivae 3S.*

14. Infinitum impossibile est esse ex finitis. Intelligitur de illo, quod est *actu* infinitum. Equidem, si huiusmodi infinitum ex finitis exurgeret, iam *actu* omnia non possideret, ideoque non esset actu infinitum.

Exinde abnormitas pantheism! inferri potest; secundum enim hoc systema, Infinitum, nempe Deus, ex rerum finitarum collectione exurgeret.

15, In naturalibus et MORALIBUS NON QUAERITUR QUID SEMPER FIAT, SED QUID IN PLURIBUS ACCIDAT. CuiUS

31 3, q. X, a. 3 ad 3.
32 *Quodlib.* IX, q. h a. I ad 1.
33 Vid. s. Thom., 3, q. XLVII1, a. 2 c.

ratio assignatur a s. Thoma; « In rebus naturalibus non quaeritur quid semper fiat, sed quid in pluribus accidat, eo quod natura corruptibilium rerum impediri potest, ut non semper eodem modo operetur... In moralibus consideratur quod ut in pluribus est, non autem quod semper est, eo quod voluntas non ex necessitate operatur [34] ». Unde conficit idem Doctor, « in rebus contingentibus, sicut sunt naturalia, et res humanae, sufficere talem certitudinem, ut aliquid sit verum ut in pluribus, licet deficiat in paucioribus [35] ».

16, Intellectus abstrahit λ materia. Tum quia ultra singularia, seu materialia se ostendit; tum quia, ut s. Thomas docet, res singulares *facit intelligibiles in actu per abstractionem specierum a conditionibus materialibus 36.* Quod ut magis perspicuum fiat, in memoriam revocandum est quamlibet cognitricem potentiam nihil sine quadam abstraction© apprehendere posse; siquidem potentia cognitrix aliquid apprehendit, quatenus *accipit formant apprehensi, non secundum esse, quod habet in eo, quod apprehenditur,* sed *secundum esse repraesentativum.* lam vero huius abstractionis gradus diversi sunt, prout diversae sunt potentiae 37. Etenim sensus exteriores abstrahunt quidem formam a materia, quatenus rerum species in eis recipiuntur sine materia, eadem ratione, qua cera annuli figuram sine ferro, vel auro recipit; sed non abstrahit a praesentia materiae, nec ab eius *appendicibus.* Quas materiae *appendices* explicans Albertus M. ait esse conditiones et proprietates, quas habet subiectum formae quod est in tali, vel tali materia; v. g., talis membrorum situs, vel talis color faciei, vel talis aetas, vel talis figura capitis, vel talis locus generationis; haec enim sunt quaedam individuantia formam, quae sic sunt in uno individuo unius speciei, quod non sunt in alio [38] ». Po-

[34] 1'2«, q. LXXX1V, a. 1 ad 3.
[35] *Ibid.,* q. XCV1, a. 1 ad 3.
[36] I, q. LXXIX, a. 3 e. Vid. liti. *I:* di?t. 19.
[37] Vid. Alb. M., D,. *Anini.,* lib. II, tract. 3, c. 4.
[38] Loc. cit.

tentia autem imaginative abstrahit a materia, et a praesentia materiae, sed non ab cius appendicibus; e. g.: Sortem non praesentem imaginamur, sed tamen crispum, et album, senem, vel iuvenem etc. At intellectus, cum sit facultas inorganica, in rebus neque materiam, neque aliquid, quod ex materia fluit, sed tantum quidditatem, sive essentiam eius cognoscit, ac proinde abstrahit non solum a materia et eius praesentia, sed etiam ab eius *appendicibus.* Hanc ob rationem species, per quam intellectus rem cognoscit, *simpliciter abstracta* etiam vocari solet. Diversos autem gradus, quibus liaec abstractio intellectiva fieri potest, explicabimus, ubi distinctionem trademus inter materiam *sensibilem* et *intelligibilem.*

17. Intellectus est impermixtus: intus vero existons prohibet extraneum. Primum membrum huius effati significat intellectum, eo quod sine ullo organo corporeo exercetur, corpori non misceri, ac proinde natura sua non esse, quemadmodum cognitrices facultates organicae, determinatum ad hoc, vel illud cognoscendum. Hinc illud:

Intellectus natus est aptus ad omnia intelligence Non quidem omnia *perfecte* ct *intuitive,* sed *imperfecte, aliquo modo* et *quantum potest,* « Dicendum, ad rem s. Bonaventura, quod est loqui de intellectu comprehendente, et sic non est verum quod omnia intelligere possit, quia nec Deus, nec aliquid Dei est comprehensibile nobis, quia omnino infinitus. Et est loqui de intellectu apprehendente; et hoc dupliciter, aut in ratione possibilitatis et suscipientis: et sic omne, quod potest fieri, potest intelligere, quia possibile est ad intelligendum: aut in ratione agentis, et quia non habet lumen tantae potentiae, quod possit super omnia, scilicet praesentia et futura, quia multa sunt supra eius indicium: sic non est omnium [39] ».

Secundi membri sensus est: Si intus in intellectu aliquid esset innatum, quod nempe naturaliter intelligeretur, tunc ipse intellectus prohiberetur, ne alia cognosce-

39 In lib. I Sent.. Disl. XIX. p. 1» dub. 8- Vid. litt. *A:* eff. 50.

re posset; « sicut videmus, quod lingua infirmi, quae infecta est cholcrico et amaro humore, non potest percipere aliquid dulce, sed omnia videntur ei amara »; quemadmodum etiam, « si aliquis determinatus color sit non solum in pupilla, sed etiam in vase vitreo, liquor infusus eiusdem coloris videtur 10 ». Hoc alterum effati membrum consequitur primum; nam, « cum intellectus noster natus sit intelligere omnes res sensibiles et corporeas, oportet quod careat omni natura corporali, sicut sensus visus caret omni colore, propter hoc, quod est cognoscitivus coloris. Sic etiam intellectus si haberet, aliquam naturam determinatam, illa natura connaturalis sibi prohiberet cum a cognitione aliarum naturarum " ». Hinc intellectus non est *actu* aliquid eorum, ad quae in potentia est, seu nihil necessario in se includit *actu,* sed potest omnia, positis conditionibus, intelligere. Hinc etiam illud:

Intellectus est in principio sicut tabula rasa, seu in qua nihil scriptum est: quae quidem comparatio non omni ex parte accipienda est, tabula enim non est scripturae, quemadmodum est intellectus, cognitionis intellectivae causa formalis atque effectrix.

18. Intellectus est intus legens. Dicitur intellectus quasi *intus legens,* tum quia pervadit usque ad veritatem, quae est intima proprietas omnis entis; siquidem « intellectus, ut ait s. Thomas, *denominatur ab intima penetratione veritatis* 12 »; atque « ex hoc aliquis intelligere dicitur, quod in ipsa rei essentia veritatem quodammodo legit 13 »: tum quia similitudinem obiecti in seipso exprimit, et tali similitudine ipsum obiectum contemplatur.

19. Intellectus est potentia reflexiva. Inde constituitur una ex differentiis, quae intellectum a sensu discriminant. Nam oculus, e. g., non videt seipsum, neque actum suum, ct intellectus non solum cetera obiecta, sed

4 ' I, q. LXXV, a. 2 c.
11 De *Anima,* lib. Ill, lcd. VII.
42 2* 2", q. XLIX, a. 5 ad 3.
43 Qq. dispp., De Ver., q. XV. a. 1 c.

; etiam seipsum, atque suum actum cognoscit 11 ». Quod « si, subdit s. Bonavcntura, quaeratur ratio, quare potentia intellectiva nata sit supra se redire, et voluntas »; ea est, « quia sunt simplices potentiae, et in substantia simplici fundatae, et organo non alligatae 4514 6». Et sane, sensus, eo quod organo corporis indiget, non potest se ad seipsum convertere, seu se totum cum toto conjungere, quia organum habet partes extra partes; quocirca intellectus, quia est potentia inorganica, in se redire, seu super se reflecti potest, et ita seipsum et intellectiones euas intelligit.

20. Intellectus intelligendo fit omnia. Cuius sensus hic est: Quoniam intellectus rem ex eo cognoscit, quod forma seu species eius in ipso existit, et quoniam forma dat *esse* rei, sequitur ut intellectus, dum actu intelligit, res ipsa intellecta quodammodo fiat, et quia omne ens est intelligibile, intellectus fit omne ens. Id illustrari potest hoc familiari exemplo: Manus, nobilissimum instrumentum soli homini datum ad apprehendenda omnia alia externa instrumenta, apprehendens omnia, fit omnia; manus enim hominis est quodammodo malleus, quia malleum accipiendo, percutit; est gladius, quia gladium accipiendo, ferit; est calamus, quia calamum accipiendo, scribit, etc.: manus ergo est omnia, quia est instrumentum omnia recipiens instrumenta. Sic et intellectus, qui est tamquam speculum, recipit rerum imagines, in quibus ipsas res intelligit, iisque fit similis. Exinde patet: 1° intellectum, non quatenus potentia est, fieri omnia, sed prout *actu* hanc vel illam rem cognoscit, fieri rem hanc, vel illam cognitam 11. siquidem forma, seu species, per quam intellectus rem intelligit, nonnisi in actu intellectionis coniungitur cum intellectu. 2° Id intelligendum non esse *materialiter* et *realiter,* quasi intellectus res, ut extrinsecus sunt, recipiat, sed *spirititaliter* et *intentionaliter,* quia spiritualis species

44 Vid. s. Thonr., *Contr. Gent.,* lib. II, c. 66.
45 In lib. I Sent., Dist. XVII, p. 1, a. I, q. 2 *ad arg.*
46 Vid. s. Thom., I, q. LV, a. 1 ad 2; et s. Bonav., *In lib. II Sent.,* Dist. VII, p. 2, a. I, q. 3 *ad arg.*

in illo recipitur: « Quando dicitur, quod ad acturn intelligendi requiritur quod ex intellecto et intclligentia fiat unum, hoc intelligitur quantum ad speciem, quae unitur intellectui, non quantum ad ipsum obiectum extrinsccum 47 ». 3° Tandem: intellectum non fieri omnia ita ut, propriam naturam amittendo, alterum evadat, sed, propria natura servata; eodem modo, quo lapis dicitur fieri calidus.

Itaque Scholastici hoc eilato neque illud significant, quod Materialistae, nempe animam ex elementis rerun) naturalium, quas cognoscit, constare '8, neque illud, quod Pantheistae obganniunt, intellectum et rem intellectam unum idemque in se esse, sed illud dumtaxat, actum intellectionis exerceri per unionem ideae, sive formae intelligibilis cum intellectu, ex qua unione non quidem identitas rei et intellectus, prout in se sunt, efficitur; sed identitas formae intelligibilis rei cum intellectu, prout ad actum cognitionis reductus est.

21. Intentio naturae est ad speciem. « Intentio naturae est principaliter ad speciem conservandam[49] ». Scilicet, « intentio naturae non terminatur ad productionem formae generis 50; e. g., naturae intentio non sistit in generatione animalis; sed intendit generare hominem 3l; neque ad individuum; « natura enim intendit generare hominem, non hunc hominem, nisi in quantum homo non potest esse, nisi sit hic homo 02 ». Quare individuorum multiplicatio non est nisi ob conservationem speciei 53.[18]

17 S. Bonav., *ibid.,* Dist. XVIII, a. II, q. 1 *arc.*
18 Vid. s. Thom., I, q. LXXXIV, a. 2 c. ct ad 2.
19 De *Ver.,* q. III, a. 8 c.
50 *Ibid.*
δτ I, q. LXXXV, a. 3 ad 1.
52 *Qq. dispp.,* ‹i. un. De an., a.
53 Vid. quae diximus litt. *I:* cff.

Distinctiones.

1, Late - Stricte. *Late,* seu *communiter* sumitur vox, eum usurpatur ultra significationem sihi propriam. E. g., *principium late* dicitur *causa l. Stricte,* seu *proprie,* cum vox secundum sui significationem tantum accipitur. E. g., Deus *stricte* dicitur causa mundi. Item « rationale..... quandoque sumitur stricte et proprie, secundum quod ratio dicit quamdam obumbrationem intellectualis naturae... quod patet ex hoc, quod statim non offertur sibi veritas; sed per inquisitionem discurrendo invenit 2; et sic rationale est differentia animalis, et Deo non convenit, nec Angelis: quandoque sumitur pro qualibet cognitione virtutis non impressae in materia, et sic convenit communiter Deo, Angelis, et hominibus 3 ». Aliud exemplum sumi potest ex voce *delicti;* quod videtur esse idem quod *derelictum.* Nam « delictum communiter sumtum significat quanicumque omissionem; quandoque tamen stricte accipitur pro eo quod omittutur aliquid de his quae perlinent ad Deum, vel quando scienter, et quasi cum quodam contemptu derelinquit homo id quod facere debet ».

2, Libertas: a coactione A NECESSITATE NATURAE, *Libertas a coactione* excludit omnem vim extrinsecus co-

Vid. litt. *C:* dist. 3.
2 Vid. litt. *I:* dist. 21.
In lib. I Sent Dist. XXV, q. I, a. 1 ad L
2“ 2Bβ, q. LXXIX, a. 4 ad 3.

gentem, proindcque est illa, qua agens, sublata omni vi exteriori ipsum impellente, secundum naturalem suam propensionem, sive inclinationem operatur. Appellari solet etiam *spontanéités.* Ita nos bonum in communi volumus non coacti, sed tamen ex vi naturalis inclinationis, ac proinde ita necessario, ut malum sub ratione mali velle non possimus. - *Libertas autem a necessitate naturae,* seu *libertas arbitrii* excludit etiam omnem vim intrinsecus cogentem, ac proinde consistit, ut s. Thomas inquit, in potestate aliquid eligendi 5, seu in *praeacceptione unius respectu alterius* 6; nam, cum voluntas a qualibet naturali necessitate sit immunis, suis actibus dominatui·, et ideo potest hoc, vel illud eligere. Quare libertas arbitrii vulgo dicitur illa, qua agens, positis omnibus ad agendum conditionibus, non est natura sua ita determinatum ad unum, ut non possit aliud velle, sed procedit cum indifferentia, seu cum potestate ponendi, vel non ponendi actum, puta scribendi, vel non scribendi, aut ponendi actus contrarios circa idem obiectum, ut amorem, et odium, aut etiam ponendi actus tantum disparatos, ut scribere, vel ambulare. Potestas ponendi, vel non ponendi actum appellatur *libertas contradictionis,* quia est inter extrema contradictorie opposita; potestas ponendi actus contrarios, vel disparatos, libertas *specificationis,* quae magis proprie dicitur *contrarietatis,* si actus sint contrarii 7; et libertas *quoad individuum,* si versatur circa hunc vel illum actum eiusdem speciei, puta potestas erogandi in pauperes hoc, vel illo modo.

3. Locatum esse - In loco esse. Quemadmodum s. Bonaventura adnotavit, haec duo *ratione virtutis vocabuli* non sunt idem. « INam haec determinatio, in loco, ad hoc quod habeat veritatem locutio, non exigit, nec ponil nisi praesentialitatem et indistantiam; sed esse locatum ponit ambitum et continentiam, *hoc est significat aliquid esse in loco circumseriptive. s.* Et ideo haec conceditur.

5 I, q. LXXX11I, a. 3 c.
0 1‘ 2% q. XIII, a. 2 c.
7 Vid. lilt. /: dht. 9.
8 Vid. litt. C: dist. 11.

Deus est in loco, quamvis aliquid habeat improprietatis, propter hoc quod haec praepositio *in* videtur importare continentiam ambientem; sed haec est magis impropria. Deus est locatus 9 ».

4. Locatum - Situm. Corpus dicitur *locatum,* prout in loco continetur; dicitur autem *situm,* prout hoc vel illo modo est in loco, seu ratione ordinis, quem partes habent ad locum; puta corpus animalis stans, sedens etc. dicitur *situm;* liacc enim ordinem partium ad locum significant 10.

5. LOCUS VULGARITER - PHILOSOPHICE SUMTUS. *Locus vulgariter* sumitur pro quocumque spatio, quod corpora capere in se potest, quomodo urbem, scholam, domum, *loca* esse dicimus: magis *philosophice* autem est interior superficies ambientis ct continentis corporis; ut si amphora contineat aquam, interior superficies amphorae, quae undique aquam claudit, dicitur esse locus aquae 11.

6. Logica diversitas - physica 12.

7. Logica potentia - physica 13.

8. Logica proprietas - physica 14.

9. Logica veritas - metaphisica - moralis u.

10. Logice - Physice, *l ogice* idem est ac secundum mentis considerationem; *physice* idem est ac *a parte rei.* seu re ipsa. « Logicus considerat intentiones tantum.... Naturalis autem considerat res recundum suum esse 16 ». Quare « verum est, quod considerationi physicae aliquid

9 *In lib. I Sent.,* Dist. XXXVII, p. 2, a. I, q. 1 *ad arg*
10 « Situs a positione dictus est, ut quis aut stet, aut sedeat, aut iaceat. Locus est ubi sit, in foro, in platea »; s. Isid., *Etvniolog..* lib. II, c. 26.
11 « Est locus extremitas continentis, quatenus continet id quod continetur »; s. Greg. Nysscn., *De Anim.*
'2 Vid. litt. *D:* dist. 18.
13 Vid. litt. P: dist. 25.
“ Vid. litt. *P:* dist. 73.
15 Vid. litt. Γ: dist. 1.
19 S. Thom., *In Hb. I Sent.,* Dist. XIX. q. V. a. 2 ad 1.

respondet in re l ‘ ». E. g., hic mundus *physice;* ens communiter acceptum *logice* tantum existit. Item, qui negat essentialem proprietatem alicuius rei, destruit ipsius essentiam non quidem *physice,* sed *logice.*

11. Logice - Physice - Metaphysice. Dicuntur potissimum de variis *compositorum* generibus. *Physice* compositum est illud, quod constat ex partibus re ipsa distinctis, quae sunt vel partes integrantes, vel principia naturalia, puta materia et forma. *Methaphysice,* illud, quod exurgit ex potentia et actu, essentia et existentia, natura ac personalitate. *Logice,* quod coalescit cx genere atque differentia. E. g., homo *physice* componitur ex corpore et anima rationali; *metaphysice* ex natura humana et personalitate; *logice* ex animali et rationali.

12. Logicus descensus - physicus. *Logicus descensus* est, cum aliqua communis vox resolvitur in varias, quas amplectitur, significationes; vel cum ex universalibus principiis ratio redditur alicuius rei particularis, atque generatim cum intellectus ab astracto ad concretum procedit, qua ratione intellectus dicitur *componens,* dum e contrario appellatur *resolvens,* quatenus a concreto ad abstractum progreditur ls. *Physicus descensus* est, cum res naturaliter ita movetur, ut deorsum feratur.

1. Localis motus est omnium perfectissimus, *vel,* latio prima mutationum. *Localis motus,* vel *latio* est motus de loco in locum. Iam « in motibus corporalibus perfectiores et primi sunt locales l ». Est quidem motus lo-

17 S. Bonav., *In lib. Il Sent.,* Dist. WHI. a. 1. q. 3 *ad arg.* Vid. s. Bonav., *In lib. I Sent.,* Dist. VII, part. 1, dub. 3. Vid. *Processus: compositivus - rcsolutiuus,* litt. *P:* dist. 63.

l 2Λ 2“, q. CLXXX, a. 6 c.

calis perfectior, nam ubi minor mutatio in aliquo invenitur, eo maior ibi est perfectio; iam ex motu *locali* mobile minorem patitur mutationem; seu, ut loquitur e, Thomas, « non est in potentia ad aliquid intrinsecum, in quantum liuiusmodi, sed solum ad aliquid extrinsecum. scilicet ad locum 2* ». Hinc, licet motus *aitorationis,* qui consistit in motu a qualitate ad qualitatem, quatenus « in hoc motu aliquid a re abiicitur, et aliquid imprimitur », possit mobili maiorem perfectionem adferre, e. g., recuperationem sanitatis; tamen ipsam consequitur maior, magisque interna variatio; ideoque ex hoc capite non est perfectior. Est autem primus, quia sine ipso non potest esse aliquis aliorum motuum: non enim « augmentatur aliquid, nisi praeexistente alteratione, per quam quod prius erat dissimile, convertatur, et fiat simile; neque alteratio potest esse, nisi praeexistente loci mutatione, quia ad hoc quod liat alteratio, oportet quod alterans sit magis propinquum alterato nunc, quam prius 4 ».

2. Localis moths immediatus non potest dari. Scilicet, corpus, quod movetur motu locali, necesse est. ut ab extremo ad extremum per media perveniat 5. Huic effato respondet illud, quod iam explanatum est. *Ab extremo ad extremum non datur transitus nisi per medium* 6. Monente autem s. Thoma, moveri de extremo in extremum, quod corpori convenit, non potest per se convenire Angelo; nam « corpus mensuratur, et continetur loco, unde oportet quod sequatur leges loci in suo motu. Sed substantia Angeli non est subdita loco ut contenta, sed est superior eo ut continens; unde in potestate cius est applicare se loco prout vult per medium, vel sine medio 7 ».

3. Locus EST IMMUTABILIS terminus continentis. Scilicet, locus non dicitur moveri, quando aliquid secun-

2 I, q. XC, a. 3 c.
1 *In lib. Ill Sent.* Dist. XV, q. II, a. 1, *sol.* 1 c.
4 *Contr. Gent.,* lib. HI. c. 82, η. 6.
5 Vid. s. Thom., I. q. LXVII. a. 2 c.
6 Vid. lilt. *E:* eff. 22.
7 I, q. LII1, a. 2 c.

dum locum movetur. Etenim, ut paulo ante diximus, « motus localis non variat rem secundum aliquid ei inhaerens, sed solum secundum aliquid extrinsecum 8 », Atqui « quando illud, secundum quod aliquid mutari dicitur, est extrinsecum, tunc in illa mutatione non mutatur, sed immobile perseverat 9 ». Ergo locus est immutabilis lenninns continentis. Quod quidem perspicuum est « eo quod per localem motum non dicitur esse successio locorum in uno locato, sed magis successio locatorum in imo loco 10 ».

4, Locus PROPRIE MATHEMATICIS NON DEBETUR. Ratio est, quia in mathematicis consideratur quantitas, prout est quantitas, non autem prout in rerum natura existit. Atqui « quanto, prout quantum est, non debetur proprie locus, sed prout habet determinatam naturam ». Ergo « mathematicis similitudinarie dandus est locus 11 ».

5, Locus TOTIUS EST ETIAM LOCUS PARTIUM. Hoc ß£· fatum accipiendum non est, quatenus idem *numero* sit locus totius et partis, siquidem « esse totius non est alicuius suarum partium 12 »; sed quatenus pars euindem *specie* locum habet, ac totum; vel potius quatenus idem est ordo partium, ac totius, cum hoc vel deorsum descendit, vel sursum ascendit.

6, Logica est omnia et nihil. Logica nempe est omnia *in potentia;* quia ille, qui Logicam perfecte possidet, omnia facile capit artium et scientiarum genera. Est autem *nihil;* quia non docet res, sed rationem tractandi res, quae in aliis scientiis proponuntur. Sicut enim nauta utitur navi a fabro accepta, atque faber non navigat, ita Logicus non disputat, sed docet alios disputare ,3.

[8] *Contr. Gerit.*, loc. cit.
[9] *Qq. dispp., De. Ver.* q. 1, a· 6 c.
[10] *Ibid.*
[11] S. Thom., *In lib. Ii Sent.*. Dist. II, q. 11, a. 2 ad 3.
[12] 1* 2TM q. IV, a. 5 ad 2
« Est enim Logices, quae verborum dictonimque videtur continere rationes, proprietatesque et improprietates, generaque, et species, cl figuras singulorum quoque cdocere dictorum; quam utique disciplinam non tam separari, quam inseri ceteris convenit et intexi Orig., *In Canticum Canticorum, Prologus.*

M

Distinctiones.

1, Malum - Defectus - Peccatum - Culpa *.

2, Malum: NATURAE - CULPAE. *Malum naturae* est privatio entitatis alicui debitae; cuiusmodi est in homine privatio oculi, pedis etc. Hoc autem malum naturae « quandoque est a causa naturali, et tunc dicitur malum naturae non solum quia privatur naturae bonum, sed etiam quia est effectus naturae, sicut mors naturalis, et alii huiusinodi defectus: aliquando vero malum naturae provenit ex causa non naturali, sicut mors, quae violenter infertur a persecutore 2 ». *Malum culpae* seu *morale* consistit in discrepantia alicuius actionis a recta ratione.

3, Materia - Forma 3.

4, Materia: prima - SECUNDA. *Materia* dicitur *prima* cum spectatur, quatenus omni plane forma est destituta, atque omnium est capax « Id communiter materia prima nominatur, quod est in genere substantiae, ut potentia quaedam intellecta praeter omnem speciem et formam: quae tamen est susceptive formarum ». Dicitur vero se·

Vid. litt. *D:* dist. 4.
[2] 1* 2*", q. XL11, a. 2 c.
[3] Vid. litt. *F:* dist. 9.
Ibid.
[5] *Qq. dispp.,* q. un. *De Sp. cr.* a. 1 c. « Aristoteles et Plato materiam corpoream illam quidem vocarunt, sed forma, specie, figu-

eunda, prout iam aliqua forma est donata, puta materia ligni, ex qua conficitur scamnum. Quare *materia prima* est « illud in quo ultimo stat resolutio corporum naturalium, quod oportet esse absque omni forma [6] ». Materia autem *secunda* est totum compositum naturale, quod dicitur *materia* respectu accidentium, quorum subicctum esse potest. Monendum autem est cum eodem sancto Doctore materiam *primam* ita vocari, *secundum quod primum importat ordinem naturae;* nam « alio modo dicitur materia prima, secundum quod *primum* importat ordinem temporis, illud scilicet, quod duratione praecessit ordinatam dispositionem partium mundi, qualis nunc cernitur, secundum eos qui ponunt non a principio creationis omnia distincta fore; et sic accipiendo materiam primam oportuit eam habere aliquam formam [7] ».

5. Materia: proprie - improprie accepta. *Materia, proprio sensu accepta,* est quae, uti diximus, formam substantialem suscipit, ct ex qua simul cum forma aliquid totum specificum exurgit. Hinc materia *proprie* accepta oportet: Γ ut non sit accidens, sed pars substantiae: 2° ut immediate formam substantialem, non vero aliquam formam accidentalem suscipiat; 3e ut a qualibet forma separari nequeat; 4° ut a pluribus formis substantialibus simul determinari non possit; 5° denique, ut limitet formam ad constituendum individuum [8]. *Materia* autem *metaphorice* et *improprie* accepta non aliud significat, quam potentiam suscipiendi quamcumque formam sive substantialem, sive accidentalem; quo sensu potentia intellectiva, quatenus intellectionem, et species intelligibiles in se recipit, potest appellari *materia;* item essentia spiritualis, sive forma creata, quae in materia non subsistit, puta Angelus, qua-

ra et qualitate carentem, si eam buapte natura spectaveris, quae tamen uti formarum omnium receptaculum est »; Euseb., *Praep. Ev.,* lib. XV, c. 44.

Injib. II Sent., Dist. XΠ, q. I, a. 4 *sol.*

[7] Ibid. « Materia, ex qua coelum, terraque formata est, ideo informis vocata est, quia nondum formata erant, quae formari restabant »: e. Isidor. Hispal., *Sententiarum* lib. I, c. 8.

[8] Vid. liti. *F;* dist. 9.

tenus existentiam in se suscipere potest, dicitur *materia,* siquidem in ipsa α est compositio potentiae et actus, et per consequens materiae et formae, sed tamen hoc non est proprie dictum secundum communem usum loquendi 9 ». Quare materia *aequivoce* de utraque materia *proprio* et *improprio* sensu accepta praedicatur Ex quibus perspicitur materiae *metaphorice* sumtae necesse non esse, ut ea conveniant, quae circa materiam proprie dictam assignantur. Siquidem potest illa, e. g., omni forma sibi superaddita denudari, uti patet in humano intellectu, qui tamquam *tabula rasa* 11 esse potest; item, potest recipere formam secundum rationem formae, idest nullo circumscriptam limite, sed secundum totam illam, quae formae propria est, universalitatem, uti intellectus recipit speciem intel ligibilem secundum propriam huius formae rationem.

6. Materia: sensibilis - intelligibis. *Materia* dicitur *sensibilis,* prout in ea spectantur tum quantitas, tum qualitates sensibiles. Dicitur autem *intelligibilis,* prout in ea spectatur tantum quantitas, a qualitatibus sensibilibus seiuncta: « Materia sensibilis dicitur materia corporalis, secandum quod subiacct qualitatibus sensibilibus, scilicet calido et frigido, duro et molli, et huiusmodi ». Iam utraque potest esse vel *communis* seu *non signata,* vel *individualis* seu *signata.* Dicitur *signata,* secundum quod consideratur cum determinatione dimensionum, harum scilicet, vel illarum; *non signata* autem, quae sine determinatione dimensionum consideratur. E. g., communis, seu *non signata* materia est caro ct os; individualis autem, seu *signata* sunt hae carnes et haec ossa. Porro inde diversi gradus enascuntur, quibus intellectus a materia abstrahere potest. Etenim potest abstrahere tantum a materia *sensibili signata; e. g., cum* intellectus speciem hominis intelligit, non abstrahit quidem a carnibus ct ossibus, sed tantum ab his carnibus, et his ossibus; siquidem singulari-

9 *Qq. dispp., De Sp. cr.*. q. un., u. 1 *sol.* et ad 1.
10 *De cate et essentia,* c. 5.
11 Vid. lilt. *I:* dist. 17.

tas rei ad rationem speciei non pertinet. In mathematicis autem non fit abstractio a materia *intelligibili communi,* quia res non possunt considerari sine conceptu substantiae quantitati subiectae; sed fit abstractio tum a quacumque materia *sensibili,* nempe a qualitatibus sensibilibus sive in individuo sive in communi spectatis, tum a *materia intelligibili individuals,* quatenus res considerantur sine hac, vel illa substantia. Denique potest intellectus abstrahere etiam a materia *intelligibili communi,* puta cum intelligit ens, unum, et alia huiusmodi, quae etiam esse possunt sine materia, ut patet in substantiis immaterialibus 12.

7. Medium cognitionis: sub quo - quo - in quo. *Medium, sub quo* aliquid cognoscitur, est illud quod perficit potentiam cognitricem, ut sese exercere possit; huiusmodi est lumen corporale respectu visus corporalis, et lumen intellectus agentis respectu intellectus possibilis. *Medium quo* est species, seu similitudo rei cognitae, quae in potentia cognitrice existit, eamque ad cognoscendam rem, quam repraesentat, determinat. Hinc *lumen gloriae,* quo Beati, ut Fides docet, indigent ad videndam Dei Essentiam, non est lumen *quo,* sed lumen *sub quo;* nam non est veluti similitudo, in qua Deus videatur, ipsa enim Essentia Divina erit qua intellectus noster videbit Deum; siquidem per nullam similitudinem creatam Deus videri potest; sed est illud lumen veluti quaedam perfectio confortans intellectum ad videndum Deum, seu elevans ipsum ad hoc, quod Essentiae Divinae, quae formae intelligibilis vices gerit, conimigi possit 13. Denique *medium in quo* est illud, *per cuius inspectionem ducitur* potentia cognitrix in aliam rem; huiusmodi est speculum, in quo quis videt obiectum in eo repraesentatum, vel effectus, a quo in cognitionem causae devenimus, ita ut similitudo causae nostro intellectui imprimatur non immediate ex causa, sed ex effectu, in quo similitudo causae resplendet. Hoc triplici medio homo in hac vita indiget ad cognoscendum Deurn scilicet ipsa creatura, ex qua in Divinam cognitionem ascendit; ct similitudine ipsius Dei, quam ex creatura accipit; et lumine, quo perficitur ad hoc ut in Deum dirigatur, sive sit lumen naturae, ut lumen intellectus agentis, sive gratiae, ut fidei et sapientiae 11.

8, Medium: per abnegationem - per participationem. *Medium per abnegationem,* seu *recessionem ab utroque extremo* habent ea extrema, inter quae nulla est societas. Ita virtus moralis est media inter vitia extrema, quia cum illis misceri nequit; siquidem vitia extrema in eo consistunt, quod « in passionibus et operationibus humanis aliquis excedat modum rationis, vel deficiat ab eo; virtus autem moralis attingit modum rationis, qui est mensura et regula omnium passionum et operationum humanarum, ac proinde ab illius modo tum superabundantia, tum defectu recedit 15 ». *Medium per participationem* est illud, quod de extremis aliquid participat. Hoc modo color fuscus est medius inter album et nigrum.

9, Medium: rei - rationis. Medium, per quod virtus attingit regulam rationis, est *medium rationis,* quia virtus est *bonum hominis, quod est secundum rationem esse 16.* Iam si ratio hoc medium a re ipsa tantum petit, tunc ipsum dicitur *medium rei* simul et *rationis* 17; sin a personarum, aliorumque adiunctorum qualitate, dicitur tantum *medium rationis.* E. g.: medium, quod sequitur iustitia *commutativa,* est *rationis* simul *et rei,* quia respicit in contractibus ipsum valorem rei, qui aequalis in omnibus est. Liberalitas vero, cum rcspiciat qualitatem donantis, occasionem, et alia, quae varia sunt, sequitur tantum *medium rationis.*

10, Medium: subiecti - formae '8.

Vid. 3. l hora,, I, q. LXXXV, a. 1 ad 2, et *Qq. dispp.. De I er.,* q. II, a. 6 ad 1.

13 Vid. e. Thom., I, q. XΠ, a. 5 ad 3.

11 Vid. s. Thom., I. q. XC1V. a. 1 ad 3. *Qq. dispp.. De I er..* ‹|. XVI11. a. 1 ad 1; *In lib. /Γ Sent..* Disl. XLIX, q. II, a« 1 a‹l 15.

15 *Qq. dispp., De Virtut.,* q. L a. 13 c.

IG *Ibid,* ad 3.

17 *Ibid,* ad 7.

18 Vid. *Contraria: immediata · mediata* (litt.

11. Mensura: activa - passiva. *Mensura passiva,* eeu *formalis,* quae magis proprie *mensurabilitas* dicitur, est illud, ratione cuius res mensurari possunt; puta quantitas illud est, per quod corpora mensurabilia sunt. *Mensura activa,* seu *instrumentalis* est illud, quo utimur ad aliquid mensurandum. Haec autem mensura *activa* vel est mensura *molis,* et est ea, unde expenditur quota res sit, vel quam extensa, e. g., utimur ulna, vel modio, per cuius multiplicationem alia quanta metimur; vel est mensura *virtutis,* seu unde rei perfectio dignoscitur, atque est id, ad quod quo magis res accedit, perfectior aestimatur, et a quo quantum recedit, imperfectior evadit. Hoc sensu diximus finem esse *mensuram* mediorum le.

12. Meritum: de condigno - de congruo. *Meritum de condigno* est illud, quod quamdam aequalitatem saltem proportionis cum praemio habet, et ideo mercede ac praemio ex se dignum est, ita ut ei ex quadam iustitia debeatur merces ac praemium. - *Meritum de congruo* est illud, quod nullam aequalitatem cum praemio habet, ac proinde mercede ex se dignum non est, quae tamen ei redditur non quidem ex debito iustitiae, sed oh quamdam decentiam. En quomodo utrumque hoc meritum a s. Thoma explicatur: « Meritum proprie dicitur actio, qua efficitur, ut ci, qui agit, sit iustum aliquid dari. Sed iustitia dicitur dupliciter: Uno modo proprie, quae scilicet respicit debitum ex parte recipientis: alio modo quasi similitudinarie, quae respicit debitum ex parte dantis; aliquid enim decet dantem dare, quod tamen non habet recipiens debitum recipiendi... Et secundum hoc etiam meritum dicitur dupliciter: uno modo actus, per quem efficitur, ut ipse agens habeat debitum recipiendi, ct hoc vocatur meritum condigni: alio modo, per quem efficitur, ut sit debitum dandi in dante secundum decentiam ipsius; ct ideo hoc meritum dicitur meritum congrui [20] ».

13. Modus - Species - Ordo. Adhibentur hae voces ad denotandam diversam comparationem creaturae ad Creatorem secundum triplex genus causae. Scilicet a modus attenditur secundum comparationem creaturae ad Creatorem in ratione causae efficientis; species in ratione exemplaris causae; ct ordo in ratione causae finalis 21 ». Vel *modus* significat determinationem principiorum, ex quibus forma, seu essentia rei constituitur; *species* ipsam formam, quia res per formam in sua specie constituitur; *ordo* « inclinationem rei ad finem, aut ad actionem, aut ad aliquid huiusmodi 22 ».

14. Moraliter - Physice. Γ: *Moraliter* agere dicitur ille, qui libere agit. *Physice,* qui natura sua determinatur ad agendum. 2°: *Moraliter* agere ille dicitur, qui suam agendi vini in aliquid non confert, sed alios vel exemplo, vel imperio, vel consilio etc. ad illud producendum movet. *Physice* autem qui vera et reali actione aliquid producit 2i.

15. Moraliter - Physice - Metaphysice. 1": *Metaphysice* certum nobis est illud, quod in ipsa rei essentia; *physice,* quod in naturae legibus et mundi ordine; *moraliter.* quod in ordinis moralis legibus, quibus nempe mores hominum temperantur, fundatum esse perspicimus; cuiusmodi sunt, homines non mentiri, nisi quidquam sit, quod cos ad fallendum moveat; ex sola veritate homines ad consensionem adduci posse, etc. E. g.: *Metaphysice* certum nobis est ens cogitans simplicitate gaudere, quia haec proprietas entis cogitantis ab cius essentia fluit: *Physice* certi sumus de combustione stupae, posita illius appropinquatione ad ignem, quippe scimus naturae leges minime pati, ut secus res ipsa contingat: *Morali* certitudine scimus Romulum et Remum prima Romae fundamenta iecisse; cum enim vetustissimi omnes hac de re sibi mutuo plane consentiant, quin vera haec res sit, dubitare nequimus, λ el etiam latiori significatione *moraliter* certum est illud, quod gravi probabilitate innititur, quae ad rectam prudentemque operationem loco certitudinis haberi potest. - 2°: *Meta-*

19 Litt. *F:* eff. 3.
In lib. IV Sont.. Dist. XV, q. I, a. 3 *sol.* I c.

21 S. Bonav., /n *lib. II Sent.,* Diet. XXXV, a. II, q- 1 *resol.*
22 Cf. s. Thom., I, q. V, a. 5 c. Vid. *Bonum cuiuslibet creaturae consistit in modo, specie et ordine* (lilt. *B:* eff. 6).
23 Vid. lilt. *C:* dist. 8.

physice dici solet impossibile illud, quod iu scipso contradictionem involvit, euiusmodi est homo ratione carens2'; *Physice* illud, quod licet in seipso nullam contradictionem involvat, atque adeo reipsa esse possit, vires tamen naturae omnino superat, puta mortuum ad vitam revocari 2526 *Moraliter* illud, quod regulis, quibus hominum mores diriguntur, repugnat. Ita impossibile est testem mentiri, cum praevidet mendacium detectum iri: aut illum deceptum esse in facti observatione, quod in sensus facile incurrit, cuiusque vel sua, vel suorum valde interest 2C. Vel etiam *moraliter* impossibile dicitur illud, quod non nisi maxima cum difficultate fieri a nobis potest, ideoque numquam, aut fere numquam efficitur 27. Ita est impossibile, ut qui festinus est pedibus, numquam offendat. Hoc modo dicitur etiam aliquis *non posse sanari, quia non potest de facili sanari* 2829

16. Motus: proprie acceptus - improprie acceptus. *Motus* 1°: *improprie,* et quidem latissime sumitur pro quacumque operatione etiam immanente. Hoc sensu motus tribuitur ipsi Deo; unde illud Platonis, *Primum movens movet seipsum* 20. 2°: *Improprie,* sed paullo strictius pro quacumque mutatione, vel successione sive corporali, sive spirituali, quatenus quaevis mutatio aliquam possibilitatem consequitur 30. Hoc sensu solus Deus dicitur immmobilis, omnes vero creaturae dicuntur mobiles 31 mitur pro speciali quadam mutatione, quam cernimus in rebus sensibilibus, et quae conditionem corporis sequitur. Hoc sensu motus a Peripateticis definitur: *Actus entis in potentia prout in potentia* 32. Nempe, dicitur *actus entis in potentia,* quia sicut formae sive substantiales, sive accidentales *actuant* ens, sive potentiam passivam ipsius ad illas recipiendas, ita ct motus; siquidem mobile ante motum habet potentiam passivam ad *moveri.* Dicitur autem *prout in potentia,* ut significetur motum ita *actuare* potentiam passivam ipsius receptivam, ut simul relinquat illam capace ulterioris actus recipiendi, quippe quod relinquit subiectum in potentia non solum negativa, quae consistit in negatione perfectae actual itatis, sed etiam positiva, quae praeter negationem perfectae actualitatis denotat ordinationem illius, quod dicitur esse in potentia, ad actum perfectiorem, ut est terminus ipsius motus 33. Sane, motus est actus quidam, sed sua natura ad aliquid acquirendum tendit; hinc ens, quod movetur, est *in potentia* ad id quod consecuturum est, et *in actu* eo ipso quo movetur. E. : aqua, dum calefit, est *in actu,* quia aliquid habet de forma caloris; sed est in *potentia* ad ulteriorem gradum caloris. Quare motus: 1° definitur etiam *actualis tendentia mobilis ad terminum ;* 2° dicitur « actus imperfecti, *idest* existentis in potentia 34 », cum «omnis motus sit per exitum de potentia in actum 35 »; 3° « Non est ens completum, sed est via in ens, quasi medium quid inter potentiam puram et actum purum 38 ». 4° differt ab operatione, « quia operatio est actus perfecti, sed motus est actus imperfecti, quia existentis in potentia 37 ».

21. Vid. *Possibile: intrinsece · extrinsece,* lilt. *P:* dist. 19. «Impossibile dicitur, quod nulla omnino ratione fieri potest»; e. g.,« ut sil quod non est, aut ut bis duo simul cl qualuor sint, et decem »; s. Grcg. Nazianz., *Orat.* XXXVI

23 « Illud quoque impossibile dicitur, quod natura quidem impossibile esi, Deo autem volenti possibile esi. Quo in genere eet illud, hominem bis nasci non posse, nec acu camelum admitti. Quid enim prohibeat, quominus haec fiant, si Dei voluntas ita tulerit? » e. Greg. Nazianz., *ibid.*

26 « Fieri non posse dicitur, a quo noslra voluntas abhorret »; 8. Greg. Nazianz., *ibid.*

« Saepissime asserere solemus impossibile nobis esse, quod sine difficultate perficere non volemus »; s. Anselm., De *cone* grn*tiae et liberi arbitrii,* c. X.

28 Vid. s. Thom 3 q. LXXXVI, a. 1 ad 2.

29 Vid. s. Thom., J. q. IX. a. 1 ad 1.

3U In lib. / Sent.. Dist. VIII, q. in, a. 1 *sol.*

31 1, q. IX, a. 2 c.

32 Vid. s. Thom., *In lib. Ill Physic.,* led. I.

33 « Motus est actus eius, quod est in potentia, quatenus est in potentia. Velut aes potentia statua est. Ars quippe statuae formam potest suscipere. Aeris itaque, quod potentia statua est, in eo actus positus est, ut dissolvatur et formetur ac expoliatur: quae omnia *unl motus»; s. Daniasc., *Dialect.,* c. 61.

34 I. q. XVII], a. 3 ad 1.

35 *In lib. / Sent..* Dist. VII, q. I. a. 1 ad 3.

36 *In lib. IP Sent.,* Dist. I, q. I, a. t, *sol.* 2 c.

37 *In lib. I Sent.,* Dist. IV, q. I, a- 1 ad I.

17. Motus: accretionis - decretionis - alterations. *Motus accretionis* et *decretionis* spectant ad quantitatem, prout haec augetur, vel minuitur. Motus *alterationis* respicit qualitatem, quae immutatur; ut cum aër ex lucido fit tenebrosus. Porro *alteratio,* si accipiatur *communiter,* prout nempe consistit in qualibet variatione circa receptionem alicuius qualitatis, potest etiam creaturis pure intellectualibus convenire; at si accipitur *proprie,* prout abiicitur aliquid a substantia ex *actione contrarii transmutantis,* « non est nisi circa sensibilia et circa sensibilem partem animae per se, et circa intellectum per accidens, quantum ad illas qualitates, quae in parte intellectiva ex sensibus oriuntur, sicut sunt omnes habitus acquisiti 38 ».

18. Motus: successivus - instantaneus. Eorum, quae acquirunt aliquam formam, et transeunt e potentia ad actum, quaedam id consequuntur momento temporie, alia vero paulatim et per gradus. E. g., aër, orto sole, momento temporis fit lucidus, lignum e contrario paulatim calefit. Prima mutatio vocatur *motus instantaneus,* quatenus « terminus *ad quem* non est mediatus termino *a quo »;* altera *motus successivus,* quatenus « terminus motus est mediatus principio motus39 ». Porro, licet *motus* definitio paulo ante allata magis proprie conveniat motui *successivo,* tamen etiam motibus *instantaneis* accommodari potest. Etenim in his etiam distinguimus duos status, duoque instantia, non quidem temporis, sed *naturae,* scilicet unum, in quo forma concipitur fieri, alterum, in quo concipitur facta. Jta in generatione hominis distinguimus imum instans naturae, in qua materia acquirit formam hominis, aliud, in quo est sub ipsa forma. « I\isi quod, monente s. Thoma, in mutationibus, quae dicuntur *instantaneae,* oportet quidem « esse annexam successionem, cum constet materiam non simul esse sub forma, et privatione, nec aerem esse simul sub luce et tenebris: non autem ita quod exitus, vel transitus dc uno extremo in aliud fiat tempore, sed alterum extremorum, scilicet primum, quod in mutatione abiicitur. est coniunc·

38 In lib. I Sent., Diet. XVH, q. II. a. 1 ad 5.
30 Ibid., Diet. XXXVII, q. IV a. 3 *sol.*

tum cuidam motui, vel alteration!, sicut in generatione et corruptione, vel motui locali solis, sicut in illuminatione, et in termino illius motus est etiam terminus mutationis. Et pro tanto mutatio illa dicitur esse subito, vel in instanti, quia in ultimo instanti temporis, quod mensurabat motum praecedentem, acquiritur illa forma, vel privatio, cuius nihil prius inerat, et in illo instanti dicitur generatum esse, non proprie generari, quia omne, quod generatur, generabatur, ut in IV Phys. probatur. Unde omnes tales mutationes inetantaneae sunt termini cuiusdam motus 40 ».

19. Motus: **violentus** - naturalis. *Motus naturalis* est in eo, qui vel movetur ex principio intrinseco, vel movetur a principio extrinseco, sed tamen secundum propriam naturalem inclinationem 11. Primo modo plantae naturaliter crescunt: altero modo lapis deorsum movetur. Quocirca « non eodem modo omnes motus *naturales* dicuntur; sed quidam propter principium intus existons..., et quidam propter principium passivum, quod est secundum potentiam ab agente natam in actum educi 42 ». *Motus violentus* est in eo, qui ab aliquo extrinseco principio movetur contra suam propriam propensionem: ita ut moveatur in aliquid diversum ab eo, in quod eius inclinatio tendit, vel quoad *finem inclinationis,* puta si lapis, quia naturaliter tendit ad boc, quod feratur deorsum, proiiciatur sursum: vel quoad *modum* tendendi, puta si lapis velocius proiiciatur deorsum, quam sit motus eius naturalis 4S. Illud, quod vim infert, vocatur *violentum activum,* seu *violentons;* illud vero, in quod agitur violentia, vocatur *invitum* et *vim patiens* 44. Quod si motus, seu actio sit *supra naturam* vel *quoad principium et terminum, ut patet de glorificatione corporum ;* vel tantum *quoad principium, «* sicut patet in illuminatione cocci.

40 *hl lib. I Sent.,* Dist. XXXVJI, q. IV. ad 3 *sol.*
2ao, q. VI, a. 5 ad 2.
42 *In lib. 11 Sent..* Dist. XVIII, q. I, a. 2 *sol.*
43 Ia 2·% q. CLXXV, a. 1 c.
44 Quomodo *violentum* distinguatur contra *voluntarium,* vid. litt. *V:* dist. 11.

«pria visus naturalis est, sed illuminationis principium est supra naturam »; tunc motus, seu actio *miraculosa* existit[45].

20. Mutatio: substantialis - accidentalis. *Mutatio accidentalis,* quae proprie dicitur *variatio 'ie,* est transitus de uno accidente in aliud accidens, cuiusmodi sunt accretio, decretio, alteratio, et motus locales. *Mutatio substantialis* est ea, per quam res a *non esse* ad *esse,* vel ab *esse* ad *non esse* transmutatur, ac proinde in generatione, vel corruptione consistit '7.

M

Effata.

1. Magis et minus accipitur secundum maiorem accessum ad terminum. « Dicendum, inquit s. Bonaventura, quod verum est in his, quae dicunt positionem, non autem in his, quae dicunt privationem, inuno accipiuntur per recessum. Unde magis malum dicitur quod magis recedit a bono.; et quia mimquam tantum recedit, quin adhuc magis possit, hinc est, quod numquam est ibi ponere summum l ».

2. Magis et minus non variant speciem. Hoc effatum verum est, cum *magis* et *minus* diversam participationem unius naturae significant, seu maiorem, vel minorem intensionem unius formae. E. g.: albitudo, etsi sit perfectior in nive, quam in pariete, tamen est unius speciei. E contrario, *magis* et *minus* variant speciem, si non ex diversa participatione unius naturae, sed ex gradu diversarum naturarum

15 *In lib.* /L *Sent.,* Dist. XLI1I, q. 1, a. 1 so/. 3 c.
Vid. e. Bonav., *In lib. I Sent.,* Dist. VIII, p. 1. a. II, q 2 *resol.*
47 Vid. litt. *G:* dist. 1.

In lib. II Sent., Dist. XXXIV, a. 11, q 1 *ad afg*

oriuntur, sicut Angelus est magis intellectualis, quam homo: vel cx formis diversorum graduum, sicut Angeli *diversiflean-tur secundum magis et minus;* siquidem in formis differentia invenitur « per hoc, quod una est perfectior aliis 2 ». Item, *magis* et *minus impediunt unitatem speciei,* quatenus modo eminentiori competit idem aliquid uni, quam alteri: quibus duobus modis aliquid praedicatur *magis et minus* de Deo et creatura 3. Denique « hoc est verum in genere naturae, sed non est verum in genere moris, sicut patet, quia vilia diversificantur formaliter secundum speciem penes superabundantiam et defectum non solum a se invicem, sed etiam a virtute 4 ».

3. Magis universale comparatur ad minus universale UT TOTUM, et UT PARS. Videlicet comparatur ut totum, si suae *extensionis,* seu *ambitus* ratio habeatur; nam hac ratione in magis universali non solum continetur *in potentia* minus universale, sed etiam alia, ut sub animali non solum continetur homo, sed etiam equus. Comparatur vero ut pars, si in sua *comprehensione,* seu *complexu* inspiciatur; nam hac ratione minus universale continet in sui conceptu non solum magis universale, sed etiam alia, ut homo non solum continet animal, sed etiam rationale 3. Inde illa regula logica existit, *ambitum* ct *complexum* notionis *in ratione inversa* ad se referri.

4. Magis universalia sunt priora minus universalibus. Nempe, secundum nostri Doctoris explicationem, simt *priora secundum viam generationis et temporis;* hoc enim modo magis commune est imperfectum et in potentia; quae autem sunt huiusmodi sunt priora 6. 1‹1 manifeste apparet in generatione hominis; nam prius generatur animal, quam homo. At contra se res habet, si spectetur ordo *intentionis naturae;* hac enim ratione homo prior est, quam animal;

2 *Contr. Gent.,* lib. HI, c. 97.
3 Vid., I. q. L, a. 4 ad 2; *In lib. / Sent.,* Dist. XXXV, q. I, a. 4 ad 3; *Qq. dispp., De pot.,* q. VII. a. 7 ad 3.
4 S. Bonav., *ht lib. II Sent.,* Dist. XLII, a. Ill, q. 1, *ad arf.* 3 I, q. LXXXV, a. 3 ad 2.
c Vid. *Perfectum est prius imperfecto,* litt. *P:* eff. 3.

naturae enim intentio non sistit in generatione animalis, sed intendit generare hominem 7. Quod si natura magis univer· salis spectetur, quatenus a mente nostra efformala est, nempe prout a nobis cognoscitur uti magis universalis, tunc est posterior minus universali, nam mens nostra sibi comparat notiones magis universales, ex eo quod seorsum considerat ea, in quibus minus universalia conveniunt, et ea, in quibus ipsa differunt. Diximus, *prout a nobis cognoscitur uti universalis,* ut his verbis significetur cognitio reflexa, et distincta; si enim de cognitione directa et confusa sermo sit, statuendum est naturam magis universalem prius a nobis cognosci, quam minus universalem. E. g.: «prius occurrit intellectui nostro cognoscere animal, quam cognoscere hominem 8 ». Ratio est, quia cognitio naturae magis universalis, quippe quae pauciores notas complectitur, imperfectior est cognitione naturae minus universalis; intellectus autem noster, cum non in actu cognitionis, sed in potentia ad cognoscendum a Deo sit creatus, principio cognitionem rerum imperfectam acquirit, deinde eam gradatim perficit.

5. Malo contrarium est tum bonum, tum malum. Nam vitio opponitur non solum virtus, sed vitium ipsum. Exemplum sit avaritia, cui adversatur et libcralitas, et prodigentia J. Sed hoc effatum fusius alibi explicavimus, ubi etiam rationem attulimus, ob quam bono malum dumtaxat sit contrarium 1I.

6. Malum aliquando sequitur ex bono. Nempe nihil prohibet, quominus aliquod peccatum ex virtute procedat, non quidem *directe,* nempe ex parte ipsius virtutis, eo modo, quo actus ex habitu procedit; nam, ut s. Augustinus

7 Cf. litt. /; eff. 21.

8 I, loc. cit. c. et ad 1.

° « Bono quidem malum contrarium est; malo autem quandoque bonum, quandoque aliud malum. Etenim temperantiae intemperantia contraria est; intemperantiae autem interdum temperantia, interdum stupiditas. Est enim stupiditas, cum non moventur, aut excitantur animae affectiones; quapropter intemperantia temperantiae defectus est; stupiditas autem excessus. Porro defectus cum excessu pugnat »; s. Damasc., *Dialoa.* c 57

‘° litt. B eff. 15.

inquit, *virtute nemo male utitur* 11 : sed *indirecte,* sive oc-*casionaliter,* puta cum aliquis ex virtutibus superbit; vel cum ex timore Dei, aut horrore propriorum peccatorum con-tingit desperatio, quatenus his bonis aliquis male utitur,
f occasionem desperandi ab eis accipiens 12.

7. Malum est praeter intentionem in rebus 13.

8. Malum est ut in pluribus, bonum ut in paucio-ribus. Seu malum in pluribus invenitur, quam bonum. Quod quidem accipi nequit de malo, quod est praeter naturam entis; hoc enim in paucioribus invenitur, cum natura sem-per, vel in pluribus suum effectum consequatur. Quare ac-cipiendum est hoc effatum de malo quod invenitur in hotni-
l nibus, qui bona sensibilia potiora habent bono rationis. Porro huiusmodi malum est in pluribus, quia bona sensi-bilia sunt pluribus nota, quam bonum rationis 14.

i

9. Malum noiN est aliqua natura. Malum enim con-sistit in privatione, quae profecto non est aliqua essentia, sed potius negatio in substantia 15. Ex hoc effato alia con-sequuntur:

1° Nihil potest esse per se malum. Etenim per se dicimus tale, quod est tale per suam essentiam: omne au-tem, quod est, in quantum est ens, necesse est esse bonum 16.

2° Malum est in aliquo bono. Cum enim malum non possit esse per se existens 1T, oportet ut sit in aliquo subiec-

11 De lib. arb., lib. II, c. 18.

12 21 2a®, q. XX, a. 1 ad 2.

13 Vid. *Omne agens agit propter bonum,* lilt. *O:* eff. 7.

14 Cf. s. Thomam, I, q. LXIII, a. 9 c.

15 « Maluni est non ens, veraque privatio est, ac nihil, et quem-admodum privatio habitui, sic bono opponitur &; s. Damasc., *Dialog, contra Manich.*. n. 1.

16 « Omnis natura, in quantum natura est, bona est »; s. Aug., *De Hb. arb.,* lib. III, c. 13, n. 36.

17 « Bonum idem est cum existent»'; cum vero malum aut pra-vum contrarium sit bono, et contrarium existent! sil non existens, sequitur malum et pravum esse non existens »; Orig., *Comm, in loan., c. II,* n. 7.

to; at omne subiectum est quoddam bonum: ergo malum.est in aliquo bono 18.

3° Malum simpliciter summum esse non potest. Deberet enim esse malum per essentiam; nihil autem potest esse per suam essentiam malum; ostensum est enim quod omne ens, in quantum est ens, est bonum, et quod malum non est nisi in bono, ut in subiecto19. Quapropter « summum malum non eontrariatur summo bono secundum rem, sed solum secundum vocem, nihil enim est adeo malum, in quo non sit aliquid boni, ad minus esse 20 ». Diximus, *simpliciter summum,* quia, ut advertit s. Bonaventura, « est reperire malum summum in proprio genere, sicut videmus aliquem ita privatum visu, quod non potest esse magis 21 ».

4° Malum non totaliter consumit bonum. Etsi cnim malum corrumpat bonum, tamen non totaliter illud destruit: siquidem, quantumvis multiplicetur malum, semper remanet mali subiectum, si malum remanet; subiectum, autem mali est bonum; remanet igitur semper bonum 22. Diximus, *si malum remanet,* nam « subiecto corrupto, etiam privatio, quae in subiecto erat, desinit23 ».

5° Malum habet aliquo modo causam. Nam quidquid est in aliquo, ut in subiecto, oportet ut habeat aliquam causam, gignitur enim vel ex ipsius subiecti principiis, vel ab exteriori causa; malum autem est in bono, sicut in subiecto; ergo habet aliquam causam. Pono haec causa est bonum, non vero malum. Equidem malum, cum non sit aliquod ens, ne causa quidem esse potest; quia, cum *omne agens agat, in quantum est actu 21,* res non est

ls « Mala omnino sine bonis, et nisi in bonis esse non posBttnl, quamvis bona sine malis possint. Potest enim homo, vel Angelus non esse iniustue; iniimus autem non potest esse, nisi homo, vel Angelus; et bonus, quod homo, et bonus, quod Angelus, malus, quod iniustus »; s. Aug., *Enchir* c. 14, n. 4.

19 I, q. XLIX, a. 3 c.

20 *In lib. Il Sent.,* Dist. I, q. I. a. 1 ad 1. Cf. litt. *M:* eff. 1.

21 *In lib. II Sent.,* Dist. XXXIII, a. II, q. 1 *ad arg.*

22 Vid. *Privatio', simplex - non simplex,* litt. *P;* dist. 62.

23 *In lib. II Sent.,* Dist. XXXIV, q. I, a. 1 ad 1. Vid. Jill. /1: eff. 46.

causa, nisi quatenus est ens, ac proinde aliquid bonum. Hinc, uti alibi diximus 25, malum non potest esse causa, nisi quatenus bonum ei adiungitur. Bonum autem est causa mali non *per se,* sed *per accidens;* e. g.: ex eo quod causae agenti aliquis defectus accidit, consequitur defectus in effectu et actione 26.

10. Materia est de se otiosa. Seu est nullius activitatis, quippe quae est indifferens ad quamlibet formam et operationem 27.*

11. Materia deprimit eor mam. Quemadmodum enim actus eo minus est perfectus, quo magis potentiae admiscetur ita forma minus perfecta est, quo magis materiae immergitur. Hinc perfectio formarum ex earum elevatione et eminentia supra materiam desumitur 29.*

12. Materia non creatur, sed concreatur. Creationis enim terminus est ens; uude sicut materia prima non est ens actu, sed solum initium entis, atque completur in ratione entis, quando recipit formam; ita quoque creationis terminus non est *materia prima,* sed materia una cum forma 31'.

13. Medium comparatum uni extremo videtur alterum. Intelligitur de medio quod participat naturam utriusque31; e. g.: tepidum respectu calidi est frigidum, respectu vero frigidi est calidum 32. Quocirca, uti observatum est a s. Bonaventura, hoc effatum in rebus ad mores pertinentibus non semper evenit, quia « medium reperilur in genere virtutis, et extrema sunt in genere vitiorum " ».

21 Vid. litt. *F:* dist. 16.

26 Haec omnia prae oculis habenda sunt ut Manichaeorum commentum refellatur. De his vid. s. Thom.. Confr. *Gent.,* lib. III. c. 47 cl alibi *passim.*

Vid. litt. *F:* dist. 9. et 17.

2S *Contr. Gent.,* lib. I, c. 43.

29 Vid. lilt. *F;* dist. 13.

30 1, q. LXV, a. 4 c. Vid. litt. *G:* diet. 1.

31 Vid. litt. *M:* dist. 8.

32 I, q. CVIII, a. 5 ad 4.

33 *In lib. Ill Sent.,* Dist. XXIII» a. I, q. 1 nd *arg.*

14. Medium, quo magis appropinquat uni extremorum, eo magis recedit ab alio, et vicissim. E. g.: anima humana, quae medium locum tenet inter substantias intellectuales, et substantias corporeas, quo magis a corporalibus abstrahitur, eo magis, quoad intelligendi modum, Angelis assimilatur; ct c contrario, quo magis in res materiales se immergit, eo magis ab Angelis recedit.

15. Medium est nobilius extremis. Hoc effatum circa *moralia* praecipue vim habet, in quibus virtus neque in excessu, neque in defectu, sed in medio consistit. Quod tamen applicari nequit virtutibus *theologicis;* namque harum obiectum immediatum est ipse Deus; ideoque nullum vitium *per excessum* iis inesse potest 34. Diximus, *circa moralia;* nam *extra moralia* medium inter excessum et defectum non est perfectius, e. g., homo est longe imperfectior Angelis, licet medium inter hos, et alias creaturarum species locum teneat.

16. Melius est dare, quam accipere. Nam natura alienius virtutis magis in agendo, quam in patiendo cernitur; sed dare est agere, accipere est pati ; ergo melior est virtus dantis, quam accipientis. Ast, ut veritate gaudeat hoc effatum, in primis ex parte accipientis requiritur, ut sil indigens, sive sit *in potentia* ad recipiendum: deinde ex parte dantis, ut libere det. Hinc perperam colligebant Ariani Filium non esse substantialem Patri in admirando illo Trinitatis mysterio. Filius enim numquam fuit *in potentia,* sed semper *actu;* unde nec Ei, tamquam indigenti Pater dedit, aut dare potuit; quaecumque enim Filius habet, ab aeterno et immutabiliter habet. Neque Pater libere, sed per necessariam emanationem Filium generat. Unde s. Thomas: « Dicendum, quod non est de ratione dationis, quod ponatur aliqua auctoritas respectu dati, nisi quando datur aliquid quod habetur per modum dominii; et talis datio non est in Divinis :t ' ». Insuper ex parte dantis requiritur etiam, ut dan-

31 *In lib. IV Sent.,* Dist. L, q. 1, a. 1 *sol.* Vid. *Virtus consistit in medio* (litt. *V:* eff. 9),

33 *In lib. I Sent..* Dist. XV, q. IIT, a. 1 ad 1.

do retineat, vel nobiliori modo reparet quod alteri tribuit. Hanc ob rationem, cum de bonis animi agitur, semper verum est illud effatum.

17, Modus operandi sequitur modum essendi; *vel.* Operari sequitur esse; *vel,* Qualis modus essendi, talis modus operandi 30. Horum effatorum, quae passim a s. Thoma adhibentur, sensus sunt: 1° Ipsa operantis habilitas valde perfecta, aut imperfecta est, prout est cius essentia. E. g. : virtus agendi in Deo est perfectissima, quia talis est Eius natura. 2° Operatio lam perfecte et excellenter circa obiectum suum versatur, quam perfecta est essentia operantis. Hinc proportio intercedere debet inter naturam operantis, et modum, quo per operationem obiectum attingitur. E. g. : cum creatura sit finita, Deum finito tantum modo cognoscere potest. 3° Proportio etiam debet esse inter naturam operantis, et modum ipsius operationis; seu talis est modus, quo fit operatio, qualis est operantis natura: quare ad dignoscendum, an modus agendi sil dependens ab alio, sit vitalis, profluat ex materialibus principiis etc., videndum est. qualis sit natura operantis; si enim haec huiusmodi sit. ut a nullo dependeat, talis erit et modus operandi; si sit corporea ct materialis, modus operandi erit etiam materialis etc. Hinc vicissim :

Qualis modus operandi, talis modus essendi: nam *a posteriori* per effectus et operationes naturam rei deprehendimus. Ex huius effati explicatione clare illud intclligitur :

Modus cognoscendi sequitur modum essendi.

lamvero. ut ea, quae diximus, rectius intelligantur, haec adnotamus: 1° Similitudo intercedere debet inter naturam operantis, atque modum, quo perficitur operatio, non vero inter illam, atque terminum, seu obiectum operationis. Quare cx eo, quod mens nostra est immaterialis, non quidem consequitur, quemadmodum Idealistae contendunt, ut res materiales percipere nequeat, sed dumtaxat, ut res materiales immateriali modo perci piat. Rursus ex eo. quod

36 « Operantem suae coaptari operationi, hanequo illi congenerem ac affinem esse prorsus necessc est »; s. Maxim.. *Opusc. theol. et polem., De Duabus unius Christi Dei nostri voluntatibus.*

mens corpora percipiat, non sequitur, quemadmodum Materialislae comminiscuntur, ut corporca sit, quia non nisi modo immateriali corpora percipit. 2° Proportio inter naturam operantis, et modum, quo fit operatio, et obiectum attingitur, intel ligenda est vel inter hunc modum naturalem et naturam operantis in se spectatam, vel inter modum supernaturalem, et naturam quadam vi supernatural! a Deo auctam. Quocirca proportio existit inter cognitionem intuitivam Dei, et intellectum creatum supernatural! lumine gloriae a Deo donatum, non vero, quemadmodum Ontologi opinantur, inter illam, et vires naturales eiusdem intellectus.

18. Motus comparatur ad quietem et ut ad principium, ET UT ad terminum. Comparatur quidem ut ad principium. quia motus omnis ab immobili procedit37; ut ad terminum, quatenus finis motus est quies. Quod effatum s. Thomas intellectui et rationi, inter quae eadem differentia existit, ac inter quietem ct motum 38, accommodans, haec habet: « Comparatur (ratio) ad intellectum ut ad principium, et ut ad terminum; ut ad principium quidem, quia non posset mens humana cx uno in aliud discurrere, nisi eius discursus ab aliqua simplici acceptione veritatis inciperet, quae quidem acceptio est intellectus principiorum: similiter nec rationis discursus ad aliquid certum perveniret, nisi fieret examinatio eius, quod per discursum invenitur, ad principia prima, in quae ratio resolvit 39 ».

19. Motus intensior est in fine, quam in principio. Equidem natura magis tendit in id, quod est sibi conveniens, quam fugit id, quod est sibi repugnans ‘°. Hinc motus *naturalis* intensior est in fine, cum appropinquat ad terminum suae naturae convenientem, quam in principio cum recedit a termino suae naturae non conveiiticnli ,1. Hoc ta-

3' Vid. *Primum movens in quolibet genere est non motum in illo genere motus* (litt. *P:* cfT. 23).

18 Vid. cit. litt. *P. Primum movens debet esse immobile,*

3 Qq. dispp., De Ver.,* q. XV, a. 1 ‹:. . Vid. *Processus: compositivus - resolutions* (litt. *P:* dist. 63).

40 Vid. litt. *B: eff.* 11.

41 **P** 2·*, q. XXXV, a. 6 c.

men intelligitiir de motu naturali, qui *ab intrinseco* proficiscitur; non item de motu *violento,* seu qui *ab extrinseco* oritur. Nam, ut ait sanctus Doctor, « huiusmodi motus intenditur ex ipsa contrarielate, quia unumquodque suo modo nititur ad resistendum contrario, sicut ad conservatione: sui ipsius. Unde motus violentus intenditur in principio, et remittitur in fine 42 ».

20. MiJLUFORME SEQUITUR AD UNIFORME. Hoc vemm est de principio *multiformi* quoad ipsam sui essentiam, scilicet, quod ex multis est compositum; siquidem principium, quod ita multiforme est, oportet esse posterius *uniformi,* eadem ratione, qua compositum est posterius simplici. At principium, quod est *multiforme* quoad effectus, scilicet quatenus ad mulla se extendit, est prius quam *uniforme,* non enim ad plura se extendere posset, nisi simplicius esset: e. g.. voluntas, cum ad opposita se habeat, *prior,* seu nobilior est natura, quae determinatur ad unum 13.

21. Multiplicatio individuorum est propter conservationem **SPECIEI** “.

22. Multiplicato inferiori, multiplicatur ratio in 11.1.0 **INCLUSA**. Etenim, *inferius,* seu *minus commune continet in sui ratione superius,* seu *maeis commune, ut homo animal* ‘5. Quocirca multiplicationem hominis multiplicatio animalis consequitur.

23. Multiplicato uno oppositorum, multiplicatur et reliquum. Intclligcndum est: 1° « De multiplicatione non secundum divisionem, quae est in partes subiectivas, sed secundum diversas acceptiones, sive significationes. Cum enim irrationale dividatur contra rationale, non oportet ({uod tot sint rationalia, quot irrationalia 46 ». 2° Intclligendum est de oppositis, « in quibus est eadem ratio multiplicationis ». Quocirca. « eum bonum contingat ex una et in-

12 1· 2»% q. XXXV, a. 6 ad 2.
43 *Qq. dispp., De Ver,,* q. V. a. 2 ad 2.
Vid. litt. /.· eff. 21.
45 I, q. LXXXV, a. 3 ad 2.
46 S. Bonav., *hi lib. Il Sent.,* Dist. XXVII, a. I. q. 1 <«/ erg.

tegra causa, malum autem cx singularibus defectibus47 « fieri potest, ut «imi virtuti plura vitia opponantur*·»; nempe « uni bono nata sunt opponi plura mala, cum malum sit multifarium, et bonum uno modo 49 ».

24. Multiplicato uno relatorum, multiplicatur et RELIQUUM 50.

25. Multiplicitas nominum non attenditur secundum NOMINIS PRAEDICATIONEM, SED SECUNDUM SIGNIFICATIONEM. E. g.: « hoc nomen *homo* de quocumque praedicetur, sive vere, sive false, dicitur uno modo; sed tunc multipliciter diceretur, si per hoc nomen *homo* intenderemus significare diversa, puta si unus intenderet per hoc nomen *homo* id quod vere est homo, ct alius intenderet significare eodem modo lapidem, vel aliquid aliud 51 ».

26. Multitudo ex unitatibus constituitur. Ratio est, quia multitudo est totum *heterogeneum,* in quo nempe quaelibet pars caret forma totius, quemadmodum pars domus non est domus, neque pars hominis est homo 52. At vero, unitates constituunt multitudinem, non quatenus opponuntur multitudini, nullum enim oppositum ex suo opposito constituitur, sed quatenus sunt entia: sicut ct partes domus constituunt domum, quatenus sunt quaedam corpora, non quatenus sunt domus 53.

47 Vid. litt. *B:* cff. 8.
48 S. Thom., 2a 2a0, q. XC1I, a. 2 ad 1.
49 S. Bonav., loc. cit.
Vid. litt. *R:* efT. 14.
51 I, q. XIII, a. 10 ad 1.
52 Vid. *Totius et partium non est eadem ratio* (litt. *T:* cff. 5).
53 1, q. XI, a. 2 ad 2.

N

Distinctiones.

1, Natura - Essentia. Essentia est id, per quod res in sua specie constituitur, et a ceteris distinguitur; et ideo est aliquid primum in re, radix omnium illius proprietatum; puta *animalitas,* et *rationalitas* respectu hominis; homo enim cx his iu sua specie collocatur, atque a ceteris rebus distinguitur, neque in eo aliquid est prius *animalitate,* et *rationalitate,* a quibus omnes illius proprietates fluunt, puta vis intelligendi, sentiendi, appetendi etc. Appellari solet etiam *conceptus rei,* est enim id sine quo res accurate concipi nequit; *definitio,* quia essentia est, illud, quod per definitionem significatur 1; *quidditas,* quia per ipsam apte respondetur, dum quaeritur, quid res sit. Nomen *naturae* autem primo institutum est ad significandam generationem viventium, scu *nativitatem;* quo modo primogenitus dicitur ex *natura,* idest ex ipso nativitatis iure, praelatus fratribus. Quoniam vero haec generatio est a principio intrinseco, ideo nomen *naturae* extenditur ad significandum *principium intrinsecum cuiuscumque motus,* seu principium intrinsecum, a quo operationes rei promanant. Rursus, quia huiusraodi principium est *formale,* vel *materiale,* tam *materia,* quam *forma* nominatur *natura,* puta cum dicitur ad hominis *naturam* spectare tum animam, tum corpus. Denique cum per formam essentia cuiusque rei perficiatur, ideo

1 Vid. lilt. *D:* dist. 5.

ipsa essentia rei vocatur *natura* 2. Ex his id intelligitur, quod vulgo docetur, *naturam* nempe esse ipsam essentiam rei, quatenus spectatur vehit radix proprietatum, atque internum primum principium operationum entis. Ad aliud etiam significandum vox *natura* adhibetur, nempe totam collectionem rerum creatarum, et virium, quae earum sunt propriae, ut cum dicimus aliquid esse in rerum *natura,* idest in universo; vel aliquid fieri secundum *naturae* vires, idest secundum vires, quae ambitu rerum creatarum continentur 3.

2. Naturale - Connaturale. Sicut natura dicitur vel nativitas rei, vel essentia, ita aliquid naturale dupliciter accipi potest, scilicet vel quatenus ex principiis essentialibus rei profluit; e. *g.,* naturale est igni sursum ferri 4; vel quatenus a nativitate accipitur. E. g. : hoc modo *naturalia* dicuntur quaé a Deo habuit homo in principio creationis sive secundum communem naturae cursum, sive per beneficium gratiae 5. Tam naturale hac altera ratione acceptum minus proprie dicitur *naturale* e, altera autem ratione est proprie *naturale,* et ideo dicitur *connaturale.* E. g. : immortalitas, qua primus homo a Deo in creatione donatus fuit, dici potest aliquo modo *naturalis,* quia in ipsa naturae creatione illam a Deo accepit; numquam vero *connaturalis,* quia naturae proprietas non est, seu ex naturae principiis non Huit, neque ipsi est debita. Hinc s. Bonaventure: « Dicendum, quod non omne, quod inest homini a principio suae nativitatis, naturale est, nisi extendatur hoc nomen *naturale;* multa enirna bona gratis data concreantur, ct dantur cum natura, sicut planum est ' ».

2 I, q. XXXIX, a. 1 ad 4. « Veteres... pro essentia et substantia naturam vocabant »; s. Aug., De *mor. Man. et Eccl. Catii..* lib. II, c. 2, n. 2.

3 « Hanc etiam appellamus naturam, cognitum nobis cursum, solitumque naturae, contra quam Deus cum aliquid facit, magnalia, vel mirabilia nominantur », s. Aug., *Contr. Faust.,* lib. XXVI, c. 3.

1 3, q. II, a. 12 c.

« Ibid., q. XXXV, a. 3 ad 2.

° *In lib. II Sent..* Dist. XVII, q. III, a. 1, so/. 2 c.

In lib. II Sent., Dist. XIX, a. III, q. 1 *ad arg.*

3, Naturaliter · SUPERNATURALITER. Γ: *Naturaliter* fieri dicitur illud, quod evenit secundum consuetum naturae ordinem, qui profecto etiam Causae primae ordinarium concursum complectitur. E. g.: *naturaliter* tempore aestivo plantae crescunt. 2°: *Naturaliter* fit id quod non excedit agentium naturalium *vires;* e. g., *naturaliter* per opportuna remedia sanitas infirmo restituitur. 3°: *Naturale,* seu potius *connaturale,* uti iam explicavimus, dicitur id. quini ex postulatur a naturalibus principiis, ex quibus res constituitur, nempe id quod « convenit sibi secundum conditionem suae formae, per quam in tali natura constituitur [8] »; ita cognitio rerum intelligibilium sub forma sensibili est homini *connaturalis.* - *Supernaturaliter* vero: 1° fit illud, quod evenit per extraordinarium concursum Causae primae, seu ita ut Deus effectum aliquem naturalem sine causis naturalibus agat; ita fieret sanatio aegri temporis momento. 2' Illud, quod naturae creatae vires prorsus excedit: puta maris divisio, ut transeuntibus iter praebeat, mortui ad vitam revocatio etc. Hinc illa mira, quae ope daemonis fiunt, quaeque effectus magici vocantur, non nisi *relative* supernaturalia, prout a creatura, quae altera superior est, producuntur, numquam vero *absolute* supernaturalia sunL; siquidem omnis naturae creatae vires non excedunt. 3° Su*pernaturaliter* alicui inest, vel convenit illud, quod excedit cius naturalem facultatem; ita ut perficiatur supra id, quod ipsius naturalis constitutio peteret; e. g.. intuitiva cognitio Dei est intellectui creato *supernaturalis* [9].

4. Naturaliter - Violenter [10].

5. Natura: naturans - naturata. *Natura naturans* a quibusdam vocatur ipse Deus, quatenus est auctor, conservator et moderator naturae [11]. Complexus rerum omnium

8 S. Thom., *In lib. II Sent.,* Dist. XXXIX. q. 11, a. 1 *sol.*

9 « Id enim Divinae solummodo gratiae proprium est, ut certa quadam ratione Deifi rationem rebus tribuat, quae nimirum naturam, luce naturam excedente, illustret, supraque proprios fines excellentia gloriae ac claritatis elevet »; s. Maxim. *Capita ad theol. et oeconom. spectantia,* Capita centena prima, n. 76.

10 Vid. *Motus: naturalis · violentus* (lilt. *M:* dist. 19).

11 « Natura dicta est ab eo. quod nasci aliquid faciat; gignendi

creatarum dicitur *natura naturata.* - Penes antiquiores autem *natura naturans* est natura universaliter accepta prout constituit essentiam rerum particularium: « Haec est natura, quam antiqui vocabant naturantem, nempe, est qua principium principiat principiatum, et dat ei naturam, qua sit, et qua diffiniatur in vero esse ». *Natura* vero *natu-rata* est « natura particularizeta, et ad singulare deducta 12 ».

6. Necessitas: antecedens - consequens. *Necessitas antecedens* est vel quae oritur ex violentia, et dicitur etiam *necessitas coactionis* 13, et haec « non cadit in motibus voluntatis, eo quod voluntas naturaliter est a coactione libera 14 »; vel est vis, qua res naturali inclinatione, quam vitare non potest, ad unum movetur. Huiusmodi est necessitas, qua lapis, nullo retinente obice, deorsum fertur, vel qua voluntas humana ad bonum universale tendit 1 '. *Consequens* ea est, quae sequitur liberum voluntatis consensum 16 : hoc modo neccsse est loquentem loqui, vel necesse est voluntatem hoc aliquid eligere eo quod velit aliud bonum consequi, vel aliquod malum vitare. Ista vocatur etiam *hypotetica,* vel *ex suppositione,* illa *absoluta 1'.*

eniin et faciendi potens est. Hanc quidem Deum esse dixerunt, a quo omnia creata sunt, existunt »; s. Isidor., *Etymolog.,* lib. XI, c. 1.

12 B. Alb. M., *Poster.,* lib. I. tract. II, c. 3.

13 Qq. dispp.. De Ver., q. XVII, a. 3 c.

11 Ibid.

15 Vid. litt. *I:* dist. 2.

16 « Est necessitas praecedens, quae causa est, ut res sil, ct esi necessitas sequens, quam res facit. Praecedens et efficiens necessitas est, cum dicitur coelum volvi, quia neccsse est, ut volvatur. Sequens vero, et quae nihil efficit, sed fit, est cum dico, te ex necessitate loqui, quia loqueris. Cum enim hoc dico, significo nihil facere posse, ut dum loqueris, non loquaris, non quod alius te cogat ad loquendum. Nam violentia naturalis conditionis cogit coelum volvi, te vero nulla necessitas facit loqui. Sed ubicumque est praecedens necessitas, est et sequens; non autem ubi sequens, ibi statim et procédons. Possum namque dicere, necesse est coelum volvi, quia volvitur; sed non similiter est verum, idcirco te loqui, quia neccsse est, ut loquaris »; 6. Anselm., *Cur Deus homo,* c. XVII.

l Alias explicationes necessarii *absoluti et hypothetici,* vid. liti. *A:* dist. 7 et 8.

i

7, Necessitas: consequentiae - consequentis. In syllogismo aliud est conclusionem necessario sequi ex praemissis, aliud conclusionem necessariam sequi; nam in omni syllogismo sequitur necessario, sed non in omni necessaria est. Quare duplex notatur necessitas conclusionis, una nempe *consequentiae,* seu *formae,* quae dicitur etiam *hypothetica;* altera *consequentis,* seu *materiae,* quae dicitur etiam *absolutu.* Necessitas *formae* est, quando ob formam syllogisticam, eo quod in tali figura, aut tali modo sit, necessario colligitur conclusio. Necessitas autem *materiae* est, quando res ipsa, quae concluditur, necessaria est, ita ut eius oppositum sit simpliciter impossibile. Illa in omnibus syllogismis reperitur; haec non in omnibus, sed maxime in demonstrationibus.

8, Necessitas: quoad exercitium - quoad specificationem. Opponuntur *indifferentiae: quoad exercitium - quoad specificationem 18.*

9, Negatio - Privatio. *Negatio* est absentia formae in subiecto ad eam recipiendam inepto: cuiusmodi est absentia visus in lapide. *Privatio* est absentia formae debitae subiecto; e. g., caecitas in oculo Petri. « Quando aliquid, inquit s. Thomas, non habet illud, quod natum est habere, el quando, ct ubi, et secundum alias conditiones, sic proprie dicitur privatio, et imperfectionem importat 19 ». Dicitur *quando,* et *ubi,* siquidem infans, e. g.. non vocatur edentulus, quia tali tempore non est aptus habere dentes: neque homo vocatur caecus, eo quod non habet visum in manu 20. Porro, *privatio,* ratione subiecti atque eius ido-

18 Vid. liti. / : dist. 9.

19 *In lib. I Sent·,* Dist. XXV HI, q. I, a. 1 ad 2. Quod etiam Tul·lius docuit lie verbis. « Cum non habeas, quod tibi nec usu. nec natura sit aptum, non careas, etium si sentias te non habere »: *Qq, Tu-$cull..* lil). I, c. 36.

20 « Haec *(privatio)* porro iribus hisce nolis insignitur, ut sit quod natura comparatum est habere, nec ullo tamen pacto habet, verum prorsus privatum est; et quando ac ubi natura comparatum est; e. g.: non dicimus lapidem caecum esse; neque enim comparatus est. ut cernendi habitu polleat. Nec canem recens natum caecum appellamus, aut nuper natum infantem edentulum, quia eo tempore habere visum, aut dentes minime comparati sunt. Neque item pedem caecum

neitatis ad formam, est quodammodo quid realc et positivum, unde *privationes* maiores, vel minores dicuntur; at huiusmodi non est respectu absentiae formae; visus enim absentia nihil praecise est. Quid autem sit privatio *simplex,* et non *simplex,* explicabitur litt. *P.*

10. Nomen: primae notionis - secundae notionis[21].

11. Nomina: propia - appropriata. Haec distinctio a Theologis Scholasticis traditur quoad nomina, quae adhibentur *in Divinis.* Scilicet *nomina propria* sunt quae notionem cuiusque Personae Divinae significant, nec alteri convenire possunt; e. g., *Ingenitus, Pater* sunt nomina primae Personae. *Appropriata* vero sunt tribus Personis communia, sed aptantur uni propter quamdam cum Eius notione congruentiam: c. g., Sapientia attribuitur Verbo, quia a Patre per intellectum procedit.

12. Nominaliter - Participaliter [22].

13. Notio: formalis prima - objectiva prima - secunda **FORMALIS - SECUNDA OBJECTIVA [23].**

14. Notionalis actus - Essentialis. Quoniam *natio* in Divinis est *propria ratio cognoscendi Personam Divinam* 34, ita Theologi Scholastici appellant *actum essentialem,* prout alicuius Personae est proprius. E. g.: intellectio, prout Tribus Personis est communis, dicitur *essentialis;* prout per illam Pater generat Filium, dicitur *notionalis,* seu propria Patris.

15. Notum: secundum se, et quoad nos - **SECUNDUM** se, ET non quoad nos. Sunt duo modi, quibus propositio dicitur *per se nota.* Scilicet *per se nota* est propositio, cuius praedicatum in ipsa subiecti ratione includitur Iam si medio non indigeat, ut a nobis, illi subiecto praedicatum ines-

esse dicimus, quandoquidem a natura non habet in pede videndi habitum. Cum igitur tribus his modis habere comparatum est, nec tamen habet, privatio dicitur »; s. Ioann. Damasc., *Dialect.,* c. 58.

31 Vid. litt. /: diet. 25.

22 Vid. litt. P: dist. 6.

23 Vid. *Intentio: prima - secunda* (lilt. *I:* dist. 25).

21 I, q. XXXII, aa. 2 ct 3.

sc cognoscatur, propositio erit *nota secundum se et quoad nos.* Contra, si propositio *per se nota* indiget medio, ut a nobis cognoscatur, tunc erit quidem *nota secundum se, sed non quoad nos.* E. g.: haec propositio, Horno est ratione praeditus, est per se nota secundum sui naturam; qui enim dicit *hominem,* dicit simul *ratione praeditum.* Si quis tamen ignoret definitionem subiecti, eadem propositio erit nota *secundum se,* sed non quoad illum qui subiectum propositionis ignorat. Ex hoc colligitur, ut sint quaedam propositiones, *per se* notae, quae sunt notae *secundum se et quoad omnes;* scilicet illae, quarum termini sunt omnibus noti, ut, omne totum est maius sua parte; aliae, quae sunt notae tantum *secundum se, c.* g., existât Deus; siquidem, cum terminos huius propositionis secundum propriam rationem non apprehendamus, idest *existentiam* ad ipsam Dei essentiam pertinere immediate non cognoscamus, demonstratione indigemus, ut illa veritas a nobis perspiciatur: denique aliae, quae sunt notae *secundum se,* et quoad illos, qui terminos propositionis intelligunt: ut, incorporalia non sunt in loco *circumscriptive* etc. 25.

16. Notius: nobis - NATURA. Quemadmodum intellectus noster non simul per se omnia cognoscit, sed quaedam prius, quaedam posterius, atque non semper eumdem. quem natura, observat ordinem; fit ut. aliud sit *notius natura.* aliud *notius nobis.* Scilicet, *notiora natura* appellantur quae natura sua huiusmodi sunt, ut magis cognosci possint, seu naturam habent magis cognoscibilem, quamvis propter cognitionis nostrae modum minus a nobis cognoscantur. *Notiora nobis* sunt «piae prius nostrae cognitioni occurunt. et medium nobis praebent ad aliarum veritatum cognitionem. E. g., simplicia *natura sua magis nota* sunt, quam composita: item causae rerum sensibilium magis, et prius, quam effectus; unumquodque enim cognoscibile est, quatenus est 20; simplicia autem ct causae magis actu sunt, quam composita ct effectus. E contrario, *nobis notiora* sunt coni-

24 Vid. s. Thom., 1, q. II. n. 7 e., et P 2*e, q. XCIV, a. 2 c.
2rt Vid. *Nihil cognoscitur, nisi secundum .juod est in actu* (cff. 18).

posita simplicibus, effectus causis; nani etsi composita, el effectus naturam habeant minus cognoscibilem, tamen propter rationem cognitionis nostrae, quae a sensibus pendet, magis el prius a nobis cognoscuntur, quia magis in sensum incurrunt; et ex eorum cognitione ad cognitionem simplicium et causarum devenimus 27: « Dico autem quoad nos, sive nobis priora, quae proxima sensui sunt; simpliciter autem, et secundum naturam sunt priora ct notiora, quae longius sunt, sive loginquiora a sensu 2829».

Itaque vel hinc videre licet ea, quae natura sua magis cognosci possunt, minus profiter cognitionis nostrae infirmitatem a nobis cognosci; et quae a nobis magis cognoscuntur, natura sua minus esse cognoscibiles. Quemadmodum, etsi nihil sit adspectabilius lumine, cum per illud cetera omnia aspiciantur, tamen vespertiliones propter oculorum suorum imbecillitatem neque facile illud ferre, neque videre possunt.

Quocirca ex eo, quod Deus *natura* magis notus est, quam res ab Eo creatae, perperam inferunt Ontologi Deum immediate a mente nostra videri, et res creatas per Deum cognosci, siquidem Deus, qui est magis notus *natura sua,* quam res ab Eo creatae, est minus notus *nobis,* quam istae: « Quoad nos prius, ait Alb. M., oppositum est in modo cognoscendi ei quod est notius et prius secundum natutam ».

Diximus *universalia natura sua esse notiora.* Quod profecto ex eo non infringitur, quod Aristoteles interdum docet, nempe universalia esse notiora nobis 30. Nam universalia sunt nobis notiora, quam singularia, non quidem si spectentur tamquam intelligibilia, quae ad sensibilia referuntur, sed prout sunt tota quaedam, ea ratione, qua dixi-

27 « Natura quidem prima est intclligcntia: nobis autein et respecta nostri sensus »: Clem. Alex., *StrOtn.* lib. II, n. 4.

28 B. Alb. M., *Post.* lib. I, tract. II, c. 3. Et alibi: « In principio... sunt magis nota sensibilia »; *Top.* lib. VI, tract. II, c. 1. *In principio* quidem; nam « postea, quando homines fiunt certiores per doctrinam et sapienter, tunc e contrario magis nota priora secundum naturam, et minus nota sensibilia videntur»; ibid.

29 De Intellectu et Intelligibili. lib. I, tract. III. c. 2.

30 Vid. Alb. M., *Post.,* loc. cit.

mus magis universale esse prius notum, quam minus universale31; siquidem totiun cognitione quadam rudi et confusa notius est *nobis,* quam partes; e. g.: animal *indistincte,* scu *in quantum est animal,* notius est *nobis,* quam animal *distincte,* seu *in quantum est animal rationale, vel irrationale* 32: «Universale duobus modis considerari potest. Uno scilicet modo, prout est confusum et mixtum in particulari, ct hoc modo in signis citius sentitur universale, quam particulare per sensum, quia citius sentiuntur signa substantiae, quam animalis, ct citius signa hominis, quam Sortis. Potest etiam accipi universale in sua puritate, in qua separatum est a particulari; et hoc modo non est nisi in intellectu: ct est propinquum intellectui, et longinquius a sensu 33 ».

Denique circa hanc distinctionem illud monendum est, quod eam inanem esse perperam arguitur ex eo, quod omnis cognitio est nostra, et quae nota sunt, nobis sunt nota. Nam licet omnis cognitio sit nostra et quae nota sunt, nobis sint nota, tamen alia sunt nota nobis ordinem naturae sequentibus, alia vero sequentibus ordinem naturae contrarium. Naturae ordine ex causis cognoscuntur effecta, quoniam ex causis sunt; at contra naturae ordinem est ex effectis causas cognoscere, cum natura non soleat ex effectis causas producere, sed contra ex causis effecta. Quae ergo novimus naturae ordinem sequentes, dicuntur *natura* nota: quae vero contra, dicuntur esse nota *nobis 34.*

17. Numerus: formalis - materialis. *Numerus formalis* est forma, quae advenit rebus, eo quod sint tot: puta dualitas, trinitas etc. *Materialem numerum* vero constituunt res ipsae numeratae, e. g., homines.

18. Numerus: numerins - numeratus. « Numerus dicitur dupliciter. Uno modo id, quod numeratur actu, vel

31 Vid. litt. Λ/: eff. 3.

32 I, q. LXXXV, a. 3 c.

33 B. Alb. M., *Post.,* loc. cit.

34 Vid. Balforeus, *Comment, et Quaest. in Org. logicum Aristotelis, ab lib. Ill Analyt.*. c. 1. p. 526, Burdigalae 1616.

quod est numerabile, ut cum dicimus decem homines, vel decem equos; qui dicitur numerus numeratus, quia est numerus applicatus rebus numeratis. Alio modo dicitur numerus quo numeramus, id est ipse numerus absolute acceptus, ut duo, tria, quatuor [35] ».

19. Numerus: transcendentalis - quantitativus [36].

N

Effata.

1, Natura determinatur ad unum. *Naturae* nomine hic intelliguntur causae naturales [1]. Porro hae dicuntur determinatae ad unum, non quidem quatenus hunc *numero* actum vel effectum possunt tantum producere, sed quatenus circa unum ex oppositis, non ad utrumque versari possunt, et quatenus uno modo plures effectus producunt. Ratio autem huius effati ex alio iam explicato [2] colligitur, nempe, *Modus operandi sequitur niodum essendi;* cuni enim unumquodque *similiter habeat esse et operationem.* cumque causae naturales eiusmodi sint, ut electionis vi haud (ruantur, sequitur ut in ipsis, secundum verba s. Thomae [3], *virtus operative sit determinata, ad unum.* lainvero. *a* in illis, quae sunt determinata ad unum, semper sequitur actus naturalis, nisi impediatur, et impedimentum contingit in minore parte [4]. Hinc causae naturales, quoties in eadem conditione versantur, toties eosdem effectus produ-

35 S. Thom., *Phys.t* lib. VIII, lect. 14.
36 Vid. *Unitas: transcendentalis - quantitative:* (lilt. *U:* dist. 3).

1 « Naturalia quippe sunt immobilia »; s. Ioann. Chrysost., *In Maith. Horn.* LIX, al. LX. n. 2.
2 Lilt. M: eff. 17.
3 I, q. XXII, a. 2 ad 4.
4 *In lib. II Sent.,* Dist. XXXIX, q. Π, a. 1 ad 3.

eunt; et si aliquando ipsae suum effectum non attingunt, id non ex eo fit, quod vi illum producendi destituuntur, sed quod illarum actiones aliae causae frustrantur: ita morbus, quo hydropicus laborat, impedit, quin aqua sitim extinguat: quod impedimentum ex immediata Dei actione interdum oritur, cum nempe facta supernaturalia eveniunt. Inde est, ut Peripatetici, cum aiebant *naturam semper eodem modo operari,* adderent, *nisi impediatur.*

Ex hoc effato illud consequitur. *Natura causal quia est,* idest ex essentiae suae determinatione; nam effectus assimilatur formae agentis, per quam agit5; atqui unius rei non est nisi una forma naturalis, per quam habet *esse;* ergo res naturalis effectum talem producit, qualis ipsa est. E contrario, *voluntas causât quia vult,* idest non ex natura. sed ex proprio consilio; forma enim, per quam voluntas agit, non est una tantum, sed sunt plures, prout sunt plures notiones intellectae; quocirca illud, quod voluntate agitur, non est tale, quale est agens, sed quale vult, et illud intelligit esse 6. Ubi tamen illud adnotandum censemus cum s. Thoma '. etiam voluntatem, quippe quae *in aliqua natura fundatur* s, esse *determinatam ad unum sibi proportinnatum,* nempe bonum commune, licet dcin circa bona particularia libere versari possit 9.

2, Naturae opus est opus intelligentiae. Sane res naturales, cum ad determinatum effectum producendum spectent, operantur propter finem 10. « Operationes naturae inveniuntur ordinate procedere in finem, sicut operationes sapientis ». Et quoniam omni vi cognoscendi illae destituuntur, ideoque non cognoscunt finem, ob quem agunt, nequeunt ad finem assequendum moveri ex seipsis, sed necessc est ut ab aliqua causa intelligente moveantur, lam « effectus principalius attribuitur primo moventi dirigenti in finem, quam instrumentis ab eo directis ». Igi-

Vid. litt. *A:* eff. 46.
1, q. XLÏ, a. 2 c.
1* 2«, q. X, a. 1 ad 3.
Ibid., ad 1.
Vcd. litt. L: dist. 2.
Vid. litt. *P;* eff. 7.

tur « quodlibet opus naturae est opus substantiae intelligentis [11] ». Id magis declaratur ex perfectissimo ordine, qui in natura cernitur; siquidem, cum solius rationis proprium sit ordinare, necesse est, opus ita perfecte ordinatum, quale est opus naturae, esse opus cuiusdam rationis perfectissimae [12].

Deridendi ergo sunt veteres, reccntesquc matcrialistae. qui a materia bruta, vel casu fortuito, vel ex internis viribus ipsis materiae insitis admirabilem mundi ordinem productum fuisse obganniunt.

3. Natura est entis amans. Appetit nempe quidquid sibi perfectioni est, et nocivum atque imperfectum refugit. Hinc naturae conatus semper ad hoc tendit, ut quaevis res in suo genere ad accomodatam sibi perfectionem perducatur, nisi aliunde impedimentum, aut defectus alicuius, quae requiritur, causae obstet; quemadmodum evenit in anima humana, quae licet ex sui natura exigat esse cum corpore, tamen, perseverat esse sine corpore, siquidem propter corruptionem corporis evenit, ut a corpore separetur [13]; et tamen exislere pergit, quia in suo esse non pendet a corpore, sed potius corpori suum *esse* communicat. Neque dicas naturam ab imperfecto non refugere ex eo quod, ut mox subsequens effatum declarat, ab imperfectioribus ad perfectiora procedit. Nam hoc ipso, quod in imperfecto non sistit, sed ad perfectum tendit, imperfectum quidem refugit.

Monendum est autem cum s. Bonaventura: 1° naturam ita semper desiderare illud, quod melius est, ut semper desideret non quidem *melius simpliciter.* sed *melius in ordine.* [14]; 2“ naturam appetere quidem perfectionem suam, illam nempe, quae est *intra terminus naturae,* non autem illam, quae *super naturam est 15.*

Contr. Gent., lib. Ill, c. 24.
[12] Vid. *Sapientis est ordinare* (litt. S; cff. 1).
[13] *Qq. dispp.,* q. un *De an.,* a. 14 ad 20.
[14] *In lib. II Sent.,* Dist. XX. a. I. q. 6 *ad are*
[15] *Ibid.,* Dist. XXVIII, a. II, q. 1 *ad arp*

4. Natura incipit ab imperfectioribus. Ratio est, quia quidquid procedit de potentia ad actum, cuiusmodi est natura, prius pervenit ad actum incompletum, qui est medius inter potentiam et actum, quam ad actu perfectum 16. Hoc autem, ut monet s. Thomas, locum habet quoad ordinem causae materialis; nam sub huiusmodi respectu *prius est quod est imperfectius,* quatenus nempe *de imperfecto fit perfectum;* non vero quoad ordinem causae agentis1'; nani sic natura a perfectis sumit exordium, quia imperfecta non ducuntur ad perfectionem, nisi per aliqua perfecta praeexistentia 18.

5. Naturam imitatur ars, *vel,* Ars est simia et imitatrix naturae. Huius effati ratio est, quia natura est vehit *art*e/*actum* Divinae sapientiae 19. Hinc sicut homo, ut sit perfectus, debet imitari Deum, et humana ratio Divinam Rationem, ita quoque artificialia, ut sint perfecta, debent imitari naturam. Cuius etiam aliam rationem tradit s. Thomas, nempe: « quia omnis nostra cognitio est a rebus sensibilibus et naturalibus accepta; unde ad similitudinem naturalium operamur in artificialibus 20 ». Haec imitatio autem praecipue locum habet in iis, quae fieri possunt et ab arte, et a natura sine arte; e. *g.* « si quis ex frigida causa infirmetur, natura eum calefaciendo sanat; unde et medicus, si eum curare debeat, calefaciendo sanat ».

6. Natura longe superat artem. Licet ars imitetur naturam, tamen haec illam longe superat: 1° ex parte principii; quia procedit a ratione universaliori, sapientiori et efficaciori; 2° ex parte modi: nam natura procedit modo magis certo, et minus errori abnoxio; 3° ex parte finis; nani natura intendit maius bonum, scilicet bonum substan-

16 Vid. *Generatione posteriora sunt priora perfectione* (lilt. *G:* eff. 5), el *Perfectum est prius imperfecto,* litt. *P.*
17 2» 2ao, q. I, a. 7 ad 3.
18 3, q. I, a. 6 c. - Vid. *Actus est prior potentia* (litt. *4:* cff. 34).
10 Vid. e. Aug., *De Trin.,* lib. XV, c. 1.
=» *In lib. II Phys.,* lecl. IV.
:i Contr. Gent., lib. II, c. 75.

tiale et totius universi; ars vero minus bonum intendit; scilicet vel commoditatem, vel delectationem, vel conservationem, vel necessitatem hominum; ut enim dicit s. Thomas, *nos sumus finis omnium artificialium* 22; 4° ex parte ipsius effectus; nam « quanto aliqua virtus est altior, tanto eamdem rem potest producere in altiorem effectum: unde natura potest ex terra facere aurum, aliis elementis commixtis, quod ars facere non potest 23 ».

7. Natura non defigit in necessariis, nec abundat IN SUPERFLUIS. Sane, *non deficit in necessariis,* « quia natura intendit esse et perfectionem 21 ». Quocirca « quod alicui convenit ex sua natura, ct non ex aliqua causa, minoratum in eo, et deficiens esse non potest 25 ». Non *abundat in superfluis,* nam « principia naturalia sunt ad determinatos effectus diffinita, ultra quos se extendere non possunt 20 ». Quod si in quibusdam individuis natura interdum deficiat, aut superflua sit, uti in monstris, hoc non nisi per accidens evenire potest; siquidem « defectus incidit praeter intentionem agentis 27 », seu « agens non deficit a sua actione, nisi propter aliquod impedimentum 25 ». Huic effato illi» respondent:

Natura compendio studet, agitque linea recta, utpote brevissima, non enim facit per plura ea quae potest commode praestare per pauciora 29;

Natura delectatur paucissimis;

Natura uno ad plura utitur;

Natura nihil temere facit; etc.

8. Natura non potest ferri supra seipsam 30. Hoc, quemadmodum monet s. Thomas, « non est intelligendiun.

22 *In lib. II Phys.,* loc. cit.
23 *Q<l- dispp.. De Pot.,* q. VI, a. 1 ad 18.
2' *In lib. IP. Sent.,* Dist. XXXV, q. I, a. 1 ad 2.
- ' *Contr. Gent.,* lib. II, c. 15, ŋ. 2.
20 *In lib. IP Sent.,* Dist. XL1II, q. I, a.] *sol.* 3 c.
27 *In lib. II Sent..* Dist. XXXIV, q. I, a. 3 *sol.*
28 I, q. XLIX, a. J c.
2' Vid. litt. *D: eff. 7;* ct litt. *E:* eff. 11.
10 « Non enim natura ea vi praedita est, quae sit comprehendendo, quod natura superius est »; s. Maxim,, *Capita ad Theol. et Occononi. spectantia.* Centena prima capita, ŋ. 76.

quod non posset ferri in aliquod obieclum supra se; manifestum est enim quod intellectus noster naturali cognitione potest aliqua cognoscere, quae sunt supra seipsum, n! patet in naturali cognitione Dei; sed illud intelligendum est, quod natura non potest in actum excedentem proportionem suae virtutis 31 »; siquidem huiusmodi actum elicere non potest, nisi *per aliquam formam superadditam* 32, quia « modus actionis est secundum modum formae agentis 33 ».

9. Natura sempfp facit melius quod potest 34. Huius effati explicationem tradidit s. Thomas his verbis: « Dicendum, quod natura non facit semper quod melius est. habito respectu ad partem, sed habito respectu ad totum: alias totum corpus hominis faceret oculum, vel cor; hoc enim unicuique partium melius esset, sed non toti. Similiter, licet melius esset alicui rei, quod in altiori ordine poneretur, non tamen esset melius universo, quod imperfectum remaneret, si omnes creaturae unius ordinis essent 35 ».

10. Naturale non assuescit in contrarium. E. g.: lapis nunquam assuescit ferri sursum. Hor autem, monente s. Bonaventura, « verum est de eo, quod simpliciter est naturale, videlicet de eo. quod a natura inchoatur, et consummatur, sed hoc non est verum de eo. quod inchoatur a natura, et consummatur ab assuetudine, vel etiam a gratia; et tale est velle bonum 30 ». Quare, etsi homo naturalité»· velit bonum, non sequitur, ut numquam assuescat velle malum: nam *a* bonitas voluntatis inchoatur in appetitu naturali, et consummatur in virtute deliberativa: nec est voluntas simpliciter bona et recta, nisi sit recta in quan-

31 1» 2a<|, q. CLX, a. 3 ad 2.
32 *Ibid.,* a.] c.
33 I, q. LXXXIV, a. 1 c. - Vid. litt. *M:* eff. 17.
34 Natura, quoad cius fieri possit, quarn optima facit »; s. lustin.. *drist. Dopm, eversio,* n. 54.
33 *Q<l- dispp.. De Pot.,* q. III, a. 6 ad 26.
3l' *In lib. II Sent..* Dist. XXXIX, dub. 3.

tum movetur deliberative, et in quantum movetur naturaliter 37 ».

11. Naturale unum non impedit totaliter naturale eiusdem rei. « Non invenimus duorum, quae sunt naturalia uni rei, unum esse totaliter alterius impedimentum; alias alterum esset frustra 38 ». Quapropter falsa est illa sententia, qua admittuntur *species impressae* animae a Deo ab ipsa sui creatione, ita ut per eas *anima corpori coniuncta nihil intelligat a corpore impedita, intelligat autem per eas a corpore separata.* Etenim « hoc durum videtur, ut species, quae naturaliter inditae sunt animae, totaliter a corpore impediantur, cum tamen coniunctio corporis ad animam non sit accidentalis animae, sed naturalis 39 ». Item, sententia Platonis refutatur, nempe animam, antequam corpori uniretur, ideas rerum intuitam esse, deinde eas, cum in corpus detruditur, oblivisci. Etenim ideae. Platonis iudicio, sunt animae naturales, atque anima ex eo, quod cum corpore coniungitur, naturam suam non amittit; hinc, cum unum naturale non impediat naturale eiusdem rei, fieri non potest, ut anima obliviscatur eorum, quae naturaliter cognoscit 4°.12

12. Necessaria causa semper agit quantum potest. Id consequitur ex ipsa causae necessariae natura. Cum enim causa necessaria adeo sit determinata ad operandum, ut, positis omnibus, quae ad actionem requiruntur, nequeat otiosa consistere, manifeste apparet nullum gradum virtutis activae posse in huiusmodi causa, dum ipsa operatur, otiantem manere; potior namque non est ratio de uno, quam de ceteris omnibus, atque ideo de tota ipsa virtute, qua causa pollet. Ergo causa necessaria agit quantum potest, seu secundum omnes suae potentiae gradus semper operatur 11.

37 *In lib. 11 Seni.*, Dist. XXXIX, dub. 3.
38 *De Ver.,* q. XIX. a. 1 c.
09 *Ibid.*
to I, q. LXXXIV, a. 3 c.

13. Negatio reducitur ad genus affirmatioîsis. E. g., *non homo* ad genus substantiae, *non album* ad genus qualitatis reducitur '2. Cuius ratio est, quia negatio fundatur super aliqua affirmatione, quae est quodammodo eiucansa ". E. g.: « cum dicitur, homo non est asinus, veritas negationis fundatur supra hominis naturam, quae naturam negatam non compatitur 11 ». Quare « negatio, etsi proprie non sit in specie, constituitur tamen in specie per reductionem ad aliquam affirmationem, quam sequitur 45 ».

Quoniam affirmatio, et negatio ad idem genus reducuntur, sequitur aeque peccare, qui non facit id, quod praecipitur, atque cum, qui facit id, quod prohibetur.

14. Nihil agit in distans, *vel,* Movens et mobile debent esse simul. Ad causam *efficientem* haec effata perlinent. non vero ad *finalem.* Etenim, ut monet s. Thomas, « finis movet agentem, et tale movens aliquando distan,-est ab agente quem movet ». Revera finis non movet efficiendo, sed alliciendo: hinc non finis ad voluntatem, sed voluntas ad ipsum fertur. Quo adnotato, illa effata hoc pacto explicanda sunt: Causa adesse debet effectui vel praesentia *suppositi,* quatenus illi coniungitur secundum substantiam, vel praesentia *virtutis,* quatenus agens, licet sit absens, tamen diffundit virtutem suam per medium, donec perveniat ad patiens Alterutra praesentia sufficit, ne detur actio in distans; requiritur enim, ut movens coniungatur mobili vel *per se,* vel per diffusionem virtutis, quae transeundo per medium, pertingit ad illud in quo fit operatio. Ratio autem eiusmodi effatorum est, quia cum sine actione nequeat esse effectus, oportet ut actio ad effectum perveniat: porro, si pervenit, iam agens saltem mediate

12 I, q. XXXIII, a. -l ad 3. « Remotio alicuius rei significari nullalenus potest, nisi cum significatione eius ipsius, cuius significatur remotio. Nullus enim intelligit, quid significet *non horno.* nia intelligendo, quid sit homo o; s. Anselm., De *casu diaboli.* ŋ. XI.
43 1* 2ac, q. LXXII, a. 6 c., et q. LXXV. a. 1 c.
44 In lib. 1 Sent., Dist. XXXV, q. I, a. 1 ad 2.
45 1* 2"°, q. LXXII, a. 6 ad 3.
46 In lib. VII Phys, lect. III.
47 Vid. litt. /: dist. 3.

attingit effectum, eique proinde saltem *praesentia virtutis* est praesens ‘s. Qua in re haec duo adnotare lubet: primuni est, quod praesentiam virtutis praecedere debet aliqua ex parte praesentia *suppositi;* nam « habet hoc naturalis ordo rerum divinitus institutus, ut quaelibet causa primo operetur in id, quod est sibi propinquius, et per illud operetur in alia magis remota, sicut ignis primo calefacit aerem sibi propinquum, per quem calefacit corpora distantia 49 »; quocirca-etsi necesse non sit ut movens, et mobile sint *simul quantum ad totum motum,* tamen oportet ut sint simul *quantum ad motus principium* 50. Alterum est, quod virtus agentis, etsi per medium transeat, tamen aliquando in eo non operatur eosdem effectus, quos producit in extremo, quia medium non est dispositum. E, g.: ignis comburit stupam remotiorem, ct non ferrum propinquius, quia ferrum non est capax combustionis. Ex hoc effato etiam illud erui potest:

Natura abhorret a vacuo, vacuum enim impediret contactum, per quem agens cum patiente coniungitur.

15, Nihil agit in seipsum. Scilicet nihil eadem ratione, qua est subiectum agens, est simul obiectum, in quod agit; sed quaedam distinctio saltem virtualis inter istud, atque illud est agnoscenda, secus idem eodem respectu esset agens et patiens. Iam « non potest esse idem secundum idem agens et patiens 51 ».

16, Nihil agit, nisi secundum quod est actu -,

17, Nihil agit ultra suam speciem. Ubi haec adnotanda sunt: 1° Si hac loquendi ratione id significari velit, quod agens non potest effectus diversae speciei producere, tunc effatum verum est quoad causas *univocas;* e. g.; equus non generatur ab homine, nec contra; non autem quoad causas *aequivocas,* siquidem hae, hoc ipso, quia «e-

49 Vid. s. Thom., 1, q. \ III, a. 1 c., et *Contr. Gent.*. lib. III, c. 68.
4 3, q. LVJ, a. 1 c.
•’° *Qq. dispp.. de Pol.* ‹l· 11L a. 11 ad 5.
1· 2M, q. LIX, a. 3 c.
Vid. *4gens omne agit in quantum est actu* (litt. *A:* cff. 40

quivocae, effectus diversae a se speciei producunt 53. 2' Sin autem significari velit, quod natura actionis, qua effectus producitur, non potest agentis virtutem excedere, tunc effatum verum est, si agens per virtutem sibi propria:
lain actionem exerere sumatur51; siquidem, « hoc communiter in rebus naturalibus invenitur, quod quaelibet actio commensuratur virtuti agentis, nec aliquod agens naturale nititur ad agendum id quod excedit suam facultatem 55 »; non autem verum est, si per aliquam formam sibi superadditam, aeque ac « aliquid potest agere ultra suam speciem, non quasi virtute propria, sed virtute principalis agentis 50 ».

18. Nihil cognoscitur, nisi secundum quod est in ACTU. Et sane, α cognitio non est, nisi entis 57 »; siquidem verum, quod est obiectum cognitionis, et ens convertuntur °\ Ast ens *simpliciter* est ens actu, illud autem, quod est in potentia, est ens *secundum quid.* Ergo cognitio α primo et principaliter respicit ens actu, secundario autem respicit ens in potentia, quor| quidem non secundum seipsuni cognoscibile est, sed secundum quod cognoscitur illud, in cuius potentia existit 50 ». Eodem effato illud etiam significatur, nempe principium, per quod res intelligitur. esse *actum,* seu *formam* rei, nempe id. per quod res in sua essentia constituitur, ita ut sensus effati sit, nihil intelligi, nisi per principia, quae rei essentiam constituunt. Unde *actus* dicitur *ratio intelligendi.*

19. Nihil dat quod non habet. Intelligi enim non potest, quomodo causa alteri, nempe effectui, tribuere ali-

53 Vid. lilt. *C:* dist. 8.
',4 « Nec a seipso uinquam excedit habitus, ab eo, quod est esse habitum excedens »; Clem. Alex.. *Strom.,* lib. IV, η. 22.
55 2» 2eo, q. CXXX, a. 1 c. · Vid. *Natura non potest ferri iupra seipsam* (hie: eff. 8k
56 3, q. LXXVII, n. 3 ad 3. - Vid. *Contr. Gent.,* lib. III. c. 53, n. 4. . Cf. lilt. *C:* eff. 4.
61 Qq. dispp., De Ver., q. II, a. 3 ad 12.
‘‘ I, q. LXXVII. a. 1 c.
*9 3, q. X, a. 3 r.

quid possit, quod ipsa nullo modo habet 60. lamvero nihil dat alteri id quod ipsum non habet neque virtute propria, neque aliena; nam recte aliquid potest dare id quod habet tantum virtute aliena, nempe virtute causae principalis; e. g.: calamus pingit litteras, quas ipse non habet. Item, aiente s. Bonaventura, « habere dicitur duobus modis, vel virtualiter, vel formaliter, et ad hoc quod imparliatur aliquid alicui, sufficit quod habeat virtualiter; non oporLet quod habeat formaliter; sicut movens immobile dat motum, quamvis ipsum non moveatur 61 ». Et alibi: « Dicendum, quod triplex est habere, scilicet formaliter, cxemplariter, causaliter; et quolibet istorum modorum quod habet, dare potest. Primo autem modo non habet Deus motum, sed saecundo et tertio sic 62. Ceterum, monente Aquinate, ex hoc effato, haud colligi potest, nihil posse movere, nisi moveatur. Etenim « cum moveri sit exire de potentia in actum, movens dat id, quod habet mobili, in quantum facit ipsum esse in actu 03 ». Denique nihil dat *effective* id, quod non habet; ita, nihil dat existentiam, nisi existât; at potest dare *metaphorice;* quo modo finis, etiamsi non existât, dat *esse* °4. Unde id, cuius gratia cetera fiunt, e. g., sanitas, *non est activum nisi per translationem 65.*

20. Nihil est causa sui ipsius 60. Nemo enim dat quod non habet; at, antequam aliquid sit, non habet *esse 67.* Ad haec, prius est *esse,* quam operari, nihili quippe, seu eius, quod nondum habet *esse,* nulla est virtus, nullaque eius operatio; at producere est virtutis activae; ergo

•'° Hinc Lactantius: « Si natura caret sensu ct figura, quomodo potest ab ea fieri quod habet sensum, et figuram? » *De ira Dei, c.* 10.

61 In lib. 11 Sent., Dist. XV, p. 2, a. II, q. 2 *ad arg.*

02 /n *lib. I Sent.,* Dist. VIII, p. 1, η. II, q. 1 *ad arg.*

I, q. LXXV, a. 1 ad 1.

c» Vid. lilt. *F:* eff. 7.

Vid. Arist., *De gener, et corrupt.,* lib. I, c. 7.

c" α Nulla omnino res est, quae seipsarn gignit, ut sit »; s. Aug., *De Trin.,* lib. I, c. 1, η. 1.

·* « Nulla res formare seipsarn potest, quia nulla re* potest dare sibi quod non habet, et utique, ut habeat formam, formatur aliquid »; s. Aug., *De lib. arb.,* lib. II, c. 17, n. 45.

nihil potest producere seipsuni, secus haberet virtutem, et operationem, antequam haberet esse Denique id. quod producit, est prius; id autem, quod producitur est posterius; at idem nequit esse seipso prius et posterius [8] Attamen hoc effatum intelligendum est, quatenus idem non potest producere idem *numero;* at potest aliquid esse causa sui ipsius, quatenus idem producit idem *quoad speciem;* e. g., actus producit habitum, idem habitus actum, non *munero* eunidem, ac illum, a quo factus est, sed ctundem *specie.*

21. Nihil est in intellectu quod prius non fuerit IN SENSU 70. Equidem, secundum Peripateticos, ut iam dictum est 71, intellectus fit actu intelligens: postquam similitudines quae in sensus incurrunt, seu phantasmata, a quavis conditione materiali exuerit. Quare pro statu huius vitae sensus ad cognitionem intellectivam aliquid confert, ita nempe ut haec, nisi phantasmata praecedant, evolvi non possit. Hinc s. Thomas passim decernit *cognitionem intellectivam aliquo modo a sensitiva primordium sumere.* Re quidem vera « cuiuslibet cognoscentis cognitio, ut ait idem sanctus Doctor, est secundum modum suae naturae »: intellectus autem, etsi sit immaterialis, tamen est corpori coniunctus; ergo cognitio intellectiva, ut naturae intellectus respondeat, non potest attingere immateriale, nisi per aliquod phantasma, quod quidem ex sensibus hauritur.

Exinde autem illud tantum licet inferre, quod nempe sensus intellectui materiam praebeant, in quam ipse suam vini cognitricem exerit: non vero, quemadmodum Sensistae contendunt, quod sensus sint tota et perfecta causa cognitionis intellectualis; nam phantasmata non fiunt ac-

[8] « Nulla res, aiebat idem sanctus Doctor, se facit, aut gignit, alioquin erat, antequam operaretur»; De *immort.,* c. VIII, n. 14.

[9] « Non potest simul et tempore esse prius quoad materiam, quatenus est causa, et tempore esse posterius, quatenus est opus causatu.. Niliil est ergo causa sui »; Clem. Alex., Strom.. lib. YIII. n. 9.

[10] « Sensus est gradus ad scientiam »; Cient. Alex., *Strom.,* lib. II, n. 4.

[11] Lilt. *I:* dist. 19.

[12] I, q. XII, a. 4 c.

tu intelligibilia, nisi per vim propriam intellectricem, seu per intellectum agentem, particulares conditiones ab iis removeantur 73; quocirca intellectus non illud ipsum in rebus apprehendit, quod a sensibus percipitur, idest accidentia exteriora, et qualitates materiales, sed intimam earum essentiam. « Sensitiva cognitio, ad rem inquit idem Angelicus, non est tota causa intellectualis cognitionis. Et ideo non est mirum, si intellectualis cognitio ultra sensitivam se extendit 71 ». Quod iam clarius iis verbis docuerat: « Per intellectum connaturale est nobis cognoscere naturas, quae quidem non habent esse, nisi in materia individual!, non tamen secundum quod sunt in materia individual!, sed secundum quod abstrahuntur ab ea per considerationem intellectus. Unde secundum intellectum possumus cognoscere huiusmodi res in universali, quod est supra facultatem sensus 76 ». Proinde fit, ut intellectus in rebus materialibus plura cognoscat, quae non cognoscuntur a sensibus, uti proportiones, relationes, rationem causae et effectus etc. Quinimmo iam constitutus in actu, quatenus cognitione obiecti sibi proportionati, nempe essentiae rerum, quae habent *esse* in materia, iam potitur, etiam rerum spiritualium, quarum non sunt phantasmata, cognitionem attingere potest. Nisi quod, ut quaedam servetur proportio inter ipsum, qui est corpori coniunctus, atque obiecta cognita mere spiritualia, idem intellectus sibi efformat diversas rerum imagines, instar rerum corporearum: « Quando aliquis conatur aliquid intelligere, format sibi aliqua phantasmata per modum exemplorum; in quibus quasi inspiciat quod intelligere studet. Et inde esi etiam quod, quando aliquem volumus facere aliquid intelligere, proponimus ei exempla, in quibus sibi phantasmata formare potest ad intclligcndum 76 ».

22. Nihil in nihilum abit. Nempe nihil vi naturae in nihilum potest redigi; tum quia « tendere in nihilum

' Vid. *Intellectus abstrahit a materia* (litt. *I;* eff. 16).
71 I, q. LXXXIV, a. 6 ad 3.
73 *Ibid.,* q. XII, a. 4 c.
70 *Ibid.,* q. LXXXIV, a 7 c

non est proprie motus naturae, qui semper est in bonum·, sed est ipsius defectus 7 »; tum quia creatura, cum a sr-ipsa non existât, neque idcirco ex vi sua in existentia perseveret, in nihilum redigi non potest, nisi quatenus desistit virtus, (piae illam in *esse* conservat: haec autem virtus solius Dei propria est. Licet vero Deus posset, si vellet, creaturas in nihilum redigere, tamen nunquam quidpiam in nihilum rediget 78.

23. Nihil potest reduci de potentia in actum, nisi per aliquod ens actu. Scilicet, id quod est in potentia ad aliquem actum, non potest ex scipso reduci in illum actum, sed per aliquam causam, in qua ratio illius actus iam continetur; alioquin idem secundum idem esset simul in *actu* el *potentia* 79; e. g.: « calidum in actu, ut ignis, facit lignum, quod est calidum in potentia, esse actu calidum 80 ». Huic effato respondet illud: *Omne quod movetur ab alio movetur 81.*

24. Nihil, quod est ad utrumlibet, exit in actum, msi per aliquid determinetur ad unum: *vel.* Ab **INDIFFERENTI UT INDIFFERENTI NIHIL DETERMINATUM ORIRI POTEST.** Etenim, *indifferenter se habere ad multa* idem est ac *non magis operari unum, quam aliud* S2, ergo « oportet omne agens esse determinatum ad alteram partem 83 », seu actus haberi non potest, nisi removeatur *indifferentia,* atque ponatur determinatio ad aliquid, sive *ab intrinseco,* sive *ab extrinseco,* alioquin actus eodem iure non esset, quo esset. « Inde est, ut s. Thomas advertit, quod illud, quod est tantum in potentia, non agit, quia se habet indeterminate ad multa 84 ».

25. Non datur agens sine patiente. Hic proprie sermo est de agente creato. Equidem omne agens creatum ne-

77 *Qq. dispp., De Pot.,* q. V, a. 1 ad 16.
78 Vid. s. Thom., *Ibid.,* n. 3 et 4; et 1. q. C1V, a. 3 et ♦
7» Vid. litt. *A:* eff. 36.
80 I, q. II, a. 3 c.
«» Vid. litt. *O:* eff. 9.
82 *Contr. Gent.,* lib. Ill, c. 2.
83 *In lib. II Sent.,* Dist. XX, q. I. a. 1 *sol.*
s< *In lib. I Sent.,* Dist. XLV, q. I. a. 3 *sol.*

cessario expostulat aliquid patiens, seu subiectum circa quod operatur, eo modo, quo antea illud explicavimus, *Omnis actio infert passionem* 85. Ast idem de Deo proprie dici nequit: ipse enim in rerum creatione nullum requirit subiectum patiens, eum res producat ex nihilo. Quod si de quolibet actionum genere hoc effatum explicare velis, ipsum sic enuncietur oportet: Non *datur agens sine patiente, sive subiective, sive terminative.* Sic creatura *est patiens terminative,* nempe est terminus actionis a Deo procedentis, at non est patiens *subiective,* fit enim ex nihilo.

26. Non omnis; quidam non. Hoc effato significatur aliquod individuum in certa specie contentum carere ea proprietate, quae non omnibus ipsius speciei individuis convenit. E. g.: cum non omnis homo sit doctus, necesse est, ut homo quidam non sit doctus.

27. Nulla potentia cognitrix naturaliter deficit a cognitione sui obiecti. Potentia enim cognitrix secundum propriam rationem talis obiecti ordinatur: ac proinde potentiam circa obieclum sibi proprium falli, idem est ac propriam naturam amittere. *Naturaliter,* inquimus, nam potest aliqua potentia *per accidens* errare circa obiectum suum; e. g.: « visus non deficit a cognitione coloris, nisi aliqua corruptione circa ipsum existente ». At vero « omnis defectio et corruptio est praeter naturam, quia natura intendit esse et perfectionem rei. Impossibile est igitur quod sit aliqua virtus cognoscitiva, quae naturaliter dcficiat a recto indicio sui obiecti 86 ».

28. Nulla potentia ferri potest extra latitudinem sui obiecti. Hoc est: Nulla potentia, seu facultas exercere potest actum suum circa id quod est extra ipsius obiectum, tum *proportionatum,* seu *connaturale,* tum *adaequatum,* seu *extensivum s'.* Etenim obiectum potentiae est id, circa quod potentia versari potest vel naturaliter, vel superiori auxilio roborata; ergo involvit contradictionem, po-

85 Litt. *A:* eff. 24.
*.. *Contr. Gent.,* lib. HI, c. 107.
87 Vid, litt. *O:* dist. 5.

tentiam versari circa aliquid, quod non sit, vel esse possit illius obiectum. Unde etiam illud:

Actus proportionatur ei cuius est actus. Hinc auditus nequit percipere quidquam, praeter sonum etc. Hinc etiam visus, quia omnino materialis est, nullo modo elevari potest ad aliquid immateriale percipiendum, etc.

29. Nulla res habet potestatem supra suum esse. Ratio est, quia omnis rei virtus ab essentia eius fluit, vel essentiam praesupponit ». Hinc quia anima per suum esse unitur corpori ut forma, non est in potestate eius ut ab unione corporis se absolvat 88 ».

30. Nulla substantia caret accidente. Non quidem, si nomen *substantiae* tam late sumatur, ut ad ipsam simplicissimam substantiam Dei significandam transferatur, siquidem « nihil in Deo secundum accidens dicitur 9U ». Quare verum est effatum, si nomen *substantiae* restringatur ad *categoricam, creatam, quae non sit ipsum suum esse.* Accidentia enim, ut inquit Angelicus °1, *sunt ad perfectam operationem necessaria.* Illud autem animo recolendum r<l. nullam substantiam carere accidente, quatenus *talis substantia est,* non quatenus *substantia* est; quasi substantia, ut constituatur, indigeat accidentibus, sic enim non esset perfecta in se, atque ex accidentibus componeretur; id quod a veritate longe abhorret.

88 Vid. s. rhom., I, q. XII, a. 4 ad 3, ubi discrimen assignat. <nr intellectus elevari possit ad videndum Deum, non sero sensus.

89 *Qq. dispp.. De Pot.,* q. VI, a. 7 ad 4.

99 S. Aug., *De Trin.,* lib. V. c. 4, n. 6.

91 I, q. VI, a. 3 c.

Distinctiones.

1. Obiectio - Abductio. *Obiectio* esi ratiocinatio, quam disputans in medium affert, ut propositionem ab altero disputante assertam evertat. *Abductio,* quae a graecis vocatur ἀπαγορή est ratiocinatio, in qua propositio *maior* est manifesta; sed *assumptio,* sive *minor* non magis certa et nota nobis est, ac ipsa conclusio. Ex eo igitur, quod propositio eius *maior* est manifesta, accedit ad demonstrationem; nondum tamen est demonstratio, cum eius propositio *minor* non liqueat. E. g.: omnis scientia doceri potest: iustitia est scientia; ergo iustitia doceri potest. In qua ratiocinatione propositio *maior* per se nota est, sed *assumptio* dubitatione non caret, ob idque a cognitione conclusionis nos abducit, seu avocat, donec alia propositio probans adhibeatur.

2. Obiective - Formaliter [1]

3. Obiectum: adaequatum - INADAEQUATUM. *Adaequatum,* seu *totale* obiectum illud dicitur, quod eam habet latitudinem, quam potentia, vel habitus, cui refertur. E. g.: obiectum *adaequatum* voluntatis est bonum universale et perfectum, quod totam voluntatis capacitatem explet. Obiectum *inadaequatum,* seu *partiale* dicitur illud, quod angustius est, quam potentia, vel habitus, cui refertur; e. g.: bona particularia sunt obiectum inadaequatum eiusdem voluntatis; corpus coeleste est obiectum inadaequatum Phy-

1 Vid. liH. F: diet. 23.

eicae, quia non a tota, qua late patet, Physica consideratur, sed ab una dumtaxat eius parte.

4, Obiectum: adaequatum - proportionatum. Obiectum *adaequatum* est illud, quod naturaliter spectat ad facultatem, prout haec in sui ratione consideratur. *Proportionatum* illud, quod naturaliter refertur ad facultatem, non prout haec in se est, sed prout est in anima coniuncta cum corpore. Hoc sensu obiectum *adaequatum* intellectus humani dicitur esse omne verum naturale 2; *proportionatum* autem essentia rerum materialium 3.

5, Obiectum: adaequatum, *seu* extensivum - proportionatum, *seu* connaturale. Obiectum *adaequatum,* quod melius dicitur *extensivum,* est illud, quod potentia, non nisi supernaturali auxilio adiuta, attingere potest. Obiectum *proportionatum,* prout *extensivo* opponitur, dicitur *connaturale,* et est illud, in quod potentia ferri potest absque auxilio superaddito. E. g.: Dei cognitio *abstractiva* ad obiectum *connaturale; intuitiva* ad obiectum *extensivum* intellectus creati pertinet.

6, Obiectum: attributionis - attributum. Obiectum *attributionis* dicitur illud, ad cuius cognitionem ceterorum obiectorum cognitiones ordinantur, cuiusmodi est Deus in Theologia. Obiectum *attributum* dicitur illud, cuius cognitio ordinatur ad cognitionem obiecti *attributionis*: huiusmodi sunt res creatae in eadem scientia.

7, Obiectum: materiale - formale. *Obiectum materiale* est ea res, circa quam aliqua potentia, vel disciplina versatur. *Obiectum formale* est illud, secundum quod spectantur, et cui ordinantur omnia, quae ab aliqua potentia, vel disciplina respiciuntur, seu, ut ail s. Thomas, est illud, « sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam, vel habitum l ». E. g.: corpus humanum est obiectiun materiale medicinae; ipsum corpus, quatenus sanandum, est

2 1, q. LXXXI, a. 4 ad 1.
2 /n *lib. I Sent.,* Dist. XXV, q. II. a. 9.

eiusdem artis obiectum *formale.* Ita quoque homo, lapis etc. sunt obiectum *materiale* visus; coloratum vero est cius obiectum *formale,* quia « homo et lapis referuntur ad visum, in quantum sunt colorata ». Vel etiam obiectum *formale* est id, per quod res attingitur. E. g.: conclusiones in scientia sunt eius obiectum *materiale;* media demonstrationis, per quae conclusiones cognoscuntur, sunt obiectum *formale: a* Formalis ratio scientiae est medium demonstrationis ». Vel denique obiectum *formale* est ratio, propter quam res attingitur; c. g.: ultimus finis est obiectum formale ceterarum nostrarum volitionum; Bonitas Dei est obiectum *formale* amoris erga Ipsum. Quo sensu *motivuni* etiam appellari solet.

8. Obiectum: quod - quo 7.

9. Obligare: semper - ad semper 8.

10. Opinari - SCIRE. Ille aliquam rem *scire* dicitur, qui eam aliter se habere non posse cognoscit, quia ipsam per sui causam, ac proinde per rationem ab ipsius natura petitam cognoscit 9. Ille autem dicitur *opinari,* qui putat rem aliter se habere posse, quia eam cognoscit per rationem positam extra naturam ipsius rei '°. Hinc *opinio'*vehit infirma, *scientia* autem velut firma et absoluta cognitio iure censetur 11.

11. Opposita: complexa - incomplexa. *Opposita complexa* sunt ipsae propositiones oppositae '2. *Incomplexa* sunt ipsi termini oppositi, ut visus, et caecitas.

3 I, q. I. art. 7 c.
c *Qq. dispp., De Virtut.,* q. II, a. 13 ad 6.
7 Vid. *Obiectum: ut quod - ut quo* (litt. *Q:* dist. 10).
8 Vid. *Praeceptum: affirmativum - nepativum* (liti. *P:* dist. 32).
° «Scire est, quando causam viderimus»; Clem. Alex., *Stroni,* lib. VIII, n. 330. Et s. lustinus: α Tum demum rem quamque no« scire putamus, cum primas novimus causas, et prima principia n; *Aristot. dogm. evers.,* n. 10.
10 « Opinio certi nihil habens verum per verisimilia quaerit potius, quam apprehendit »; s. Bern., *De Consider.,* lib. V.
11 « Scientiam definiunt philosophi habitum a ratione qui transmutari non potest»: Clem. Alex., *Strom.,* lib. II, ŋ. 156.
›2 Vid. lilt. *C:* dist. 28.

12, Ordo: activus - passivus. *Ordo activus,* qui et *formalis* dicitur, est ratio ordinis in mente ordinantis, e. g.: lex in mente eius qui curam habet communitatis; unde ipsa nuncupatur *ordinatio societatis.* Huiusmodi vero ordo, quatenus ah ilio ad res ordinatas procedit, *activus* proprie appellatur. *Ordo* autem *passivus,* vel *obiectivus,* est dispositio inhaerens rebus ordinatis; e. g., dispositio rerum in hoc universo. Dicitur *passivus,* prout efficitur, *obiectivus,* quatenus est terminus actionis ordinantis.

13. Ordo: intentionis - executions, *Ordo intentionis* esi ille, quo res disponuntur in mente eius, qui prudenter agit. Secundum hunc ordinem finis dicitur *primus in intentione. Ordo exacutionis* est ille, quo media ad effectum producendum accomodata adhibentur. Secundum hunc ordinem linis dicitur *postremus in exacutione 13.* Item, quies, cum sit finis motus, est prior *in intentione.* sed posterior *in exacutione* Ita etiam *accessus* dicitur *prior secundum ordinem intentionis, quam recessus;* vicissitn *in ordine exeeutionis 1S.*

14. Ordo: naturae - COGNITIONIS. *Ordo naturae* est ille, quem res inter se habent. Secundum hunc ordinem causa est prior effectu. *Ordo cognitionis,* sive *logicus* respicit modum, quo nostra mens in rerum cognitione progreditur. Secundum hunc ordinem priora dicuntur ea quae nostrae cognitioni sunt magis accommodata; e. g., in initio cignitionis mens nostra prius attingit effectum, quam causam 10.

15. Ordo: naturalis - MORALIS. Quemadmodum *natura* significare potest vel essentiam rei, vel totam universalitatem rerum 17, ita *ordo naturalis* exurgit vel ex ratione perfectionum, quae ad rei essentiam spectant, vel ex ratione connexionis causarum, effectuumque naturalium inter sc. Si primo modo accipiatur, nequit a Deo directe in

»3 Vid. litt. *F: eff.* 7.
n p 2ae, q. XXV. a. 1 c.
« Vid. lilt. *A:* off. 9.
10 Vid. *Notius: nobis - natura* (litt. *N:* dist. 161.
17 Vid. litt. *N:* dist. 1.

verti; impossibile enim est., e. g., hominem non eese bellua praestantiorem. Sin altero sensu, dicitur proprie *physicus,* et potest a Deo mutari: c. g., ordo, quo verni succedit aestas, aestati autumnus ctc. *Ordo moralis* autem ad operationes hominum spectat, prout haec cum regulis rectae rationis conspirant, et consentaneae sunt fini, ad quem Deus homines destinavit. Patet hunc ordinem immutabilem eese, quia a Divina Sapientia dictatur, et in essentia ipsius creaturae rationalis fundamentum habet.

16. Ordo: perfectionis - generationis. *Ordo perfectionis* est ille, quo res quoad sui excellentiam, seu dignitatem inspiciuntur. *Ordo generationis*, vel *temporis* est ille, quo res considerantur secundum tempus, quo existant. Secundum hunc duplicem ordinem potest aliquid duplici modo dici *prius* altero, vel nempe ordine *perfectionis,* vel ordine *generationis;* e. 2.: finis est prior mediis ordine *perfectionis,* posterior ordine *generationis* 18. Contra, materia est prior forma ordine *generationis;* forma autem est prior ordine perfectionis 10. Atque generatim, imperfectum est prius perfecto ordine *generationis* 20, secus, si ordo *perfectionis* spectetur 21. Monendum hic est *in Divinis* non esse ordinem nisi *secundum originem* 22. Qui dicitur *ordo naturae,* « non quod ipsa natura ordinetur, sed quod ordo in Divinis Personis attenditur secundum naturalem originem 23 »; neque huiusmodi ordo aliquam dependentiam arguit: nam, ut s. Bonaventura advertit. « ordo importat habitudinem, et quia habitudo in creaturis ratione imperfectionis dicit dependentiam, ideo in creaturis importat dependentiam; in Divinis autem solum ponit comparationem et connexionem, et nullam dependentiam et inclinationem 24 ».

[13] Vid. litt. *F:* eff. 7.
[19] Vid. liu. *F:* eff. 14.
[20] Vid. *Natura incipit ab imperfectioribus* (litt. *N:* eff. 4).
[21] Vid. litt. *G:* eff. 5, et, *Perfectum est prius imperfecto* (liti. P eff. 3).
22 Vid. lilt. *C:* dist. 3.
23 I, q. XLII, a. 3 c. et ad 3.
24 *In lib. 1 Sent.,* Dist. XX, a. Π, q. 1 *ad* erg.

17. Ostensive, *sive* directe - Per deductionem ad impossibile, *sive* INDIRECTE. Sunt duo modi, quibus syllogismi *imperfecti* ad *perfectum* reducuntur. Syllogismi *perfecti* ii dicuntur, in quibus connexio consequentis cum antecedente ipsa per se perspicua est ; syllogismi imperfecti sunt, qui non satis perspicue concludunt. Iam *reductio directa* syllogismi imperfecti ad perfectum fit vel per solam conversionem. vel per conversionem ct mutationem propositionuir ; e. g.: hic syllogismus imperfectus: nullus lapis est homo: omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis, per conversionem propositionis maioris in hanc alteram, *nullum animal est lapis,* reducitur ad hunc syllogismum perfectum: nullum animal est lapis; omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis; vel per conversionem simul et mutationem propositionum; e. g.: hic syllogismus imperfectus: Omne vitium est vitandum: nulla virtus est vitanda: nulla igitur virtus est vitium, ad perfectum modum ita reducitur: Nulla vitanda est virtus; omne vitium est vitandum; ergo nullum vitium est virtus. *Reductio* autem *indirecta,* vel *ad impossibile* fit hunc in modum: Si quis in hoc syllogismo imperfecto: Omne utile est expetendum; aliqua voluptas non est expetenda: ergo aliqua voluptas non est utilis; non videns, quomodo conclusio ex praemissis fluat, praemissas concedat, et conclusionem neget, licet eum ita redarguere: Si putas non esse veram hanc conclusionem. *aliqua voluptas non est utilis,* fatearis oportet esse veram, quae illi opponitur, *omnis voluptas est utilis:* Quod si concedis omnem voluptatem esse expetendam, concedere cogeris conclusionem huius syllogismi perfecti, quippe quae ex praemissis a te concessis fluit: Omne utile est expetendum: omnis voluptas est utilis: ergo omnis voluptas est expetenda. Iam, quoniam antea concessisti aliquam voluptatem non esse expetendam, hic autem concedis omnem voluptatem esse expetendam, duo sibi repugnantia concedis; id quod iinpossibile est

2S De his copiose egit Sanscverino. *Phil. Christiana, Log.,* par. I, vol. II, c. III, a. 2, p. 247-292, edit, nov., Neapoli 1878.

0

Effata.

1, Objecta priora sunt operationibus, et potentiis. Scilicet, operationes sunt priores potentiis, obiecta autem sunt priora operationibus, et potentiis. Sane, operationes sunt priores potentiis, quatenus sunt finis, ad quem potentiae spectant; item, obiecta sunt priora operationibus, quatenus « actio principaliter in obiectum tendit l ». Insuper, *cognitione* obiecta sunt priora actionibus, quia mens in primis obiectum apprehendit; deinde in scipsam rediens, actionem, qua obiectum apprehendit, perspicit; atque actiones, quippe quae sunt effectus potentiarum, prius quam istae, a nobis cognoscuntur, siquidem naturale nobis est ex effectibus ad cognitionem causarum devenire 2.

2. Obiectum eo nobilius et altius est, quo simplicius et ABSTRACTius. Intelligendum est: 1° de abstractione, quae potentialitatem, sive imperfectionem ab obiecto excludit; tunc enim quo magis obiectum est abstractum, eo magis remotum est ab imperfectione, ideoque nobilius ct perfectius. Hanc ob rationem formae, quo magis immateriales, eo nobiliores sunt 3. 2° Dummodo cetera sint paria; licet enim quantitas mathematica sit abstractior substantia sensibili, tamen non est *simpliciter* ea nobilior, quia huius natura est substantia, illius autem est accidens '. Quare, adnotante nostro Aquinate, « simplicitas per se non est causa nobilitatis, sed perfectio: unde ubi perfecta bonitas in uno simplici invenitur, simplex est nobilius, quam compositum; quando autem e contrario simplex est imperfectum, compositum vero perfectum, tunc compositum est nobilius, quam simplex, sicut homo est nobilior terra 5 ».

3, Obiecto, quod communius est, respondet illud, quod naturaliter est prius. E. *g.:* a intellectus per prius habet ordinem ad verum commune, quam ad vera quaedam particularia ». Item, amor, quia respicit bonum in communi, est primus actus voluntatis, et appetitus 6.

4, Obiectum intellectus est quod quid est. Nempe est essentia rei 7. Quoniam vero perfectio potentiae in eo, quod proprium assequitur obiectum, consistit, sequitur ut progressio perfectionis intellectus respondeat modo, quo essentiam rei cognoscit; unde qui cognoscit essentiam alicuius effectus, et tantum existentiam causae, huius essentiam quoque cognoscere desiderat. Exinde infert Angelicus intellectum humanum non esse beatum, nisi perveniat ad cognoscendam essentiam Causae primae, cuius existenliae cognitionem ex effectibus creatis iam arripit 6.

5, Omne agens agit in quantum est actu

6, Omne acens agit propter finem lo.

7, Omne acens agit propter bonum. Cum enim omne agens agat propter finem, quem appetit ll, cumque solum bonum huiusmodi sit, ut appeti possit, seu ut appetitui conveniat '2, sequitur ut omne agens agat propter bonum, sive verum hoc sit, sive apparens. Hinc aliud effatum explicatur:

Nemo intendes malum operatur, *vel,* Malum est praeter intentionem rebus. « Id enim, quod ab actione consequitur, diversum ab eo, quod erat in intentione, sive intentum ab agente, manifestum est praeter intentionem ac-

l *Qq. dispp., De Ver.* a. 9 c.
n Vid. s. Thom., *ibid.*
3 Vid. litt. *F:* dist. 13.
l Vid. s. thorn., I, q. LXXXII, a. 3 c., atque Caielanum, *loc. cit.*

5 *In lib. IV Sent.,* Dist. XI, q. II. a. 1. *sol.* l ad 1. - Vid. *Compotilius quo aliquid est, imperfectius est* (lilt. C: eff. 11>.
f' 1, q. XX, a. ! c.
· Vid. litt. /V: eff. 2).
* 1" 2A0, q. Ill, a. 8 c.
9 Vid. lilt. .4: eff. 46.
19 Vid. lilt. F: eff. 6.
11 Vid. ibid.
12 Vid. lilt. *B:* eff. 11.

cidere: malum autem diversum est a bono, quod intendit omne agens: est igitur malum prater intentionem. 13 ». Perperam autem ex hoc aliquis inferret malum semper esse *fortuitum,* vel *casuale.* Nam *fortuito* non evenit illud, quod «1 quidem *praeter intentionem,* at semper, vel frequenter consequitur id quod intenditur. Ita corruptio naturalis dici nequit *fortuito* evenire; cum enim formae unius semper privatio alterius adiungatur bt, fit, ut corruptio naturalis, licet sit prater intentionem naturae, semper tamen eam consequitur. Item, etsi *inordinatio* actionis sit praeter intentionem agentis voluntarii, tamen malitia et peccatum, seu malum morale, recte dicuntur voluntaria, quia semper, vel frequenter consociantur bono quod intenditur 1S.

8. Omne, quod est fx nihilo, in nihilum tendit. Non quidem quasi naturae vi in nihilum tendat lh; sed quia, nisi a Deo conservetur, in nihilum redigitur. Id enim, quod ex nihilo est, ita habet *esse,* ut non sit per suam essentiam; quare, nisi a Deo conservetur, in nihilum revertitur.

9. Omnf. quod movetur, ab alio movetur. Motus est enim existentis *in potentia,* cum eatenus aliquid moveatur, quatenus est in potentia ad terminum motus 17, hinc *moveri* est aliquid recipere. E contrario, *movere* est dare, et agere; ideoque illud, quod movet, debet esse *in actu* 18. Cum autem impossibile sit idem secundum idem esse simul in *potentia* et *actu,* secus enim simul haberet et non haberet actum, sequitur ut impossibile sit idem secundum idem movere seipsum, seu esse simul movens et motum 19, Itaque si quid ad aliquid movetur, necesse est, ut ab alio moveatur. Cum autem progressus in infinitum in moventibus et motis dari non possit, deveniamus oportet ad primum movens immobile, uti alibi explicabitur 20.

13 *Contr. Gent.,* lib. III. c. 4.
11 Vid. litt. G: eff. 4.
15 *Contr. Gent.,* ibid., c. 6.
16 Vid. lilt. *N:* eff. 22.
17 Vid. litt. Af: dist. 16.
18 Vid. litt. *A:* eff 46 I, q. Π. a. 3 c.
20 Litt. *P;* eff. 22 ct 23.

10. Omne, quod est per participationem, CAUSATUR ab eo, quod est per essentiam. E. g.: « omne ignitum causatur ab igne ». Ratio est, quia esse per participationem comparatur ad esse per essentiam, sicut esse per accidens ad esse per se; iam « quod est per se, est principium et causa eius, quod est per accidens 22 ». Rursus, quod est per participationem, est imperfectum: quod autem est per essentiam tale, est perfectum; iam « constat quod omne, quod est in aliquo genere imperfectum, oritur ab eo, in quo primo et perfecte reperitur natura generis, sicut patet de calore in rebus calidis ab igne 23 ».

Exinde sanctus Doctor argumentum sumit, quo probatur omnia causari a Deo. « Cum autem, subdit, quaelibet res, et quidquid est in re, aliquo modo esse participet, et admixtum sit imperfectioni, oportet quod omnis res, secundum totum id, quod in ea est. a primo ct perfecto ente oriatur 24.

11, Omnia, quae dicuntur secundum ordinem ad aliquid, ab illo specificantur 25. Scilicet, sicut ea, ad quorum essentiam non perlinet esse propter aliud, speciem desumunt a sua forma, e. g., homo ab anima; ita ea, quorum essentia ita constituitur, ut sit propter aliud, ab boc sumunt distinctionem et unitatem. Natura enim, quae sapienter agit, tale *esse,* et talem speciem rebus tribuit, qualem exigit res, ad quam illae ordinantur. E. g.: quia oculus est propter colores videndos, ita plane dispositus est. talemque speciem sortitur, qualem exigit visio colorum. Hinc potentiae, quia ordinantur ad actus, et actus ad obiecta, ab istis diversitatem suam sumunt: quod clarius alibi explirabitur apposito effato

21 I, q. LXI. a. l
22 *Ibid.*. q. LXIII. a. a
21 /n *lib. 11 Sent.,* Dist I. q. I, a. 2 *sol.* - Vid. *Essentialiter Participative* (lilt. *E:* dist. 6).
21 *Ibid.*
25 ᵽ 2*e q. L1V. a. 2.
20 Vid. litt. *P:* eff. 20.

12. Operari sequitur esse 27.

13. Operatio particularis et propria agentis pro EAT TOTAM VIRTUTEM AGENTIS 28.

14. Operatio notior est, quam substantia. Hoc effatum ita explicatur a s. Bonaventura: « Dicentium, quod verum est tlc operatione extrinseca, de intrinseca autem non habet veritatem; multae enim res sunt nobis notae, quarum virtutes et operationes nos latent. Vel (licendum, quod hoc locum habet in operatione naturali, non in operatione voluntatis. Operatio enim naturalis, secundum quod naturalis est, ita se naturaliter nata est repraesentare, nec se occultare potest, sicut nec substantia; immo per ipsam manifestatur substantia, dum plus habet de ratione actualitatis, ac per hoc manifestationis ct lucis. In operatione autem voluntaria secus est; nam, cum substantia sc naturaliter repraesentet, sicut naturaliter est, sic se occultare non potest; operatio voluntaria sicut voluntarie exit in esse, ita et voluntarie manifestatur, ct ita occultari potest: immo non manifestatur, nisi homo velit; talia autem sunt, quae latent in secreto conscientiae nostrae 2*.

15. Opinari et extimare non est in nobis. *Opinari* est quidem in nobis, tamquam intimo principio; *opinatio* enim est actus intellectus, quo probabili ratione innixus aliquid affirmat, vel negat. At vero non est in nobis, quatenus non possumus pro lubitu quodvis aestimare tamquam probabile; eo modo quo possumus quodvis iniaginari; siquidem aliquid magis ad veritatem accedere, quam aliud, non ab aestimatione nostri intellectus pendet. sed a natura rei, circa quam opinio versatur. Quo-

27 Vid. *Modus operandi sequitur inoduni essendi* (lilt. M: eff. 17).

28 Vid. Ex *qualibet particulari operatione propria tota virtu* agentis demonstratur* (litt. *E:* eff. 19).

-° *In lib. II Sent.,* Dist. VIII, p. 2, a. I, q. 6 *ad arg.* Exinde infert sanctus Doctor nullam creaturam nec angelicam, ncc humanam posse conscientiae humanae secreta cognoscere, nisi per 'i-gna vel conjecturas, vel nisi ea noverit Dei revelatione aut hominis denunciatione.

circa s. Thomas ait *intelligibile, de qtu> est iudicium, se habere ad intellectum, ut agens 30.* Huic effato referri etiam potest illud Aristotelis: Opinio vera et falsa in iisdem sunt, in quibus ortus, et interitus 31. Scilcet, sicut oriri et interire in *esse* et non *esse* cernuntur; ita opinari et decipi; nam recte opinatur qui putat esse quod est, falso vero qui aut putat esse quod non est, aut non esse quod est.

16. Opposita non definiuntur per idem. Non quidem non definiuntur per idem *remotum et* commune utrique, ita enim arrogantia, et dissimulatio definiuntur per mendacium, quatenus illa affirmat id esse quod non est; haec negat esse quod est. At non definiuntur per idem *proximum* ct proprium; arrogantia enim excedit medium; dissimulatio autem ab illo deficit. Hoc autem non impedit, quominus ex definitione unius contrarii definitio alterius, quemadmodum alibi diximus 32, aliquo modo cognoscatur.

17. Opposita reducuntur in idem genus 33.

18. Oppositorum potentia est eadem. Non quidem eadem potentia eodem modo tendit in opposita, sed tantum diverso modo,. E. g.: eadem voluntas respicit bonum et malum, sed ita ut bonum prosequatur, malum vero fugiat. Item, intellectus respicit verum et falsum, sed ita ut vero assentiat, falso autem dissentiat 34. Ratio autem huius effati est, quod « potentia animae non per se respicit propriam rationem contrarii, sed communem rationem utriusque contrarii, sicut visus non respicit rationem albi, sed rationem coloris. Et hoc ideo, quia unum contrariorum est quodammodo ratio alterius 33 ».

30 Qq. dispp., De Ver., q. VIII, a. 1 ad 14.
31 De Interp., c. XIV.
32 Litt. *C.* eff. 29.
33 Vid. *Directe · Indirecte* (litt. *D:* dist. 13).
34 1* 2»., q. VIII. a. 1 ad 1.
35 I, q. LXXVII, a. 3 ad 2. Alia de *oppositis* vid. Litt. c dist. 17-32.

19. Oppositum non dicitur de suo opposito. Ratio est, quia ubi unum oppositorum *actu* est, ibi alterum existere non potest ae.

20. Opt imi est optima producere. Nempe spectat ad optimum agens ut opera sua perfectionem sibi propriam attingant; cumque ultima rei perfectio in consecutione finis consistat 36, ad optimum spectat ut res, quas producit, ad finem perducat. Quocirca ex hoc effato nihil pro mundi *optimisme* argui potest; nam Dei optimi est optima producere, non quidem *simpliciter, sed per comparationem nd fmem,* vel, ut loquitur s. Bonavcntura, *non absolute, sed in ordine,* seu *in relatione ad finem* 38. Quocirca neque illud inde sequitur, quod cum inter optima unum non sit maius altero, omnia a Deo optimo producta debeant esse aequalia; nam « optimi agentis est producere totum effectum suum optimum, non tamen quod quamlibet partem totius faciat optimam simpliciter, sed optimam proportionem ad totum: tolleretur enim bonitas animalis, si quaelibet pars cius oculi haberet dignitatem: sic igitur ct Deus totmn universum constituit optimum, secundum modum creaturae; non autem singulas creaturas, sed imam alia meliorem 39 ». Hinc s. Bonavcntura: « Quod obiicitur, quod Deus dat unicuique quod melius est, dicendum, quod Deus non dat unicuique simpliciter melius, quia tunc non faceret res ordinatas, sed aequaliter perfectas; ct hoc repugnaret perfectioni, quia si omnia essent aequalia, non essent ordinata, ut dicit Augustinus lib. *83 Qq.,* q. 41. Cum ergo dicitur quod Deus dat unicuique quod melius est, hoc intelligendum est secundum exigentiam ordinis et naturae 40 ».

21. Opt imum opponitur pessimo. Etenim eo magis aliquid malum est, quo eminentius est bonum, cui oppo-

36 Vid. litt. *C:* eff. 31.
37 I, q. XCI, a. 3 c.
38 *In lib. I Sent.,* Diet. XL1V, a. I, q. 2 *resol.,* et *lib. ll.* Diet. XXIII, a. I, q. 1 *ad arg.*
S. Thorn , I, q. XLVII, a. 2 ad 4. - Vid. litt. *N:* eff. 9.
J *In lib. II Sent.,* Dist. I, p. 1, a. I, q. 1 *ad arg.*

nitur. Huius rei exemplum affert s. Thomas: « Dicendum, quod virtuti opponitur aliquod peccatum, uno quidem modo principaliter et directe, quod scilicet est circa idem obiectum, nam contraria circa idem sunt; et hoc modo oportet, quod maiori virtuti opponatur gravius peccatum. Sicut enim ex parte obiecti attenditur gravitas peccati, ita etiam maior dignitas virtutis; utrumque enim ex obiecto speciem sortitur; unde oportet quod maximae virtuti directe contrarietur maximum peccatum, quasi maxime ab eo distans in eodem genere 41 ».

" 1* 2M, q. LXX1II, a. 4 c. Γi. *Qq. dispp. De malo,* q. II, a. 10 c.

Distinctiones.

1. Pars: aliquota - non aliquota. Illa est, quae mulloties repetita totum absumit; e. g.: binarius respectu denarii, quinquies enim repetitus absumit denarium. Haec vero est, quae nequit adaequare totum; e. g., ternarius respectu denarii. Iam, adnotante s. Bonaventura, pars aliquota est, cui *propriissime convenit intentio partis,* quia nempe « venit in constitutionem alicuius secundum certam et determinatam mensuram, ita quod aliquoties sunita reddit suum totum [1] ».

2. Pars: ESSENTIALIS - QUANTITATIVA. *Partes quantitativae* sunt illae, in quas dividitur numerus et magnitudo. *Partes essentiales* dicuntur vel materia et forma, ex quibus totum naturale constituitur, vel genus et differentia, *ex* quibus species rei existit [2].

3, Paks: integralis - potentials - subiectiva. *Partes integrates* sunt vel ipsae partes *quantitativae,* ex quibus simul collectis totum quantum constituitur, uti *paries, tectum, fundamentum sunt partes domus* [3]; vel quae non quidem ad essentiam, sed ad integritatem, seu perfectionem rei inserviunt; cuiusmodi, e. g., dicuntur partes aliI

1 *In lib. Ill Sent.,* Dist. VII, dub.
2 S. Thom., *Qq. dispp.,* q. un. *De /In.,* a. 10 c.
3 2» 2*®, q. XLVIII, a. un. ‹·.

cuius virtutis cardinalis ea, *quae necesse est concurrere ad perfectum actum virtutis illius* [4], puta *circumspectio* est pars *integralis* prudentiae. « Assignantur ei *(virtuti)* parte' quasi intégrales, cum scilicet alicuius virtutis ponuntur aliqua, quae exiguntur ad virtutem, in quibus perfectio virtutis consistit; et hae partes proprie loquendo non nominant per se virtutes, sed conditiones unius virtutis integrantes ipsam [5] » *Pars subiectiva* est inferius respectu superioris, cui illud subiicitur, *sicut bos et leo sunt partes animalis;* atque ita etiam *partes subiectivae virtutis dicuntur species eiusdem diversae* [6]* e. g., sobrietas est pars *subiectiva* temperantiae. Denique *partes potentiates* sunt qualitates, quae rei inhaerent, et per quas suam vim agendi explicat; atque ita appellantur, quia per unamquamque earum res suam potestatem non totam, sed tantum ex aliqua parte explicat; e. g., *nutritivum, et sensitivum sunt [tortes potentiates animae* ·. Hoc modo « partes *potentiates* alicuius virtutis dicuntur virtutes adiunctae. quae ordinantur ad aliquos secundarios actus, vel materias, quasi non habentes totam potentiam principalis virtutis [8] »; \el [9] quae participant aliquid de modo qui principaliter et perfecte invenitur in aliqua virtute [9] »: e. g.: pietas, observantia etc. sunt partes *potentiates* iustitiae.

4. Participare: proprie - improprie. *Participare* sensu proprio acceptum significat *quasi partem capere.* Hinc: 1° « quando aliquid particulariter recipit id, quod ad alterum pertinet universaliter, dicitur participare illud; sicut homo dicitur participare animal, quia non habet rationem animalis secundum totam communitatem »; 2° « Subiectum participat accidens, et materia formam, quia forma substantialis, vel accidentalis, quae de sui ratione communis est, determinatur ad hoc, vel ad illud subiectum »; [3n] « Effectus dicitur participare suam causam, et praecipue

4 2* 2*", q. XLVIÏI, a. un. c.
' *In lib. Ill Sent.,* Dist. XXXIII. q. III. a. 1. *sol.* c.
r' 2» 2»®. loc. cit.
' *Ibid.*
8 *Ibid.*
B *In lib. Ill Sent*

quando non adaequat virtutem suae causae; puta si dicamus quod aër participat lucem solis, quia non recipit eam in ea claritate, quae est in sole 10 ». - *Participare improprie,* seu *secundum aliquam analogiam* dicitur illud, quod ex *parte,* seu secundum *imperfectam similitudinem* habet aliquid, quod in alio proprie et perfecte existit. Hoc modo creaturae *participant* Divinam Bonitatem 1112

5. Participaliter - Essentialiter ,2.

6. Participative - Nominaliter. Vox, quae instar participii usurpatur, *participative,* seu potius *participaliter;* illa vero, quae tamquam nomen accipitur, *nominaliter* sumi dicitur. E. g.: vox *adolescens participaliter* sumta indicat in universum quidquid aetate augetur ct vigescit; *Nominaliter* vero innuit aetatem, quae pueritiam immediate sequitur.

7. Pati: proprie - minus proprie - communiter. *Proprie pati* dicitur id, a quo aliquid removetur sibi conveniens vel secundum naturam, vel secundum propriam inclinationem, et aliquid contrarium in ipsum imprimitur, puta cum homo aegrotat, aut tristatur: « Ad rationem passionis requiritur quod qualitas introducta sit extranea, ct qualitas abiecta sit connaturalis; quod contingit ex hoc, quod passio importat quamdam victoriam agentis super patiens; omne autem quod vincitur, quasi trahitur extra terminos proprios ad terminos alienos; et ideo alterationes, quae contingunt praeter naturam alterati, magis proprie dicuntur passiones13 ». - *Minus proprie,* illud, a quo aliquid abiicitur, ct aliud recipitur sive sil ci conveniens, sive non. Hoc sensu dicitur *pati* homo non solum cum aegrotat, sed etiam cum sanatur, atque non solum cum tristatur, sed etiam cum laetatur. - *Communiter,* quatenus

10 *Super Boët. De Ilebd.,* led. 1.

11 *In lib. Il Sent.,* Dist. XVIII, q. I, a. 6 ad 1. - Hinc vides illam loquendi rationem, qua omnia esse *participationes Divinae Essentiae* dicuntur, pantheistarum sententiae nihil omnino prodesse. Vid. lilt. *E:* dist. 16.

12 Vid. *ibid.*

13 *In lib. Ill Seni.,* Dist. XV, q. II, a. 1, *sol.* 1 c.

ex potentia transit ad actum, nempe quatenus recipit illud, ad quod erat in potentia. Hoc sensu *pati* accipitur pro qualibet mutatione, etiamsi pertineat ad perfectionem naturae; atque proinde *transmutationem sensibilem* in sui ratione non includit; unde ipsum nostrum *intelligere* dici potest quaedam *passio* [14].

8. Patibilis qualitas - Passio. Pertinet ad tertiam speciem *qualitatis* :C. Scilicet sunt qualitates, quae quamdam perturbationem in substantia producunt, vel ob perturbationem in substantia productam in eodem subiecto oriuntur; e. g.·. metus, qui statum hominis perturbat, et pallor, qui ex metu, qui statum hominis perturbat, in cius vultu efficitur. Iam, si hac qualitates firmae sunt, et diuturnae, *patibiles qualitates,* puta pallor ex longa aegritudine ortus; sin cito diffluant, *passiones* dicuntur, puta pallor, qui ex metu gignitur. *Patibilis qualitas* ita nuncupatur. quia ipsa proprie substantiam *qualem* efficit; e. g.: cx firmo ct constanti rubore aliquis ruber dicitur, non autem si quis verecundia rubeat, ruber denominatur. Huiusmodi qualitates proprie in rebus corporeis inveniuntur, et, si in animam quoque cadunt, id evenit, quatenus haec corpus substantialiter sibi coniunctum habet. Proinde inveteratum odium Scholastici appellant *qualitatem patibilem:* brevem iram vocant *passionem.*

9. Perfectio: quoad ενπτλμ - quoad virtutem - quoad finem. *Perfectio entitatis* respicit rem in sua substantia: atque est *forma totius, quae ex integritate partium consurgit* [15]. Nempe illud dicitur *quoad entitatem* perfectum, cui nihil deest ad sui essentiam, neque ad sui integritatem. Hoc modo dicitur homo *perfectus* in sua specie, cx hoc quod constat ex anima rationali et corpore: *perfectus* corporis integritate, si nulla ei desit corporis pars: et iustam habeat staturam, membrorumque proportionem. *Perfectum secundum virtutem* dicitur illud, quod bene se habet in operibus sibi propriis; nempe quod nec plus nec minus habet,

“ I, q. I.XXIX, a. 2 c., ct q. XCVII, a. 2 c.
15 Vid. litt. 9: dist. }.
»« I, q. LXXIH, α. 1 c.

quam quod pertineat ad speciem propriae virtutis K. Secundum hunc perfectionis modum utimur hoc nomine etiam in malis, puta cum dicimus perfectum calumniatorem et latronem 17; cum isti nullo modo deficiunt ab eo, quod eis competit quatenus sunt tales. Neque mirum est, si in his, quae defectum indicant, utamur nomine *perfectionis;* sic enim latro, calumniator etc. se habent in suis operationibus, licet malis, sicut boni in bonis. Denique *perfectionem finis* dicitur habere res, quae ita est comparata, ut finem, propter quem instituta est, consequatur; sicut homo cum consequitur beatitudinem. Hinc qui consequitur finem in malis, potius *deficiens* dicitur, quam *perfectus,* quia malum est privatio debitae perfectionis. Nisi quod, cum finis sit quoddam ultimum, ideo per quamdam similitudinem transferimus nomen *perfectionis* ad ea, quae perveniunt ad ultimum, licet sit malum. Hoc sensu dicitur aliquid *perfecte* perdi, vel corrumpi, quando nihil deest de corruptione, vel perditione rei le.

10. Perfectio: simpliciter simplex - simplex - secundum QUID. Prima est perfectio, quae in sui ratione omnem excludit defectum, necnon oppositionem cum maiori, aut aequali perfectione; e. g., sapientia. Altera est, quae omnem excludit defectum, non autem oppositionem cum alia sibi aequali; e. g., *Paternitas Divina,* quae nihil omnino imperfectum continet, sed tantum cum *Filiatione* pugnat. Tertia est, quae et in se aliquid imperfecti admixtum habet, et cum alia nobiliori consociari non potest; e. g., esse corpus.

11. Permissio: legalis - causalis. *Permissio legalis* ea est, qua aliquid, tamquam licitum, subditorum nutui a legislatore relinquitur; *Permissio causalis,* qua aliquid a causa, quae posset impedire, non impeditur. Hinc patet Deum mala moralia permittere non primo, sed altero modo; non enim tamquam legislator sanctissimus aliquod permittit malum, sed solum quatenus, cum possit mala impe-

17 *In lib. V Met.,* lect. XVIII.
18 Vid. litt. B: dist
" Ia 2»«, q. LV, a i ad 1.

dire, ea non impedit. Neque hoc modo *permittere* id**m est, ac *consentire.* Nam, « permittere malum est dupliciter: aut non cohibendo manum vel animum nec in facto, nec in retributione, et sic consentire est; vel non cohibendo manum, sed tamen puniendo transgressorem, et arguendo continue, et sic non consentit; et hoc modo Deus permittit, et non consentit 20 ».

12. PER se - A se. *Per se* existit id, quod non habet e.sse suum in alio tamquam in subiecto: quare *per se* existit quaelibet *substantia.* Huic exiçtendi modo opponitur ille, quo res *inhaesive* alteri inessc dicitur, ct qui *accidentium* proprius est 2l. - A *se* id, quod nulla prorsus indicet causa, ut existet; et hoc ad solum Deum pertinet. Hinc illae voces oriuntur, *Perscitas - Aseitas. Perscitas* negat tantum dependentiam a subiecto. cui aliquid inhaerere debeat. ut existere possit; *Aseitas* negat etiam dependentiam a quavis causa producente.

13. Per se - Per accidens. l' : *Per se* alicui convenire dicitur id, quod ex internis eius principiis; *per accidens.* quod quasi fortuito illi convenit; e. g. : *per se* convenit homini esse animal; *per accidens* esse album. « Quaecumque, ait s. Thomas, per se insunt alicui, vel sunt de essentia eius, vel consequuntur essentialia principia.... Omne, quod inesl alicui per accidens, cum sit extraneum a natura eius, oportet quod conveniat ei ex aliqua exteriori causa 22 ». Adnotante autem eodem sancto Doctore. *per se* aliquid attribuitur alicui non solum *positive, sicut igni attribuitur ferri sursum,* »ed etiam *ratione remotionis,* » per hoc scilicet quod removentur ab eo illa, quae nata sunt contrariam dispositionem inducere »; e. g. : hoc modo dicimus universale esse *per se* incorruptibile; « non enim dicitur universale incorruptibile, quasi habeat aliquam formam incorruptionis, sed quia non conveniunt ei secundrun se dispositiones materiales, quae sunt causae corruptionis iti

-° S. Bonav., *In lib. I Sent.,* Dist. XI.λ II. a. 1, q. 3 *ad arg.*
21 Vid. litt. -4: dist. 28.
22 *Q<l· ditpP* l c.

individuis 21 ». Rursus « nihil prohibet aliquid inesse per accidens alicui secundum se sumto, quod eidem inest per se, addito alio; sicut homini per accidens inest moveri, per se vero homini in quantum est currens 24 ». 2°: *Per se* alicui convenit illud, quod ad ipsum pertinet, qualibet facta positione; e. g.: esse ubique *per* se convenit Deo; quia « quaecumque loca ponantur, etiamsi ponerentur infinita, praeter ista, quae sunt, oporteret in omnibus esse Deum, quia nihil potest esse, nisi per ipsum ». *Per accidens* autem convenit alicui illud, quod de ipso dicitur *propter alii(piam suppositionem factam;* e. g.: « granum milii esset ubique, supposito, quod nullum aliud corpus esset2i b, 3°: *Per se* idem est, ac propter se, vel *directe. Per accidens* idem est, ac *propter aliud et indirecte;* e. g.: Theologia *per se* seu *principaliter* agit de Deo, *per accidens* de creaturis, *secundum quod referuntur ad Deum, ut ad principium vel finem* 2G. Ita etiam virtutes appetuntur *propter* se, « iu quantum habent in seipsis aliquam rationem bonitatis, etiamsi nihil aliud boni per eas nobis accideret»; et *propter aliud,* « in quantum scilicet nos perducunt in aliquod bonum perfectius 27 ». Hac etiam ratione « quaedam sunt in geuere per se », scilicet « quae participant essentiam completam illius generis »; alia vero *indirecte,* seu *per reductionem* 2H. 4°: Quomodo hae voces significent diversa genera causarum, iam alibi explicatum est 29. 5°: *Per se* compositum est illud, quod coalescit ex rebus naturalem ordinem inter se habentibus, et eiusdem generis: *Per accidens* compositum dicitur id, quod constat ex pluribus, quae vel naturalem ordinem inter se non habent, vel ad diversam categoriam spectant; c. g., homo est aliquid compositum *per se,* constat enim ex anima et corpore, quae

2:l *Qq. dispp., De Per.,* q. J, a. 5 ad 15.
21 *Ibid.* q. XII. a. 11 ad 1.
25 I, q. VIII, a. 4 c.
2G L q- I, a. 3 ad i. - Vid. Jitt. *D:* dist. 13.
27 2λ 2'% q. CXLV, a. 1 ad 1.
2S^'i Bv"aV^ In, lib' 11 Sent" Dist· XXIV, p. 1, a. II. q. 1 d arg. - Vid. Im. *D:* dist. 13. M20
20 Vid. litt. C: dist. 8.

eiusdem sunt categoriae, cum utrumque ad genus substantiae pertineat, ct naturalem ordinem inter se habent, ita ut unam substantiam completam constituant. Domus vero est aliquid compositum *per accidens,* exurgit enim cx pluribus artificioso ordine inter se connexis. Item, aqua frigida est aliquid compositum *per accidens,* constat enim ex aqua et frigore, quae licet habeant invicem naturale ordinem, sunt tamen diversae categoriae, cum aqua sit substantia, frigus sit qualitas. 6°: Denique, *per se loquendo* idem est ac *absolute,* vel *in universum loquendo; per accidens* idem est ac secundum aliquam rationem, vel aliqua ex parte. E. g.: anima brutorum *per se* est indivisa 30; *per acccidens* in animalibus imperfectis est divisibilis, nempe ratione extensi, quod informat 31.

14. Persona - Suppositum 32.

15. Personaliter - Simpliciter a3.

16. Physice - Logice 54.

17. Physicum punctum - Mathematicum. *Punctum mathematicum* est illud, quo nihil minus in extensione excogitari potest, idest cuius nulla pars est. *Punctum* vero *physicum* est illud, quod licet naturaliter in partes dividi nequeat, tamen nostrae cogitationi partes, in quas dividitur. exhibet.

18. Positiae - Negative. 1°: *Positivum* distinguitur contra *negativum,* prout *reale* contra id, quod non est *reale.* 2°: *Positive* alteri opponitur illud, quod eius contrariam formam habet; siquidem « dicuntur contraria, secundum quod in utroque aliquid positive consideratur 35 »: « contrarietas enim cum sit differentia secundum for-

30 Vid. s. Thom., *Contr. Gent.,* lib. I, c. 42.
31 *Qq. dispp.. De. Pot.,* q. III, a. 12 ad 5. Cf. Sanseverino. *Elein. seu Instil. Phil. Christ.,* vol. II. *Cosmol.,* c. IV, a. 3, p. 338 -qq. Neapoli 1885.
32 Vid. *Suppositio* (litt. S).
33 Vid. *Simpliciter,* litt. S.
34 Vid. litt. *L.* dist. 10.
33 *In lib. Il Sent..* DM. XL, q- L a- 5 *sol.*

mam [16] », sequitur ut « oppositio contrarietatis sit ex parti» positionis in utroque [37] ». *Negative* autem illud, quod neque illam formam habet, neque formam ipsi contrariam. E. g. : *negative bonitatem civilem* dicitur habere « agrestis, qui extra civilem vitam est, et per consequens actiones eius neque bonae, neque malae sunt civiliter, in quantum non sunt ordinatae ad civile bonum [38] ». Item *negative,* vel *positive* infidelitas a Theologis consideratur: « Infidelitas dupliciter accipi potest. Uno modo secundum puram negationem, ut dicatur infidelis ex hoc solo, quod non habet fidem. Alio modo potest intclligi infidelitas secundum tontrarietatem ad fidem; qua scilicet aliquis repugnat auditu· fidei, vel etiam contemnit ipsam [39][40], 3°: aliquid alterius actioni resistere dicitur *positive,* vel *negative,* prout vel contrariam ei obiicit actionem, vel tantum defectum habilitatis ad illam in se suscipiendam. 4°: Aliquando *positive et negative* idem significant, ac *directe* et *indirecte.* nempe cum adhibentur ad diversam rationem significandam, qua quis damnum alteri infert. E g.: *positive,* vel *negative,* seu *directe,* vel *indirecte* potest quis esse *causa iniustae acceptionis: «* Directe quidem, quando inducit aliquis alium ad accipiendum; et hoc quidem tripliciter. Primo quidem modo ex parte acceptionis, movendo ad ipsam acceptionem; quod quidem fit praecipiendo, consulendo, consentiendo expresse, ct laudando aliquem quasi strenuum de hoc, quod aliena accepit. Alio modo ex parte ipsius accipientis: quia scilicet eum acceptat, vel qualitercumque ei auxilium fert. Tertio modo ex parte rei acceptae; quia scilicet particeps est furti, vel rapinae, quasi socius maleficii ». *Negative,* seu *indirecte,* « (piando aliquis non impedit, cum possit, ct debeat impedire; vel quia subtrahit praeceptum, sive consilium impediens furtum, vel rapinam: vel quia subtrahit suum auxilium, quo posset obsistere; vel quia occultat post factum [10] ». 5°: *Positivum.*

36 1* 2'*, q. XXXV, a. 4 c.
3' *In lib. II Sent.,* loc. cit.
3S *Ibid,* ad 1.
39 2» 2TM, q. X, a. 1 c.
40 2· 2ao, q. LXH, a 7 c.

vel *negativum* diversas attributorum species etiam significant. *Positiva* attributa sunt ea, quae in sui conceptu per fectioncm involvunt, puta sapientia, iustitia etc. *Negativa,* quae perfectionem denotant, prout aliquod vitium remount ab illo, de quo praedicantur. Qua in rc monemus: 1' negationem \el ad originem nominis spectare, vel ad significationem. Negatio vi *originis* illa est, quae ex analysi vocis coalescentis ex particula *non* derivatur; e. g., *infinitas* quasi idem est ac non esse finitum. Negatio vi signification is oritur ex negativo sensu vocis ceteroquin positivae; e. g., *simplicitas* idem est ac *non esse multiplex,* etc. 2° Uniusmodi distinctionem attributorum etiam cum de Divinis perfectionibus sermo est, admitti solere, non quidem ita ut negativa attributa sint in Deo contraria affirmantibus, sed ita ut excellentiam perfectionis quovis defectu immunis significent; siquidem in hac vita non possumus aliter Deum cognoscere, quam per creaturas, removendo ab Ipso omnes imperfectiones creaturarum, et harum perfectiones magis ac magis extendendo; quocirca attributa negantia abundantiam et excessum praeseferunt, quippe quae Deum supra omnia quae sunt, esse ostenUlli ",

19, Possibile: **INTRINSECE · EXTKINSECE. Dicitur** *possibile intrinsece,* vel *absolute,* **ct** *secundum seipsum* **illud.** cuius *termini nullam, ad invicem repugnantiam habent;* dum c contrario *impossibile intrinsecum, absolutum, seeundum seipsum* dicitur e.v *discohaerentia terminorum,* seu *cuius termini sibi invicem repugnant;* et quoniam difccbaerentia terminorum est *in ratione alicuius oppositionis.* in qua *includitur affirmatio et negatio,* sequitur ut in omni tali *impossibili implicetur affirmationem et negationem esse simul.* Hac ratione dicimus possibile quod non est impossibile esse, ct impossibile dicimus quod necesse est non esse '2. *Extrinseco* autem, vel respective *possibile* aliquid dicitur quatenus subditur alicui potentiae, sive *activae.*

" Vid ». Diunasc., *De Fide orth.,* lib. I, c. 4.
42 0 Onod necesse rst non esse, impossibile est. et conver-

« ut si dicamus possibile esse aedificatori, quod aedificet »; sive *passivae,* « ut si dicamus possibile esse ligno quod comburatur ». E contrario, dicitur *respective impossibile* illud, « quod, quantum in se est, non habet rationem impossibilis, sed in ordine ad aliquid »; nempe « propter defectum potentiae, vel ex seipsa, quia videlicet ad illum effectum non potest se extendere..., vel cum potentia alicuius impeditur, aut ligatur 13 ». Quare « uno modo dicitur impossibile, quod nullo modo fieri potest. Et impossibile dicitur, quod natum est fieri, licet elevatum sil supra possibilitatem agentis, aut patientis 14 ».

Ex his palet: 1° nihil dici posse *respective* possibile, nisi sit *intrinsece* possibile 15; quocirca possibilitas *intrinseca* vocatur etiam *fundamentalis.* 2° Omnia, quae *respective* sunt impossibilia apud causas inferiores, esse possibilia apud Deum. Hinc sapientes mundi propter hoc stulti vocantur, quia quae secundum causas inferiores sunt impossibilia, simpliciter et absolute impossibilia indicabant, etiam Deo 10 ».

20. Possibile: simpliciter - ex suppositione. Illud idem, quod *simpliciter,* seu *absolute* est possibile, quia in se nullam includit repugnantiam, evadit *hypothetice impossibile ex* aliqua suppositione facta. Hoc modo impossibile est, ut ea. quae a Deo sunt praevisa, non eveniant1'.

21. Potentia - Potentialitas. *Potentialités,* seu sim *pliciter potentia* significat *non existentiani* rei, eiusque indifferentiam ad *esse* vel *non esse: Potentia* autem, seu /n*cultas,* vel *potestas* denotat illud, quod iam suum *esse* habet, et per ipsum ad actionem ordinem habet. Quare illud quod est *potentiate,* nullo modo est ''. Potentia vero non est *actu secundo,* qui ut alibi diximus '', significat

' | *Qq. dispp,., De Pot.,* q. 1, a. 3 c., el q. Ill, a. 14 c. *In lib. I Sent.,* Dist. XLII, q. II, a. 3 *sol.*

'' B. AII». M., *De motibus progressivis,* tract. I, c. 4.

45 Vid. litt. /; eff. 5.

l*7 m a',4 ad L Vi,L '' <l· XXV' a* 3 c'

. U ♭ q» X a- 2 c. · Vid. litt. /V: dist. 6.

4M Vid. lut. *A:* dist. 20.

49 Vid. lilt. *A:* diet. 23.

actionem; quia existere et intelligi potest sine actione, cuius ipsa principium est; sed est *actu primo,* qui significat *esse;* nam intelligi non potest sine *esse,* quod est principium ipsius potentiae.

Hinc Leibnitius, aliique philosophi refelluntur, qui facultatem animae sine *actu,* seu operatione, aliquid mennn possibile, et abstractum esse opinantur.

22, Potentia: activa passiva. *Potentia actita est principium agendi in aliud: passiva* est *principium patiendi ab alio* 50. Scilicet, quaelibet potentia expostulat, ut ad operationem ordinem habeat. Iam, *potentia,* quae sua operatione aliquod obiectum transmutat, est *activa:* e contrario, *potentia,* quae ab aliquo obiecto movetur ad suam operationem eliciendam, est *passiva* 51. « Potentia activa est principium transmutandi aliud. Potentia passiva est principium transmutandi ab alio 52 ».

23, Potentia - Habitus 53.

24. Potentia - Impotentia. Spectant ad secundam speciem qualitatis. Nempe, proclivitas, vel imbecillitas superaddita facultati agendi, per quam substantia faciliter, vel difficulter ea operari potest, quae illius facultatis obiectum sunt, aut resistere iis, quae illius exercitationem impediunt, *potentia,* vel *impotentia* vocatur; e. g., visus in iuvene *potentiam,* in sene *impotentiam,* sive debilem potentiam habet: « Potentia naturalis, prout dicit modu: existendi naturalis potentiae in subiecto *(idest facultatis agendi);* secundum quem dicitur subiectum facile, vel difficile ad aliquid agendum..., dicit modum qualitatis; et est generaliter in secunda specie qualitatis, ut patet, cum dicitur cursor, et pugillator, quorum utrumque dicit fa-

so J, XXV. a. 1 c.

51 Vid. s. Thoni., *Qq. dispp.. De Ver.,* q. XVI, a. 1 ad 13. Quomodo potentia *activa* attribuenda sit Deo, explicat sanctus Doctor. *Qq. dispp., De Pol.,* q. I, a. 1.

52 S. Bonav., *In lib. I Sent.,* Dist. XII, a. 1, q. 4, *resol.*

53 Vid. litt. *H:* dist. 4.

cilitatem, quae sequitur modum cxistendi potentiae gradiendi. el resistendi, sive agendi in subiccto 51 ».

25. Potentiλ: locica - physica. *Potentia physica* « di-(it aclualiter potentiam in re, quae signatur ad alterum ordinari 55 », seu ad realem ct positivum effectum. Potentia autem *logica* signi lirat tantum aliquid *non esse in se impossibile quasi contradictionem implicans;* c. g.: /ogi-*ca* est potentia, qua creaturae in nihilum a Deo redigi possunt 56, non autem *physica;* siquidem « tendere in nihilum non est proprius motus naturae, qui semper est in bonum '7 ».

26. Potentia: naturalis - supernaturalis - obedientialis. *Potentia naturalis* est, quae ordinatur ad operationes proprias cuiusque naturae creatae, seu quae eius vires non excedunt. Haec potentia vocatur *vitalis,* si operatio producitur, vita concurrente: puta intellectus, sensus, facultas nutrix etc.; sin vero, vita non concurrente, vocatui *simpliciler naturalis,* puta potentia illuminandi in sole. E contrario, *potentia supernaturalis* est, quae ordinatur ad operationes superantes naturae vires; e. g., potentia intellectus creati ad *visionem intuitivam* Dei. lam, si haec potentia spectetur, quaternis « pendet a Deo, qui huiusmodi virtutem largitur creaturis», dicitur *simpliciter supernaturalis;* sin in creatura, quatenus « in creatura fieri potest quidquid in ea fieri voluerit Creator 58 », dicitur *potentia obedientialis: Obedientialis,* quia « lota creatura obedit Deo ad suscipiendum in se quidquid Deus voluerit 59 »: *Potentia,* quia quaedam non repugnantia, seu aptitudo naturalis agnoscenda est in creaturis ad id, quod virtute illa supernatural} augeantur r'\ Hinc *potentia obedientialis*

S. Bonav., *In lib. I Sent.,* Dist. III, p. 2, a. I. q. 3 *resol.*
Ibid., Diet. XVII, a. I. q. t *resol.*
·'" S. Thom.. *Qq. dispp.. De Pol.,* q. V, a. 3. · Vid. lilt. *O:* eff. 8.
Ibid., a. 1 ad. 16. · Cf. litt. /V.· cff. 22.
' *Qq. diupp., De Ver.,* q. VIII, a. 12 ad 4.
50 Ibid., De Viri., q. I. a. 10 ad 13.
60 Ibid., De Pul., q. I, a. 3 ad 1.

definitur: Capacitas naturarum creatarum accipiendi a Deo virtutem supernaturalem, per quam quidquam, quod vires earum excedit, agere possint.

27. Potentia: objectiva - subiectiva. *Potentia obiectiva eat* mera rei possibilitas, seu non repugnantia ad exi-tendum; e, g., capacitas cxistendi in altero mundo G'. *Subiectiva est* quaedam habilitas subiecti ad aliquam formam in -< recipiendam; e. g., pelluciditas aeris ad lumen in se suscipiendum; haec enim est capacitas admittendi luminis in se *Potentia subiectiva* denotat aliquid positivum in subiccto, puta idoneitatem ad formam: *Obiectiva* vero nihil positivum praesefert. sed solam in Deo foecunditatem producendi quodlibet. Sic possibilitas alterius mundi nihil importat *actu* in altero mundo, sed solam designat Divinae Potentiae foecunditatem, a qua possit e potentia ad actum reduci. Vocatur autem potentia *obiectiva,* vel quia illud, quod est *in potentia obiectiva,* obiectum solius Divinae omnipotentiae est; vel quia obiectum cognitionis esse potest. Potentia *subiectiva* iterum vel est mere receptiva, si tantummodo formam recipiendi capacitatem praesefert: quo modo corpus humanum 'est in potentia *subiectiva* respectu animae rationalis; vel etiam ad productionem formae, quae recipitur, quodammodo concurrit, quatenus haec ab illa educitur; quo modo, e. g., lignum est in potentia *subiectiva* respectu ignis.

28. Potentia: ordinata - absoluta. Sunt varii modi, quibus Dei Potentia a nobis concipitur. Nempe dicitur Deus posse de potentia ordinata illud. « quod attribuitur sibi in ordine ad sapientiam, et praescientiam et voluntatem Eius 62 ». Atque haec, potentia *ordinata* appellatur vel *ordinaria,* vel *extraordinaria,* prout versatur circa ea. quae vel secundum, vel praeter naturae cursum fiunt. Dicitur autem Deus posse *de potentia absoluta* illud, quod *attribui-*

61 Inde colligis *potentialitatem. potentiam logicam,* et *potentiam obiectivam* fere idem significare.

62 Vid. litt. Λ: dist. 20.

e' *In lib. HI Sent.,* Dist. I, q- Π, a. 3 *sol.*

tur potentiae secundum se consideratae ®4, quo modo a Deo fieri potest quidquid contradictionem non implicat sen *omne illud, in quo salvari potest ratio entis*66; quocirca: 1 potentia absoluta non nisi rei possibilitatem respicit. 2° Deus « potentia absoluta potest facere alia, quam quae praescivit et praeordinavit se facturum 06 ». 3° « Absolutum et regulatum non attribuuntur Divinae Potentiae, nisi ex nostra consideratione, quae Potentiae Dei in se consideratae, quae absoluta dicitur, aliquid attribuit, quod non attribuit Ei secundum quod ad sapientiam comparatur, prout dicitur ordinata 67 ».

29. Potentia: proxima - remota. *Potentia proxima* est ea, quae unica agentis actione, seu, ut s. Thomas inquit, *statim* 68 potest ad actum reduci: *Potentia remota,* quae ut ad actum reducatur, eget multiplici saltem patientis mutatione. Qua in rc advertit idem sanctus Doctor potentiam proximam esse in causa, ob quam aliquid simpliciter dicitur esse in *potentia* ad aliud: « Illud dicitur esse in potentia ad aliquid, quod potest statim reduci in actum uno motore; sicut non dicimus quod ex terra possit fieri statua, sed ex cupro, quamvis ex terra fiat cuprum r'9 ».

30. Potentia simultatis - Simultas potentiae. Ea, quae eodem tempore simul esse possunt *actu* in eodem subiecto, dicuntur posse esse simul *potentia simultatis,* puta ambulare ct legere. *Simultate* vero *potentiae* dicuntur duo posse esse, quando ad utrumque habetur eodem tempore potentia, sed utriusque potentiae actus eodem tempore in eodem subiecto haberi nequit: ita ambulans potest stare *simultate potentiae* 70.

31. Practice - Speculative 71.

64 *Loc. cit.*
85 I, q. XXV, a. S ad 1.
«6 *Ibid.*
67 *Qq. dispp., De Pot.,* q. I, a. 5 ad 5.
68 *In lib. II Sent.,* Dist. XIX, q. I, a. 2 *sol.*
™ *Ibid.*
70 Vid. *In sensu: composito · diviso* (litt. *C:* dist. 17).
71 Vid. *Speculative* (lilt. S; dist. 25).

32. Praeceptum: affirmativum - isegativum. *Praecepta negativa* legis *prohibent actus peccatorum,* ac proinde *pertinent ad declinandum a malo. Praecepta affirmativa inducunt ad actus virtutum,* ac proinde *perlinent ad faciendum bonum* 72. lain praecepta *negativa virtute includuntur* in praeceptis affirmativis, quia plus est operari bonum, quam vitare malum 73 ». Item, omne praeceptum *affirmativum* secum fert praeceptum *negativum;* nam, « cum omne praeceptum affirmativum pro tempore, ad quod obligat, peccatum omissionis inducat, omne autem peccata sub prohibitione cadat; praecepta affirmativa habent prohibitiones, sicut praecepta negativa, annexas pro illo tempore ad quod obligant, sicut etiam quaelibet affirmatio habet negationem coniunctam 74 ». Dicitur *pro tempore ad quod obligant,* nam praecepta affirmativa obligant *semper.* sed *non ad semper;* nempe, « praecepto affirmativo praecipitur actus virtutis, ad cuius rectitudinem multae circumstantiae concurrunt, quia bonum consurgit ex ima et tota causa 75. Unde illud, quod cadit sub praecepto affirmativo, non est pro omni tempore et quolibet modo observandum, sed servatis debitis conditionibus et personarum, el locorum, ct temporum; sicut honor parentibus non est exhibendus quolibet tempore, aut loco, aut quolibet modo, sed servatis debitis circumstantiis ». Quo etiam ex capite praeceptum affirmativum a negativo distinguitur, quod *obligare* dicitur *semper et ad semper;* nempe, « per praecepta negativa prohibentur actus vitiorum: illud autem, quod est secundum se vitiosum ct peccatum, qualitercumque fiat, est malum, quia contingit ex singularibus defectibus, ct ideo illud, quod prohibetur praecepto negativo, a nullo, nec aliquo modo faciendum est 7677).

33. Praecisive - Negative ".

72 2‘ 2“Λ, q. XXXIII, a. 2 c.; q. LXXIX. a. 3 ad 3.
73 *Ibid.,* q. XLIV, a. 3 ad 3.
74 *In lib. IV Sent..* Disl. XV. q. II. a. 1 *sol.* I ad 3.
7* Vid. lilt. *B:* eff. 8.
71 *Qq. dispp* . De *Virtut.,* q. 111, a. 2 c.
77 Vid. liti. *A:* disl. 11.

34, Praedicamenta - Praedicabilia. *Praedicamenta,* sive *categoriae,* sunt illae universalissimae classes, ad quas, secundum Aristotelem, res omnes reduci possunt, proinde* que exhibent omnia attributa, quae de subiecto *praedicari,* seu eminciari possunt. Decem ab ipso enumerantur, atque his duobus carminibus includi solent:

Arbor sex servos ardore refrigerat ustos.
Ruri cras stabo, sed tunicatus ero 7R.

Nani quidquid est, aut est *substantia;* aut est in *substantia,* et dicitur *modus* eius, vel *accidens.* Hinc prima *categoria* est *substantia;* reliquae noveni sunt varii substantiae modi; idest *quantitas, relatio, qualitas, actio, passio, ubi, quando, situs habitus;* quae singula per singulas carminum voces significantur. Ratio huiusmodi numeri *praedicamentorum* pendet ex eo quod secundum Aristotelem decem de qualibet re inquiri possunt; nempe; *quid sit. quando sit, quomodo sit, quo habitu praedita 7fl. Praedicabilia* autem sunt quinque notiones maxime communes, per quas veluti per notas quasdam, ostenditur, quomodo res quaevis de quavis re *praedicetur,* seu dicatur ct einuicietur. Ipsa sunt: *Genus, species, differentia, proprium* et *accidens.* Nam *Genus* praedicatur ut pars essentiae communior: ut cum Sacrates dicitur *animal: Differentia,* ut pars essentiae peculiaris et propria: ut eum dicitur *rationalis: Species,* tamquam tota essentia: ut cum dicitur/io·

S. Isidoru- Hispalensis eadem praedicamenta hac enunciationo significavit: « Plena sententia de his ita est: Augustinus mtignu* praedicator, filius illius, stans in templo, hodie infulatus, praedicando fatigatur »; *Etymolog.,* lib. II, c. 26.

~J Haec eadem praedicamenta recensens Clemens Alex, inquit' « Ex iis, quae dicuntur absque connexione, alia quidem significant essentiam, alia autem quale, alia vero quantum, alia autem quae referuntur ad aliquid, alia autem ubi, alia vero quando, alia autem situm esse, alia autem habere, alia vero agere, alia autem pati »: *Strom..* lib. VIII, n. 8. Item, s. Augustinus: In rebus creatis, atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidens dicatur: omnia enim accidunt eis, quae vel amitti possunt, vel minui, ut magnitudines, et qualitates, ct quod dicitur ad aliquid..... et situs, et habitus, et loca, et tempora, et opera, atque passiones o; *De Trin..* lib. V. c. 4, n. 6.

mo; Proprium, tamquam affectio necessario ab edentia profluens: ut cum dicitur *ridendi* et *admirandi capax: Irridens,* tamquam affectio extranea et fortuita: ut cum dicitur *albus.* Quod *accidens* dicitur *logicum,* ut distinguatur ab *accidente praedicamentali,* seu *physico* °. Ex hi- omnibus patet *praedicamenta* in eo distingui a *praedicabilibus,* quod haec sint modi praedicandi, illa vero res quae praedicantur.

35. Post-praedicamenta - Ante-praedicamenta. *Ante-praedicamenta* sunt quaedam praenotiones ab Aristotele praemissae, ut facilius *praedicamenta* intelligerentur. Continentur tribus definitionibus, duabus divisionibus, et regulis item duabus 81. *Post-praedicamenta* sunt quidam modi, qui a *categoriis* consequuntur, atque oriuntur ex illarum inter se comparatione. Quinque ab .Aristotele numerantur: nempe: *Oppositio, Priorités, Simultas, Motus, Habitus"'2.* Quoad *habitum,* adnotamus ipsum, quatenus accipitur pro quadam specie *qualitatis,* pertinere ad quartum *praedicamentum;* quatenus significat modum, quo res ornatur, constituere ultimum *praedicamentum;* quatenus denique innuit modum, quo una res dicitur haberi ab alia ut cum homo dicitur habere praedium, crumenam, pecuniant etc., esse ultimum *post-praedicamentum 83.*

36. Praedicamentaiiter - Transcendentaliter. *Praedicamentaliter* sumitur illud attributum, quod est unum ex decem *praedicamentis. Transcendentaliter,* quod seriem *praedicamentorum* excedit, atque omnibus omnino rebus convenit, ut esse *unum, verum* et *bonum 8'.*

37. Praedicari: in quale - in quid - in quale quid

38. Praedicatio: directa - indirecta 8g.

so Vid. litt. *A:* dist. 13.
«1 De his vid. Goudin, *Phil,* etc., t. I, p. 257 sqq. Bononiae 1686.
82 Vid. *ibid.,* p. 366 sqq.
S3 Vid. quae diximus litt. *II:* dist. 1.
84 Vid. *Categories · Transcendentaliter* (litt. *C:* dist. 2)
85 Vid. litt. *1:* dist. 17.
ΛG Vid. *Directe - Indirecte* (litt. *D:* dist. 13).

39. Praedicatio: exercita - signata. *Praedicatio exercita* vocatur ea, in qua adhibetur verbum *est* secundum sui genuinam atque nativam significationem; ut homo est animal. *Signata* appellatur ea, quae iit per haec verba, *significat, dicitur, affirmatur etc.,* vel per verbum *est* loco ipsorum positum; ut, hic liber est Virgilius.

40. Praedicatio: intrinseca - extrinseca. *Praedicatio intrinseca* obtinet, cum praedicatum reipsa inest subiecto, sive essentialiter, sive accidentaliter. *Extrinseca,* cum praedicatum subiecto, tantum convenit *denominative,* ut paries est visus; animal est genus etc.

41. Praedicatio: ordinata - inordinata - praeter ordinem. *Ordinata* est ea, in qua superius de inferiori praedicatur, ut homo est animal. *Inordinata,* seu *contra ordinem est ea, in qua inferius dicitur de superiori;* ut animal est homo. *Praeter ordinem* est, cum attributum non habet potius ratiouem superioris, quam subiectum: ut cum Petrus dicitur de seipso; v. g., Petrus est Petrus.

42. Praedicatio: per inhaerentiam - per identitatem. *Praedicatio per inhaerentiam* ea dicitur, qua aliquid de aliquo *concrete,* idest ratione suppositi emmeiatur: e. g.. album est musicum. *Per identitatem,* si enunciatur abstracte, seu ratione formae; e. g., iustitia est bonitas s'.

43. Praenotio: quid nominis - an sit. *Praenotiones* appellari solent ea, quae ante solutionem alicuius quaestionis cognoscere oportet. Iam *praenotio quid nominis* est ea, qua cognoscitur quid significet nomen subiecti, de quo agitur. Hinc ipsa respondet definitioni, quam Logici definitionem *nominis* appellare solent. - *Praenotio an sit* est ea, qua subiectum an existai, vel possit cxistcre, cognoscitur. *Praenotio nominis,* ut monet s. Thomas [87], praecedit *praenotionem an sit.* Non enim cognosci potest de aliquo, an sit, nisi prius intelligatur, quid significetur per nomen.

44. Praenotio: circa affectiones - circa principia. *Praenotio circa affectiones* est non qua affectiones, de qui-

87 Vid. s. Bonav., *In lib. I Sent.,* Diet. XXXIII. a. J, q. 3 *resol.* I *Poster.,* lect. II.

bus quaestio est, subiecto inesse cognoscitur, siquide cognitio per demonstrationem comparatur, ac proinde praecedere illi nequit; sed est illa, qua tantum cognoscitur quid earum nomina significent; si enim id nos lateret, investigare non possemus, an illa subiecto insint. *Praenotio circa principia* est ea, qua cognoscitur veras esse demonstrationis praemissas [89].

45. Primarium - Secundarium. Dicuntur: 1° de fine [90]; 2 de obiecto alicuius scientiae; atque obiectum *primarium* csl illud, quod *directe; secundarium,* quod *indirecte* a scientia intenditur [91]. 3° De conceptibus mentis: ex quibus *primarius* est ille, qui respicit rei essentiam; *secundarius,* qui respicit ea quae sunt extra essentiam; vel primarius est ille, quo *primo et principaliter; secundarius,* quo ex *consequenti* aliquid intelligitur. E. g.: « Angelus non potest in propria natura plura intelligere primo ct principaliter; sed bene potest intelligere plura ex consequenti, ut habent ordinem ad unum intelligibile [92].

46. Primo intentionaliter - secundo INTENTIONALITER [93].

47. Primum: in omni genere - in aliquo genere. Illud est a quo, el ad quod sunt omnia: nempe solus Deus. Istud dicitur id, quod tantum in aliqua entis ratione est primum, v. g.: sol in genere astrorum, quae ad systema solare pertinent; vel est nobilius; e. g., aurum in genere metallorum etc.

48., Principiatum - Effectus [94].

49. Principium - Caussa [9fi].

*" De his *praenotionibus* vid. Sanseverino, *Elcm. seu Inst. Phil. Christ.,* vol. I, *Log.* pars. II, c. HI, a. 1, p. 155-159, Neapoli 1885.
90 Vid. litt. *F:* dist. 4.
91 Vid. litt. *D:* dist. 13.
92 *Qq. dispp., De Pot.,* q. IV, a. 2 ad 9.
93 Vid. litt. *I:* dist. 26.
94 Vid. litt. *C:* dist. 3.
'' Vid. *Ibid.*

50. Principium: essendi - cognoscendi. *Principium essendi,* sui *rei,* est id, cx quo aliud est. *Principium copiascendi* est illud, per quod res ignotior cognoscitur, vel eognosci potest Quocirca *primo natura,* et *prinio* cognitio. *ne* respondent.

51. Principium: originale - initiale. Sunt duae species */trincipii essendi. Principium originale,* seu *originatio, nis* dicitur illud, a quo aliquid procedit re ipsa idem cum suo principio. *Principium initiale* est illud, a quo aliquid procedit ita ut incipiat esse. Hinc *in Divinis,* ut s. Ronavcntura inquit, « secundum quod principium dicitur originaliter, sic Filius tam quantum ad esse, quam quantum ad durationem, habet principium, quia utrumque habet ab alio: si autem principium dicatur initium, sic dico quod nec hibel principium essendi, nec durandi. Primum principium non aufert rationem aeterni, secundum vero sic 97 ».

52. Principium: complexum - incomplexum. Sum duae species *principii cognoscendi. Incomplexum* est prior ille conceptus, in quo posterior includitur. Hoc modo essentia corporis est principium, in quo continentur eius imponehabilitas, divisibilitas etc. Vocatur autem *incomplexum,* quia non complectitur affirmationem aut negationem. *Principium complexum* est propositio affirmata, aut negata. quas nos ducit in cognitionem alterius.

53. Principia: communia - propria. Spectant etiam ad principia *cognitionis. Propria* ea sunt, quae circa materiam ct affectiones uniuscuiusque scientia peculiares versantur. Ex. gr.: principia propria arithmeticae sunt ea, quae ad quantitatem discretam: et principia propria geometriae sunt illa, quae ad quantitatem continuam pertinent. *Communia* vero audiunt illa, quae non respiciimt aliquod peculiare suhiectum scientiae, sed omnibus subieclis scientiarum inserviunt. Ex. gr.: hoc principium: si ab aequalibus aequalia demas, ea, quae remanent, aequalia sunt, non est *proprium* alicuius scientiae, sed in omnibus usum habet. *Principio*

”6 Vid. tin. /V: diet. 16.
07 In lib. I Sent.. Dist. IX. a. 1, q. 3, *ad arp.*

propria nuncupantur etiam *circa quae;* nam materiam continent circa quam demonstratio versatur; *communia* vero appellantur *ex quibus,* quia regulas continent, per quas demonstratio efficitur. Patet autem principia *communia* sine ulla demonstratione nobis innotescere, alioquin omnium scientiarum principia non essent. *Propria* vero id solum expostulant, ut in ea scientia, cuius principia sunt, non demonstrentur, alioquin non essent ipsius scientiae principia, sed conclusiones.

54. Principia: compositionis - generationis. *Principia generationis* corporis naturalis, sive, ut loquuntur, *in fieri,* ea dicuntur, sine quibus nec osse, nec concipi potest corporis naturalis generatio. Cum autem generatio sit mutatio substantialis tria sunt eius principia, videlicet *materia,* seu res, quae transii ad novum *esse; forma,* seu terminus, ad quem iit transitus; *privatio,* seu terminus, ex quo fit transitus; nam ut materia possit aliquod novum *esse* adquircre, opus esi ut illo careal, el simul ad illud habendum naturaliter sil comparata; id quod nomine *privationis* designatur. - *Principia compositionis* corporis naturalis, sive *in facto esse,* illa dicuntur, ex quibus insitis corpora naturalia constant. Haec sunt, ut satis alibi explicatum est *materia et forma;* siquidem, cum corpus iam sil generatum, seu in novam formam transierit, non amplius in eo esse potesl *privatio,* seu carentia illius formae, ut dum materia ligni facta est ignis, cessat in ea privatio ignis.

55. Principia - elementa. *Elementa* a *principiis,* quae corpora naturalia constituunt, in eo differunt, quod *principiis* priora non dantur, atque ex iis quodlibet corpus coslituitur. *Elementa* autem ex his principiis, quae sunt, uti diximus, *materia* ct *forma,* conflantur, ac proinde sunt corpora, quae lament in alia non resolvuntur, cl in quae alia corpora resolvuntur 100; e. g., hydrogenium et oxygenium sunt elementa aquae. I nde elementa dicuntur *aliquid pri-*

”. Vid. liti. W: dist. 20.
Vid. litt. *F:* dist. 9.
”'o //i *lib. Ill De Coelo,* tert V ! II

muni et simplex in genere causae materialis ‘°l, atque *corpora simplicia,* nempe *in quibus non est compositio* ni« *materiae, et formae* ₹02.*

56. Principia: in habitu - in actu. Huiusmodi distinctio locum habet quoad principia *logica* seu *syllogistice.* Porro principia *in habitu* sunt ea, quae syllogismos regunt, ipsos tamen non ingrediuntur; e. g.: *ea quae conveniunt uni tertio, conveniunt inter se. In actu* sunt ipsae praemissae,» quibus conclusio infertur.

57. Principium: quod - quo - proximum - remotum lm.

58. Prioritas: temporis - naturae - originis - cognitionis. *Prioritas temporis* ea est, qua unum alteri antecedit duratione; quo modo Aristoteles est prior Cicerone; bellum Thebanum prius est Troiano. Ubi advertendum est alia ratione aliquid dici *prius* quoad praeteritum, quam quoad luturum tempus; nam in tempore praeterito priora sunt quaecumque a tempore, quod iam instat, longius absunt: e contrario, quoad tempus futurum, quae propiora sunt tempori quod instat, ut hodiernus dies prius est crastino, crastinus perendino. - *Prioritas naturae* late et stricte accipitur. *Late* sumta vocatur etiam *prioritas secundum subsistendi consequentiam,* atque est inter ea, quorum uno posito, alterum infertur, sed non, e contrario, si hoc est, sequitur illud esse. Hoc modo id, quod est superius, est prius inferiori, nam posito inferiori sequitur superius; non contra; nam si dicas: est homo, recte infers, ergo animal; at si dicas: est animal, non potes inferre, ergo homo 101. « Illud, inquit Card. Toleto, dicitur prius, a quo non convertitur subsistendi consequentia, idest id, quod ab «iliis infertur, quod tamen non infert; ut unum est prius duobus; quin si duo sunt, iinmn est; non tamen si unum est, duo sunt; et sic universaliter omnia superiora suis inferioribus hoc modo priora dicuntur 105 ». *Prioritas naturae stricte* sumta est illa, per quam aliquid, etsi extet cum **alio in eodem** instanti rcali, tamen est eiusmodi, ut ab ipso alterum quoad existentiam pendeat. Ita sol est *natura* prior sua luce, ignis suo calore, et gene ratim omnis causa est prior suo effectu . - *Prioritas originis* dicitur illa, per quam quidpiam ita il, ut aliquid ab ipso exoriatur, licet hoc neque tempore sit posterius, neque naturam dependentem accipiat. Haec postrema *prioritas,* quam aliqui Theologi non *prioritatem,* sed *ordinem* melius vocant, sufficit ad rationem *principii* 107. Hinc *in Divinis* ordine tantum originis Pater est *prior* Filio, et uterque Spiritu Sancto, nam « licet principium secundum rationem nominis a priorilale sumatur, non tamen imponitur ad significandum proritatem, sed originem 108 ». - Denique *cognitione priora* sunt quae diximus *principia cognoscendi,* nempe dicuntur ea, ex quibus iam cognitis ad aliorum, quae nos latebant, cognitionem devenimus.

59, Prioritas: perfectionis - generationis. *Prius generatione* est quod prius fit, ut animal est homine prior secundum generationem. *Prius perfectione* idem est ac nobilius esse, uti homo in comparatione ad animal 109. Ex eo autem, quod generatio ab imperfecto ad perfectum procedit, sequitur perfectiora esse posteriora generatione ‘‘°. Unde a non oportet, quod omne, quod est prius, sit perfectius 111 ».

60, Prius: in intentione - in executione 112.

61, Prius: natura, sive absolute - cognitione, sive quoad nos. Haec distinctio ex alia n. 58 allata patescit. Hic sequentia monere censemus: 1Q *Prius natura* est etiam *notius natura;* nam cum ratio, oh quam res cognoscitur, sit ipsa eius obiectiva realitas, manifestum est id, quod aliud *natu-*

101 *Qq. dispp., De Pot.,* q. X, a. 1 ad 9.
102 *Contr. Gent.,* lib. III. c. 33.
103 Vid. *Quod* ▮ *Quo* litt. *Q:* dist. 10.
104 Vid s. Thom., *Quodlib.* IV, a. 24, 16.
105 *Comment, in univ. Log. Arist.,* c. XII.
106 Vid. litt. *C:* eff. 4.
107 Vid. litt. *C:* dist. 3, et litt. (): dist. 16.
10» *De Pot.,* q. X, a. 1 ad 10. Et alibi: « In Divinis Personis non est nisi ordo, secundum quem, ut Augustinus dicit, non est alter prior altero; sed est alter ex altero »; *Opusc. Contr. errores Graec., c.* 11.
109 Vid. litt. (): dist. 16.
’»» Vid. litt. *G:* eff. 7 et litt. /V: eff. 4.
111 In lib. HI Sent., Dist. XXVII. q. I. a. 4 ad 2.
112 Vid. *Ordo; intentionis - exeeutionis* (litt. *O:* dist. 13).

ra praecedit, magis cognosci posse, quam illud, cui praecedii. 2° *Prius quoad nos* est etiam *notius nobis,* quia ex eo quod est prius *secundum nos,* pervenimus ad notitiam cius, quod est prius *natura.* 3" Id quod est *prius,* seu *notius natura* non semper est prius *quoad nos,* idest *notius nobis;* neque vicissim id quod est *prius,* idest *notius nobis,* est *prius natura,* seu *notius natura.* E. g., Deus est *notior natura,* at non *notior nobis.* E contrario mundus est *notior nobis,* at non *notior natura.* ↖ recentibus philosophis *primum natura. ontologicuni; primum quoad nos, psychologicum* nuncupatur. Hinc facile est colligere *primum ontologicuni* cum *psychologico* non semper convenire. Haec omnia magis illustrant distinctionem: *Notius nobis - Notius natura* alibi assignatam 11 !.

62. Privato: simplex - NON simplex. *Privatio simplex,* seu *pura* habetur, cum nihil superest de habitu opposito, ideoque consistit quasi in *corruptum esse.* Hoc modo mors est privatio vitae, et tenebrae sunt privatio luminis. *Privatio non simplex* est ea, quae retinet aliquid de habitu opposito, ideoque magis consistit in *corrumpi,* quam in *corruptum esse.* Huiusinodi est aegritudo; per hanc enim non ita destruitur humorum proportio, ut nihil eius remaneat, alioquin non remaneret animal vivum: « Duplex est privatio: quaedam, quae consistit in privatum esse; et haec nihil relinquit, sed totum aufert; ut caecitas totaliter aufert visum, c tenebrae lucem, et mors vitam. Et inter hanc privationem, et habitum oppositum non potest esse aliquod medium circa proprium susceptibile. Est autem alia privatio, quae consistit in privari: sicut aegritudo est privatio sanitatis, non quod tota sanitas sit sublata, sed quod est quasi quaedam via ad totalem ablationem sanitatis, quae fit per mortem 111*». Hoc modo, subdit sanctus Doctor, ·\ malum est privatio boni, quia non totum bonum aufert, sed aliquid relinquit115 ».

63. Processus: compositivus - resolutivus. Ille fit a causa ad effectum, ideoque aequivalet demonstrationi *prop-*

111 Vid. litt. /V; diet. 16.
P 2TM q. XVIII, a. 8 ad 1, ei q. LXXIII. a. 2 c.
Ibid., q. XVIII. loc. cit.

ler quid; et dicitur *compositivus,* quia intellectus per illum *componit* effectum cum causa. Iste fit ab effectu ad causam, atque proinde idem est ac demonstratio *quia* llc; et dicitur *resolutivus,* quia per illum intellectus causam in effectum resolvit. Processus *compositivus* appellatur etiam *via inventionis,* quia intellectus a cognitione effectus proficiscens ad cognitionem causae pervenit, ob idque causam per effectum *invenit.* Processus autem *resolutivus* vocatur *via iudicii,* quia intellectus ex causa per effectum cius comperta proficiscens, penitiorem cognitionem effectus adquirit, atque ita de natura effectus per causam iudicat. « Secundum viam inventionis, ait s. Thomas, per res temporales in cognitionem devenimus aeternorum, secundum illud Apostoli *ad Rom.* I: *Invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta cospiciuntur.* In via vero iudicii, per aeterna iam cognita de temporalibus indicamus, et secundum rationes aeternorum temporalia disponimus 117 ». Hinc patet viam *inventionis* et *compositionis* viae *iudicii* et *resolutionis* praecedere, quia mens humana de natura effectus per notionem causae indicare non potest, nisi antea ipsam causam per effectum *invenerit.* Quare s. Bonaventura aiebat: « Quod est primum in componendo est ultimum in resolvendo 118 ». Et B. Alb. M.: α In via resolutionis ultimum efficitur primum, et e converso; resolutio enim est compositi in simplicia, et posterioris in prius, et causali in causam 119 ».

64. Productio: per defectionem - per protensionem - PER DERIVATIONEM. « Per defectionem producitur aliquid de materia per formae praeexistentis corruptionem, sicut ex grano frumenti herba. *Per protensionem* producitur aliquid per praeexistentis formae permanentiam, et inductionem formae artificialis, sicut vas fit de argento. *Per derivationem,* quod producitur per praeexistentis formae permanendam sola locali mutatione, ut rivus ex fonte, et lacus ex rivo 120 ».

116 Vid. liti. *D:* dist. 7.
1,7 I, q. LXXIX, a. 9 c.
»· *In lib. IV Sent.,* Dist. XII. a. III, q. 1 *ad arg.*
119 In Poster., lib. I, tract. Il- ⁂ 3. · Aid. litt. Af; cff. 17.
120 S. Bonav.. *In lib. I Sent.,* Dist. XVIII, dub. 4.

65, Pro generibus singulorum - Pro singulis gem-RUM. In universali cnunciatione sumitur subiectum *pro singulis generum,* cum significat omnia, et singula individue, quae in se complectitur; e. g.: in hac propositione: omne animal est mortale, subiectum accipitur *pro singulis generum;* singula enim animalia cuiuscumquc speciei sunt morti obnoxia. *Pro generibus singulorum* vero, cum non omnia individua significat cuiusdam generis, aut speciei, sed quaedam omnium specicrum, aut generum, e. g.: in hac enim-eiatione: omne animal fuit in arca Noc, subiectum accipitur *pro generibus singulorum,* nam designat non singula animalia, sed aliqua singularum specierum in arca noelit.i fuisse 121.

66, Prognosticum - Commemorativum - Demonstra T1VUM. Signum, quod aliquid futurum, *prognosticum,* seu *praenuntiativum ;* quod aliquid praesens, *demonstrativum:* quod aliquid praeteritum significat, *commemorativum* appellatur. Hoc modo Sacramenta novae legis dicuntur esse signa *praenuntiativa* gloriae; *demonstrativa* gratiae, *commemorativa* Passionis Christi : « Sacramenta novae legis tria significant, scilicet causam primam sanctificantem, sicut baptismus mortem Christi, et quantum ad hoc sunt signe rememorativa. Item significant effectum sanctificationis, quam faciunt; et hade significatio est eis principalis; sic eunt signa demonstrativa... Item significant finem sanctificationis, scilicet aeternam gloriam; et quantum ad hoc sunt signa prognostica ».

67, Proportio geometrica - Aequalitas arithmeti-cs ,23.

121 Vid. s. Thom., I. q. XIX, a 6 ad 1. Ita otium s. Auguslinu-illa verba Ps. *Ad Te omnis caro ventet,* doccl intclligendu esse pro *funeribus singulorum-, « Omnis caro,* dixit, omnis generis caro: cx omni genere carnis venietur ad Te. Quid est, ex omni genere camis? Numquid venerunt pauperes, ct non venerunt divites? Numquid venerunt humiles, et non venerunt sublimes? » etc.; *Enarr. in Ps. LXII',* n. 5

122 In lib. IV Sont.. Dist. 1. q. T, a. 1, *sol.* 1 ad 4.

123 Vid. *lustitta: commutativa - distributiva* (lilt. *I:* dist. 28): ner-non *aequalitas: aequiparantiao - proportionis* (litt. *E:* dist. 4k

68, Proportio: habitudinis - entitatis. *Proportio habitudinis* est ordo unius ad alterum, ratione eorum convenientiae ad se invicem; e. g.: intellectus ad intelligibile, et vieissim; vel animae rationalis ad corpus. Talis est etiam *proportio* creaturae ad Deum, quatenus creatura ee habet ad Deum, ut effectus ad causam, atque ut potentia ad actum, Unde fit ut intellectus creatus, licet finitus, possit tamen esse *proportionalus* ad cognoscendum aliquo modo Deum 124. *Proportio entitatis,* quae dicitur etiam *secundum commensurationem* 12j, est ordo unius ad alterum ratione sui esse; e. g.: proportio duorum hominum ad se invicem ratione humanitatis 12c.

63. Proportio - Proportionalitas 127.

Propositio: de tertio - de secundo - de primo adjacente. *Propositio de tertio adiacente* ca dicitur, quae formam sive copulam, et materiam, sive terminos expressim exhibet: puta, Petrus est homo. - *De secundo adiacente vocatur* ea, in qua verbum per se solum attributum cum copula denotat: ut, homo est, Caius dormit. - *De primo adiacente* appellatur ea, in qua in uno verbo latent subiectum, attributum et copula; cuiusmodi sunt illa tria Caesaris verba: *Veni, vidi, vici;* quae tres integras propositiones in se includunt.

71, Proprie - Alienanter. *Alienanter* sumitur vox, cui adiungitur particula, quae destruit propriam eius significationem. E. g.: homo pictus *alienanter* dicitur homo. *Propria,* cum secundum communem significationem usurpatur 128.

72. Proprie: ex parte subiecti - ex parte praedicati. Aliquid alicui *proprie ex parte subiecti* convenire dicitur, quod illi soli, et non alii convenit. *Ex parte autem praedi-*

124 Vid. s. Thom., I, q. XII, a. 1 ad 4. - Cf. lilt. V. eff. 8. el hi< : «•i. 33: *Proportio non est inter finitum, ct infinitum.*

125 Qq·. *dispp·, de Pot.,* q. VI, a. 7 ad 6.

126 Op. cit., De Ver.. q. VIII. a. 1 ad 6.

127 Vid. *Analogia: proportionis - proportionalitatis* (litt. *4:* di-t. 32).

128 Vid. *Suppositio · Alienatio* (litt. S: diet. 40).

rati, cum istud puro ct vero sensu acceptum, ita ut nihil extraneum ei permisceatur, subiecto convenit, quo modo « verum aurum dicimus esse, quod est extraneo impermixtum ». Priori ratione *esse* non dicitur *proprie* convenire Deo, quia convenit etiam creaturis; altera ratione « esse dicitur proprie convenire Deo, quia non habet admixtionem Divinum Esse alicuius privationis, vel potentialitatis, sicut esse creaturae 120 ».

73, Proprietas: physica - logica. *Proprietas physica,* seu *realis,* est ea, quae, consequitur essentiam, ut calor summus consequitur ignem, libertas hominem etc. *Proprietas logica,* seu *attributalis* est quaedam notio, quae mente tantum ab essentia distinguitur, et ipsam consequitur. Sic *infinitas* dicitur *proprietas* essentiae Divinae; mortalitas dicitur *proprietas* viventis etc.; non quod ista sint aliquid distinctum a rebus, quarum dicuntur proprietates, sed quia eunt quaedam notiones, quas intellectus noster distinguit ab essentia, ct ipsi tribuit vclut eiusdem appendices.

74. Proprium: late - stricte acceptum. *Proprium stricte* acceptum definitur: Notio universalis, quae speciei naturam iam constitutam necessario consequitur, ct percara praedicatur de pluribus differentibus numero. Hoc modo constituit quartum *praedicabile,* atque convenit omni speciei, soli, et semper. E. *g.* : proprium est homini esse risibilem, enti intelligentia praedito esse liberum 13°, etc. · *Late vero* accipitur pro eo, quod soli speciei accidit, sed non toti, ut esse medicum accidit soli homini, neque tamen quilibet homo est medicus; vel quod toti speciei accidit, sed non soli, ut esse bipedem convenit quidem omnibus hominibus, non tamen solis; vel quod soli ct toti speciei accidit, sed non semper, ut canescere convenit quidem omnibus et solis hominibus, non tamen quavis aetate 129 *Proprium*

129 In lib. I Sent., Dist. VIII, q. I, a. 1 ad 1.

hoc *proprio* loquens s. Augustinus, inquit: «Sunt alia quaedam, quae iam cadere in feras non videntur, nec tamen in ipso homine summa sunt, ut iocare ct ridere. Quod humanum quidem, ted intimum hominis indicet quisquis de natura humana rectissime indicet »; *De lib. arb.,* lib. I, c. 8.

131 Vid *Accidens: speciei - individui* (litt. *A:* dist. 16).

stricte eumtum appellatur a s. Bonaventura *proprium· simpliciter;* late sumtum autem *proprium alicui ,32.*

75, PULCRUM - Bonum. Tam ad *pulcri,* quam ad notionem *boni* pertinet ut in cis quiescat appetitus. Differt tamen *pulcrum a bono ratione,* nam ad *pulcrum* spectat, ut in eius aspectu, seu cognitione propter partium proportionem, quam praesefert, quiescat appetitus. « Pulcritudo, inquit s. Bonaventura, consistit in pluralitate, et aequalitate, sicut dicit Augustinus in lih. *de vera Relig.* c. 30 133 ». Unde illi sensus praecipue respiciunt pulcrum, qui maxime sunt *cognoscitivi,* visus nempe, et auditus; dicimus enim *pulcra* visibilia et *pulcros* sonos, non autem *pulcros* sapores, aut odores. « Et sic patet quod pulcrum addit supra bonum quemdam ordinem ad vim cognoscitivam, ita ut bonum dicatur id, quod simpliciter complacet appetitui; pulcrum autem dicatur id, cuius ipsa apprehensio placet 134 ».

P

1, Perfectio rei est in hoc. quod res ad sui ultimum PERDUCATUR X.

2, Perfectio adveniente non manet imperfectum. Hoc effatum intelligendum est: 1° si imperfectio pertineat ad rationem rei imperfectae; e. g.: cum ad rationem Fidei pertineat esse non apparentium, ipsa cum visione manere

132 In lib. II Sent., Dist. XVI, a. 1, q. 3 *resol.*

133 In lib. Il Sent , Dist. IX, *Expos, text.* « Pulcritudo consistit in concinna membrorum compositione, ex se efflorescentem gratiam oblinens»; s. Basil. *Hom. in Ps XLIV.*

134 p 230, q. XXVII. a. I ad 3.

« Vid. litt. *U:* eff. k

non potest; e contrario: « quando imperfectio non est de ratione rei imperfectae, tunc illud numero idem, quod erat imperfectum, fit perfectum; sicut pueritia non est de ratione hominis; et ideo idem numero, qui erat puer, iit vir 2 ». 2° « Intelligendum est de perfecto et imperfecto in eadem specie; non tamen est inconveniens quod in eodem sint perfectiones diversarum specierum, quarum una sit maior altera 3*». 3" Si imperfectum et perfectum *ordinentur ad idem;* oh quam rationem *circumcisio debuit cessare,* baptismo *substituto* '. 4° Si perfectio talis sit, ut illi imperfectioni opponatur; e. g.: *claritas aëris non potest esse simul cum obscuritate eius;* e contrario: « imperfectio luminis candelae non opponitur perfectioni solaris luminis, quia non respiciunt idem subiectum », et ideo possunt esse simul 5. Quare « simul potest aliquid cognosci per medium probabile, et demonstrativum »; nam « quod aliquid cognoscatur per duo media, quorum unum est perfectius, ct aliud imperfectius, aliquid repugnans non habet 6 ».

3. Perfectum est prius imperfecto. Quod effatum ita explicandum est: In diversis perfectum est prius imperfecto nou solum *natura,* sed etiam *tempore;* nam id quod alia ad perfectionem adducit, oportet ut sit perfectum, proindeque ut *tempore* praecedat imperfectum 7. In uno autem el eodem, perfectum est quidem prius *natura* 8;* sed posteriu» *tempore,* nam ex imperfecto fit perfectum, ideoque imperfectum *tempore praecedit perfectum* ': « Perfectum quidem est prius imperfecto, in diversis quidem tempore, ct natura; oportet enim, quod perfectum sit, quod alia ad perfectionem adducit; sed in uno et eodem imperfectum est prius tem-

2 2* 2Bn, q. iv, a. 4 ad 1.
In lib. Ill Sent., Dist. XIV, q. 1, a. 1, *sol.* 5 ad 2.
' /n *lib. IV Sent.,* Dist. I, q. II. a. 5 *sol.* 1 c.
5 1A 2«, q. LXVI1, a. S ad 2.
6 1, q. LVIII, a. 7 ad 3, el q. LXII, n. 7 ad 1.
7 Vid. litt. *A:* eff. 34.
s « Bonum quidem, quod vclul in quadam nobilitate est, prae· «edit; malum autem sequitur»; s. Ambr., *De Noe et Arca,* c. III. Vid. lut. *G:* eff. 5; litt. *O:* dist. 16: litt. *P-.* dist. 59.

porc, etsi sit posterius natura ,u »; quia « motus est de imperfecto ad perfectum 11 ».

4. Perfectum et impiru cfum ab eadem virtute causantur, *seu* Eiusdem est incipere rem, et periicere ipsam. Nempe, ut s. '1 hornas monet, « quando perfectum et imperlectum sunt eiusdem speciei, ab eadem virtute caussari possunt; non autem hoc est necesse, si sint alterius speciei. Non enim quicquid potest causare dispositionem materiae, potest ultimam perfectionem conferre ». Hinc sanctus Doctor eos refellit, qui illud effatum in medium afferunt, ut inde inierant hominem per naturalem potentiam posse pertingere ad operationem perfectam, quae est beatitudo. Nam ɑ imperfecta operatio, quae subtacet naturali hominis potestati, non est eiusdem speciei cum operatione illa perfecta, quae est hominis beatitudo, cum operationis species dependeat ex obiecto 12 ».

5. Posita causa, ponitur effectus 13.

6. Posito universali, ponitur aliqua eius pars subiecta. Si enim animal est, illud vel erit homo, vel equus, vel aliqua alia animalis species. Et: Posito quocumque singulari, ponitur universale. Nam si dicatur aliquid esse homo, vel leo, vel lupus, vel alia animalis species, ipsum animal etiam esse dicendum erit.

7. Possibili posito in actu, nihil implicat. Scilicet: Si id, quod est possibile, ponatur esse, nihil sequitur impossibile. Circa quod effatum ad haec attendamus oportet: Γ Possibilia, si spectentur quatenus mere possibilia sunt, tunc absolute non sunt quidem impossibilia, quia in se spectata fieri possunt, sed quatenus substant decreto Divino, quo Deus statuit ea numquam futura, implicat illa *in actum* redigi, alioquin essent simul ct non essent possibilia. 2° Possibili posito *in actu,* nihil implicat, dummodo ipsum eo mo-

10 3, q. I, a. 5 ad 3. · Vid. *Natura incipit ab imperfectioribus* (litt. *N:* eff. 4).
» *In lib. HI Sent.,* Dist. I, q. 1, a. 4 ad 5.
12 p 2ao, q. V, a. 5 ad 3
13 Vid. *Causa in actu simul est cum effectu in actu* (lilt. *C: eff.* Jt. Vid. etiam: *Sublata causa, tollitur effectus* (lilt. S: eff. 24).

do ponatur, quo est possibile. Hinc successiva, quatenus talia, nequeunt secundum omnes suas partes simul in *actu* esse, sed tantum *successive.* Cum igitur infiinitum *in potentia* in eo solum consistat, quod, quolibet dato, alia semper dari possint in infinitum, sequitur ut talis potentia in actum redigi possit tantum *successive,* quatenus, quolibet dato, potest aliud poni in infinitum, quin uniquam perveniatur ad aliquem terminum, ac proinde ad aliquid *actu* infinitum[14]. Item, ex eo, quod possibile est, ut Petrus non currat, haud licet illud inferre, quod possibile sit, ut dum currit, non currat; nam primum respicit potentiam currendi seiunclam ab actu, nempe in *sensu diviso,* alterum potentiam coniunctam cum actu, seu in *sensu composito.* Quare etsi possibile sit ut futura libera a Deo praevisa, *absolute loquendo,* non eveniant; tamen id possibile non est, si ea, tamquam a Den praevisa, spectentur·

8. Posteriora generatione sunt priora perfectione 15.

9. Potentia cognoscitiva non potest naturaliter di
FICERE A COGNITIONE SUI OBIECTI 1β.

10. Potentia est eius, cuius est actus, *vel,* Eiusdem est posse et agere. Scilicet: potentia in illo est, tamquam in subiecto, quod operationes elicit ipsi potentiae consentaneas. Hinc, cum intclligere et velle non pendeant ab organo corporeo, sequitur ut intellectus ct voluntas sint in sola a· nima, sicut in subiecto, non in coniuncto I;. Potest etiam per boc effatum significari, potentiam ct actum circa idem obiectum versari: vel etiam, potentiam et actum esse eiusdem generis, ul iam alibi explanatum est 1S. Monente autem s. 'I horna, hoc effatum intelligi non potest, quatenus « quid quid sit causa potentiae, sit etiam causa actus ». Quocirca sophysticum est, *Cuius est potentia est actus;* sed *Deus «l*

“ Vid. s. Thom., I, q. VII, a. 4 ad 1.
15 Vid. litt. *C:* eff. 5; lilt. *P:* dist. 59.
18 Vid. litt. *N* eff. 27
17 I, q. LXXV1I, a. 5 c. 'Ii
,N Vid. litt. *A:* eff. 36.

causa eius quod est posse peccare; ergo est causa eius, quod est peccare

11. Potentia non potest ferri extra latitudinem sui OBIECTI 2°.

12. Potentia potest naturaliter ferri in id omne, QUOD CONTINETUR SUB EIUS FORMALI OBIECTO. Nempe, dummodo illud, quod sub huiusmodi obiecto continetor, sit proportionatum potentiae 21. Deus enim clare visus, licet contineatur infra obiectum formale intellectus humani, quod est ens, prout est intelligibile, non continetur tamen sub eiut» obiecto *connaturali* et *proportionato* 22, quod est ens intelligibile per conversionem ad phantasmata; ideoque intellectus noster ut videat Deum, uti est in se, debet elevari a Deo, et per lumen gloriae confortari: « Divina substantia non sic est extra facultatem intellectus creati, quasi aliquid omnino extraneum ab ipso, sicut est sonus a visu, vel substantia immaterialis a sensu; nam ipsa Divina substantia est primum intelligibile, et totius intellectualis cognitionis principium; sed est extra facultatem intellectus creati, sicut excedens virtutem eius, sicut excellentia sensibilium sunt extra facultatem sensuum: indiget igitur confortari intellectus creatus aliquo Divino lumine ad hoc, quod Divinam essentiam videre possit 23 ».

En quomodo nullo negotio illa exsufflatur ratio, qua Deum, quippe qui maximo inlelligibilis est, a mente nostra naturaliter videri ab Ontologis infertur.

13. Potentia, quae non redigitur in actum, est FRUSTRA 24.

14. Potentia, quae non potest redigi in actum, est FRUSTRA 25.

Iu Qq. dispp.. De malo, q. Ill, a. 1 ad 18.
20 Vid. lilt. *N:* eff. 28.
21 Vid. litt. N: eff. 8; litt. *Q:* dist. 40.
22 *Ibid.*
23 *Contr. Gent.,* lib. Ill, c. 54.
24 Vid. lift. *F:* eff. 21.
25 Vid. *ibid.*

15. Potentia, quae potest maius, potest et menus", i

16. Potentia, quo perfectior est, eo universalius i habet **OBIECTUM**. « Quanto, inquit s. Thomas, aliqua potentia est altior, tanto ad plura se extendit; unde habet communiorem rationem obiecli 27 ». E. g.: sensus *communis* universalius habet obiectum, quam sensus exteriores; intellectus, quippe qui perfectione excedit virtutem imaginalivam, universaliori gaudet ohiccto. Iam obiectum universalius, quod potentiae perfectiori respondet, huiusmodi non est ratione praedicationis, sed ratione eminentis continentiae, et causalitatis28: quocirca ex illo effato haud recte colligi potest obiectum formale Divini Intellectus esse non iam ens increatum, sed ens, quod a creato ; et increato abstrahitur; siquidem hoc est universalius ratione causalitatis, et eminentioris continentiae; haec autem universalitas, quippe quae *actualitatem* praesefert, perfectior est *universalitate praedicationis,* quae in *potentialitate* fundatur.

17. Potentia talis est, qualis est essentia. Falsum id est eo sensu, quatenus potentia sit substantia, fi essentia sit substantia; compertum enim est potentias rerum creatarum inhaerere substantiae. Effatum itaque significat potentias non excedere conditionem et rationem essentiae, seu substantiae, sed illi respondere, ut cura ah essentia, tamquam a causa dependeant, illam in virtute agendi superare non possint; alioquin effectus praestantior esset sua causa. Hinc omnes res creatae potentia pollent finita, cum ipsarum essentia huiusmodi sit29.

18. Potentiae manifestantur per effectus. Circa quod effatum monemus: 1° cum Angelico Doctore30, potentiam agentis *univoci* totam manifestari in suo effectu; et e contrario, « potentiam agentis *aequivoci* non totam manifestari in effectus productione ». Ex quo colligitur non oportere, ut infinita Dei potentia manifestetur in hoc. quod infinitum effectum producat; Deus enim non est agens *univocum* 31 ; 2° « virtutem facientis non solum considerari ex substantia facti, sed etiam ex modo faciendi, maior enim calor non solum magis, sed et citius calefacit ». Quocirca ‹f quamvis creare effectum finitum non demonstret potentiam infinitam, tamen creare ipsum ex nihilo demonstrat potentiam infinitam 32 ».

19. Potentia, quae respicit finem universalem, movet potentias, quae respiciunt fines particulares. Quod s. Thomas explicat exemplo regis; siquidem « rex, quia intendit bonum commune totius regni, movet per suum imperium singulos praepositos civitatum, qui singulis civitatibus curam regiminis impendunt 33 ». Ratio autem effati ab eodem sancto Doctore haec redditur: « Omnis virtus, vel potentia superior dicitur movere per imperium inferiorem, eo quod actus inferioris ordinatur ad finem superioris; sicut aedificativa imperat caementariae, eo quod actus caementariae artis ordinatur ad formam domus, quae est finis acdificativae 31 ». Exinde perspicitur cur voluntas *per modum agentis* moveat omnes animae potentias ad suos actus, praeter potentias végétatives, quae nostro imperio non subduntur; nam « obiectum voluntatis est bonum, ct finis in communi; quaelibet autem potertia comparatur ad aliquod bonum proprium sibi conveniens, sicut visus ad perceptionem coloris, intellectus ad cognitionem veri 35 ». Atque etiam cur *charitas moveat alias virtutes ad operandum ;* nam « charitas habet pro obiecto ultimum finem humanae vitae, scilicet beatitudinem aeternam; ideo extendit se ad actus totius humanae vitae per modum imperii 3fi ».

20. Potentiae specificantur per actus et obifcta. enim, quae suapte natura ad aliud referuntur, nece*-

■Vid. *Qui potest maius, potest et minus* (litt. *Q:* eff. 19).
27 *Qq. dispp.,* q. un. *De an.,* a. 13 cd 4.
28 Vid. liti. *C:* eff. C
20 Vid. litt. W.· eff. 17
I") I, q. XXV. n. 2 ad 2.

'* Vid. lilt. *F:* eff. 22.
32 I, q. Xl.V, a. 5 ad 3. - Vid. litt. *E:* eff. 19.
.") I. q. LXXXII, a. 4 c.
11 Qq. dispp.. De Virtut., q. 11. a. 3 c.
.Λ I, loc cit.
18 2" 2'°, q. XXII, a. 4 ad 2.

A

W

sario sumunt suam distinctionem ab illo alio; quia sicut non habent, aliud *esse,* quam *esse* ad aliud, ita non possunt distingui ab aliis, nisi per aliud 37.* Sed potentiae siu natura referuntur ad actiones vel producendas, vel recipiendas, ct actiones ad obiecta, circa quae versantur. Ergo potentiae per actus et obiecta distinguuntur, et speciem desumunt. Sic proinde intellectus distinguitur a voluntate, quod illius actus sit intellectio, cuius obiectum est verum; huius sit volitio, cuius obiectum est bonum: atque visus distinguitur ab auditu, quod huius obiectum sit eo nus, illius vero color. Attamen, ut monet s. Thomas", potentiarum distinctio ex obieclis non *materialiter,* quatenus nempe haec sunt res, sed *formaliter* spectatis exoritur 39* sic visio albi et visio nigri pertinent ad eamdem potentiam, quatenus sub *formali* ratione visibilis, idest luminis ct coloris, a visu attinguntur. Rursus, « diversi actus indicant differentiam potentiarum tunc tantum, quando non possunt in idem principium referri '° »; unde, e. g., *apprehendere* et *moveri* ad diversas potentias, e contrario, *currere* et *moveri, opinari* et *credere* ad eamdein périment potentiam 41.

21. Primum in unoquoque genere est causa caeterorum 42.* Hoc effatum ubique patet. Sic enim cuiuslibet generis entium Deus, Ens absolute primum, est causa: item, cum sit primum bonum, est fons omnis bonitatis, atque utpote prima veritas, est causa omnis veritatis °. In naturalibus, sol est causa lucis in omnibus astris, quae ad systema solare partinent ‘‘. In artificialibus, prima horologii rota caeteras omnes rapit. In intellectu, et voluntate, prima cognitio, scilicet notitia primorum principiorum, est fons ct origo omnium scientiarum; et prima to-

37 *Qq- dispp., De Ver.,* q. X, a. 9 c.
38 *Ibid.,* q. XV, a. 2 c.
39 Vid.: *Obiectum: formale · materiale* (liti. *O:* dist. 7).
40 *Qq. dispp., de Ver.,* q. XV, a. 1 c.
41 *Ibid.,* a. 2 ad 12.
42 Vid. litt. *E:* dist. 6.
13 Vid. s. Thom., I, q. П, a. 3 c.
14 Vid. hic: dist. 47.

lilio, scilicet amor ultimi finis, est principium et radix omnium volilionum. In moralibus, prima virtus, scilicet prudentia, caeteras virtutes regit et movet. In politicis, prima dignitas, scilicet regia, constituit caeteras, etc. Evidenti autem ratione ipsum effatum evincitur. Natura enim ordinate procedit; atqui ordinis fundamentum constituit dependentia posterioris a priori; atque dependentiae fundamentum constituit causalitas; ergo, ut servetur ordo in rebus, accesse est posteriora dependere a prioribus, proindeque primum in quolibet genere esse causam caeterorum. Exinde patet hic sermonem fieri de primo, cum quo caetera connexionem habent. Unde nec primus Angelorum est illorum causa.

22. Primum movens debet esse immobile. Omne enim, quod movetur, ab alio moveatur oportet. Iam vero si illud, quod movet, ab alio moveretur, et hoc rursus ab alio, ita ut numquam deveniatur ad primum movens om nino immobile, procederetur *in infinitum* in moventibus ct motis. At si ita esset, nullus omnino daretur motus. Nam ad qucmcumque motum concurrere deberet infinita series moventium ct motorum; et ultimum movens non moveret, nisi quia motum ab alio, et hoc ab alio, ct ita porro in infinitum. Infinitum autem pcrlransiri nequit, aioquin non esset infinitum. Neque primum ergo daretur, neque ultimum movens, ideoque nullus esset motus. Quemadmodum in horologio, si infinitae essent rotae, quarum quaelibet ab alia penderet, nulla posset neque primo, neque ultimo movere, sicque nulla moveretur. Patet igitur: 1° in moventibus et motis deveniendum esse ad primum movens; 2° hoc debere esse immobile. Ex qua immobilitate primi Motoris optime infertur ipsum esse Deum. Quod enim est omnino immobile, habeat necesse est omnes possibiles perfectiones, nam si vel minima careret, posset eam acquirere, ideoque non esset omnino immobile. Ens autem quod omnes possibiles perfectiones actu possidet, cum sit infinite perfectum, est solus Deus 45.

45 Vid. s. Thom., 1, q- U» a- 3, el *Contr. Gent..* lib. I. c. 13.

Quonam autem sensu primum movens dici possit movere seipsum, alibi explicatum est [40].

23. Primum movens in quolibet genere est non motum IN ILLO genere motus. E. g.: in naturalibus « primum alterans est non alteratus; similiter patet de intellectualibus, quia motus rationis discurrentis procedit a principiis [47] »; seu « intellectus ex certitudine principiorura, quibus immobiliter assentit, procedit ratiocinando ad conclusiones [48] ». Quod idem effatum enunciari etiam potest hunc in modum: « Primum agens in quolibet genere ita est influens, quod nan est recipiens in genere illo; sicut sol illuminat, sed non illuminatur, et ignis calefacit, sed non calefit [49] »; vel etiam ita: « Motus omnis, uti paulo ante diximus, ab immobili procedit [50] »; cuiuratione s. Augustinus scribit: « Moventur (Angeli) Eius (Dei) imperio temporaliter, Illo non temporaliter molo [51] ».

24. Primum principium activum est maxime in acti Cum enim omne agens, quatenus agens, sit in actu [52]. sequitur ut primum principium activum sit maxime in actu, nempe maxime perfectum, eatenus enim est aliquid perfectum quatenus est in actu, quippe quod potentia sine actu imperfecta est [53].

25. Principia oportet manere. Ratio est, quia «natura in omnibus suis operibus bonum intendit, et conservationem eorum, quae per operationem naturae fiunt: d ideo in omnibus naturae oper ibus semper principia sunt

40 Lilt. *M:* diet. 16.
47 *In lib. Ill Sent.,* Dist. XXVII, q. I, a. 3 soZ.
48 *Ibid,* ad 1.
49 3, q. XXII. a. 4 c.
50 *Qq. dispp., Da Ver.,* q. XV, a. 1 c.
51 *De Gen. ad litt.,* lib. VHI, c. 24, n. 45.
52 Vid. litt. *A:* eff. 46.
13 Vid. s. Thom., 1, q. IV, a. 1 c. - Hoc effatum respondet illi, quod n. 22 explicavimus, *Primum movens debet osse immobile.*

permanentia, el immutabilia, et rectitudinem conservantia..., non enim posset esse aliqua firmitas, et certitudo in his, quae sunt a principiis, nisi principia essent firmiter stabilita ». E. g.: «omnis specifica cognitio derivatur ab aliqua certissima cognitione, circa quam error esse non potest, quae est cognitio primorum principiorum universalium, ad quae omnia illa cognita examinantur, et ex quibus omnibus omne verum approbatur, et omne falsum :r.-puilur; in quibus si aliquis error posset accidere, nulla certitudo in tota sequenti cognitione inveniretur [54] ».

26. Priori remoto removetur posterius. Id quidem tunc evenit, cum posterius ex eo priori lanium sequitur. Quod si posterius ex pluribus consequi possit, tunc non removetur ex eo quod unum ex prioribus sit remotum: « Sicut, si induratio possit fieri et a calido, et a frigido, nam lateres indurantur ab igne, et aqua congelata induratur a frigore, non oportet quod remoto calore removeatur et induratio '».

27. Prius includitur in posteriori. Scilicet in iis. quae de aliqua re praedicantur, semper superiores gradus cum suis proprietatibus includuntur in inferioribus, ut vivens in animali: animal in homine, et homo cum duobus aliis in Petro.

28. Prius non dependet a posteriori. Nempe in illo genere, in quo est prius; sed potest dependere in alio genere. E. g.: substantia, etsi sit prior quantitate, prout est ens et subiectum, tamen est posterior ipsa, prout est divisibilis, quia proprium munus quantitatis est distribuere in partes, ideoqne- distribui in partes non potest aliis rebus convenire, nisi per quantitatem.

29. Privatio non cognoscitur per propriam speciem: SED PER ALIENAM, *St'U,* PRIVATIO COGNOSCITUR PER II ABITUM, NEMPE FORMAM. Privatio non cognoscitur, nisi per habitum oppositum: sicut tenebrae cognoscuntur per cognitionem

34 *Qq. dispp.. De. Ver.,* q. XVI, a. 2 c.
55 Vid. s. Thom., 1' 2·% q. XV. a. 2 ad 2.

lucis '\G ». Sane, quaelibet res per suum esse intelligitiir3', sed privatio, ct idem dicas de negatione, cura aliquid non *esse* denotet, non habet *esse* sui proprium; sed ad esse rei, cuius absentiam significat, revocatur58; ergo privatio, d negatio non cognoscuntur per se, sed per *esse* affirmationis, ad quod revocantur: « Quia privationes non habent essentiam aliquam, nisi per habitum, in eodem genere es»e habent, in quo et habitus, per reductionem59». Quare terminus, qui refertur ad conceptum privationis, vel negationis, non est non ens, sed ens, quod tollitur, quia intellectus intelligit non ens per ens, cui opponitur. E. g.: cum intellectus plantam tamquam *non sentientem* concipit, obiectum, seu terminus huius conceptionis negativae non est *non sentiens,* sed *sentiens,* quod particula negans *non* tollit.

30. Privatio non est per accessum, sed per recessum. Sicut enim forma est quaedam perfectio, ita privatio in quadam *remotione* consistit °°. Hinc sicut quaelibet perfectio indicatur bona, vel melior esse, prout magis, vel minus accedit ad terminum perfectum; ita de privatione indicatur per recessum a termino. Quare ex eo quod bonum et melius unumquodque dicitur, prout minus, vel magis accedit ad summum Bonum, non sequitur, ut malum aliquid sit, vel peius prout minus, vel magis accedit ad summum malum; neque ex eo, quod bona, quae in mundo eunt, ad aliquid, quod est per essentiam suam bonum, reducuntur, etiam mala ad aliquid, quod est per essentiam suam malum, reduci consequitur cl.

31. Privatio non recipit magis et minus. Nempe, «e*suadum se;* sed potest recipere magis et minus ratione cius oppositi, seu ex parte eius, quod remanet de habitu contrario, ut patet in aegritudine, turpitudine et aliis huiusniodi c2. E. g.: « claudus dicitur magis et minue, quia non totaliter privat virtutem gradiendi; similiter et iniustus magis et minus 63 ». Quare sermo hic est de privationibus *non puris* cl: privationes enim *purae* nullo modo recipiunt magis cl minus. E. g. : « non minus est mortuus aliquis pri die mortis, et tertio, vel quarto, quam post annum, quando cadaver iam fuerit resolutum 65 ».

32. Processus in infinitum dari non potest. Hoc praecipue attinet ad causas *moventes,* nempe *efficientem* et *finalem,* atque a s. Thoma passim demonstratur in hunc modum: Si procederemus *in infinitum,* numquain ad primum movens deveniremus ce; at in iis, quae sunt invicem ordinata, subtracto primo, removentur media, quae a primo dependent; et, subtractis mediis, removetur ultimum, quod a medio dependet: ergo ex processu in infinitum sequeretur ut nec causae mediae, nec effectus ultimus essent6'. Illud autem monet sanctus Doctor, huiusmodi effatum vim habere quoad causas, quae *per se* requiruntur ad aliquem effectum, seu quarum posterior indiget influxu superioris, ut agere possit, sicut si lapis moveretur a baculo, ct baculus a manu, et sic in infinitum: sed per accidens in infinitum procedere in causis agentibus non reputatur impossibile »; nempe potest dari *processus in infinitum* in causis agentibus, quarum una actuali influxu superioris non indiget ut agere possit, « ut puta si omnes causae, quae in infiinitum multiplicantur, non teneant ordinem, nisi unius causae, sed earum multiplicatio sit per accidens: sicut artifex agit multis martellis per accidens, quia unus post unum frangitur; accidit ergo huic martello, quod agat post actionem alterius martelli: et similiter accidit huic homini, in quantum generat, quod sit genera-

In lib. I Seni., Dist. XXXVI, q. I, a. 2 *sol.* Vid. *Contrariorum eadem est scientia et ratio* (litt. *C:* eff. 20).

57 Cf. litt. /V.· eff. 18.

58 Cf. litt. /V.· eff. 13.

Cf littS7>°effV'28Zn *Iib' Π S™]" DiSt' XXIV' P' b q' Π' °' l*

00 Vid. litt. /V: *cfi.* 1.

61 Vid. s. Thorn., Î, q. XLIX, n. 3 ad 3.

62 I, q. XI, a. 4 ad 1.

M S. Bonav., *In lib. IV Sent.,* Dist. XVIII. p. 2. a. I, q. 4 *ad arfi.*

»4 Cf. hic: dist. 62.

‹|5]» 2ne, q. LXXIII, a. 2 c

Vid. hic: eff. 22.

e‹› Vid. I. q. 11, n. 3 c., et 1* 2"', q. 1. a. 4 c.

tus ab alio, generat enim in quantum homo, et non in quamum esi filius alterius hominis; omnes enim homines generantes habent gradum unum in causis efficientibus, scilicet gradum particularis generantis. Unde non est ini· possibile, quod homo generetur ab homine in infinitum; esset autem impossibile, si generatio huius hominis dependeret ab hoc homine, et a corpore elementari, ct a sole, et sic in infinitum 08 ». Ex quibus tamen verbis intelligitur in causis *processum* etiam *per accidens in infinitum* repugnare, si prima Causa tollatur. Denique in actibus intellectus non est absurdus progressus in infinitum, non quidem *aclu,* sed *syncategorematice* °9, siquidem intellectus noster numquam tot intelligit, quin plura possit intelligere, atque insuper, cum cognoscit actum suum, aliquo actu illuni cognoscit, et iterum illum alio actu 70.

33. Proportio nulla est inter finitum et infinitum. Non potest quidem esse proportio *entitatis* seu *secundum commensurationem.* quia infinitum indeterminate excedit finitum. « Proportio, inquit s. Thomas, secundum primam nominis impositionem significat habitudinem quantitatis ad quantitatem secundum aliquem determinatum excessum, vel adaequationem 71 ». Quocirca, cum de infinito sermo est, non valent rationes et proportiones a finitis desumtae. sed plane alius conceptus est efformandus. Attamen potest dari inter finitum et infinitum proportio *habitudinis,* seu *ordinis* 72. Proportionis nomen, subdit sanctus Doctor, «ulterius traslalum est ad significandum omnem habitudinem cuiuscumque ad aliud, et per hunc modum dicimus, quod materia debet esse proportionata ad formam 73

Hinc illud etiam effatum intelligitur:

Creatura distat a Deo in infinitum. « Verum est. inquit s. Bonaventura, de distantia per recessum ab aequalitate et parlccipatione aeternae naturae: quia nihil univo-

fb»H I, q. XLVI, a. 2 ad 7.
69 Vid. litt. *C:* dist. 1.
70 1, q. LXXXVI, a. 2 c.
In lib. /Γ Seni., Dist. XLIX, q. TI, n. 1 ad 6.
72 Vid. lilt. *P:* diet. 68.
hoc. cit.

mim est creaturae ad Creatorem, in nullo enim creatura Creatori potest aequari. Sed non habet veritatem de distantia, quae attenditur per oppositionem ad convenientiam secundum rationem ordinis et imitationis. Nam rationalis creatura immediate in Deum ordinatur, et expressissime inter creaturas Deum imitatur; et ratione huius assimilationis et convenientiae habet rationem imaginis, et congruitatem respectu Divinae unionis 74 ».

34. Proprietas infensior est, cum appropinquat SUAE origini. Hoc, ait s. Bonaventura, « verum est de proprietate, quae dicit naturam et positionem, et de illa, quae habet continuari cum sua origine; sicut est in virtute movente, et luminis effusione. Aliter non habet veritatem, sicut patet; nam candela inflammata ab alia ita bene inflammabit, sicut inflammabat illa ». Quare perperam ex illo effato arguitur, « quod, cum corruptio originalis ab Adam producatur, tamquam a fontali principio et radice, quanto aliquis est Adae proximior, tanto originalis culpa sit in eo intensior ». Nam « utrumque deficit in proposito, tum quia illa carnis foeditas plus dicit rationem privationis, quam positionis, tum quia etiam illius foeditas transfusio est per generationem, in qua generatum primum, et secundum habet eamdem vim, quam habebat generans primum 75 ».

35. Proprietatum delftio est naturae negatio. Sermo hic fit de *proprio* stricto sensu accepto, quod nempe quartum praedicabile constituit 76. Porro huiusmodi *proprium* non potest revera a suo subiecto separari. Si enim ab homine tollas, e. g., capacitatem discendi, hominem ipsum necessario sustuleris, quia haec proprietas indissolubili nexu cum hominis natura cohaeret, ab eaque proxime et necessario emanat. Hinc etiam illud:

Propria sunt secunda naturae momenta. Attamen *logice,* seu nostra cogitatione potest *proprium* a suo subiec-

74 *In lib. I Sent.,* Dist. II, a. 1, q. 1 *ad arg.* Cf. *In lib. H Seni.* Dist. XVI, a. I, q. 1 *ad arg.*
™ *In lib. Il Sent.,* Dist. XXXIII, a.
76 Vid. hic: dist. 74.

to separari, non quidem abstractione *negativa,* qua pr0. *prium* de subiecto negatur, sed abstractione *praecisiva,* qua cogitatur unum, non cogitando de altero 11.

36. Pkopbium PRIMO inest speciei. Scilicet inesl *pri. mo* speciei, tamquam subieclo convenientiae, quia proprium axime emanat ab essentia speciei. Ita homo est primum eubicctum *risibilitatis,* quae per et propter hominem Socrati, Platoni, et aliis individuis convenit. At non inest *primo* speciei, tamquam subieclo cxistenliae. Ita enim *primo* inesl, seu *inexislit* individuis, quae reipsa existera dicuntur.

37. Propter quod unumquodque tale, et illud magis. E. g.: id quod est ratio diligendi, magis diligitur, quam id, quod propter hanc rationem diligitur. Item: principia, quae sunt ratio cognoscendi, magis cognoscuntur. Rursus: calor esi magis in igne, quam in corpore mixto, quia propter ignem esi in corpore mixto 78 ». Ut autem hoc axioma veritate potiatur, requiritur: 1° ut ea, inter quae fit comparatio, *formaliter* talia dicantur. Hinc ex eo quod homo est doctus propter philosophiam, non sequitur ut philosophia magis docta sit; nam philosophia /or*maliter* non dicitur docta. Quae conditio ita magis explicatur; nempe oportet ut effectus et causae communicent in eadem denominatione et dicatur unum esse tale propter aliud, non quomodocumque, sed quia illud etiam est tale, ita ut ex denominatione unius nascatur denominatio alterius; e. g.: eo quod luna est lucida, quia sol est lucidus, recte infertur solem esse magis lucidum, quia non tantum propter solem, sed etiam propter lucem solis luna lucet, ita ut ipsa ratio, seu denominatio, in qua causa et effectus communicant, sil causa cur aliquid sit tale. E contrario perperam ita arguitur: lapis est albus propter albedinem; ergo albedo est magis alba: sanguis funditur propter sanitatem: ergo sanitas magis funditur: homo intelligit propter

77 Quid sit abstractio *negativa* et *praecisiva* explicatam est litt. J dist. II. - Vid. s. Thoni., *Qq. dispp., q. un., De spir. creat.,* a. 274

74 *In lib. II Sent.,* Dist. XI, q. I, a. 2 ad 2.

species; ergo species magis intelligunt; siquidem haec non communicant in eadem ratione et denominatione, nec enim albedo est alba, neque sanitas funditur, nec species intelligunt 79 ». 2U Illud effatum « veritatem habet, si intelligatur in his, quae sunt unius ordinis: puta in uno genere causae. Puta, si dicatur, quod sanitas est desiderabilis propter vitam, sequitur, quod vita sit magis desiderabilis. Si autei accipiantur ea, quae sunt diversorum ordinum, non habet veritatem; ut si dicatur, quod sanitas est desiderabilis propter medicinam, non ideo sequitur, quod medicina sit magis desiderabilis: quia sanitas est in ordine finium, medicina autem in ordine causarum efficientium 80 ». Item, ex eo quod Deus est causa omnis nostrae cognitionis, non sequitur esse id, quod primo et maxime a nobis cognoscitur; nam σ propter Deum alia cognoscuntur non sicut propter primum cognitum, sed propter primam cognoscitivae virtutis cautam 81 ». 3° Oportet, ut ea, inter quae fit comparatio, huiusniodi sint, ut suscipiant magis et minus; ob quam rationem etsi paler sit causa *esse* hominis in filio, haud consequitur *esse* hominis magis in patre, quam in filio inveniri. 4° Illud effatum « verificalur, quando illud, quod convenit alicui propter aliquid aliud, est diversum in utroque ». Quocirca « quamvis Filius habeat a Patre hoc, quod spirat Spiritum Sanctum, nihilominus tamen non est hoc diversum in Patre et Filio, quia eanidem virtutem spirativam, quam Pater habet, Filio communicat; et ideo per illam aequaliter Pater et Filius Spiritum Sanctum spirant. Et si etiam nou esset una numero, sed specie tantum, ratio non valeret; sicut patet in omnibus univocis generationibus: non enim pater Sortis plus influit in filium Sortis, quam Sortes 82 ».

■» Vid. s. Thom., *In lib. III Sent.,* Dist. XXVIII, q. I. a. 1 ad ' el *Qq. dispp.,* De *Ver.,* q. X, a. 9 ad 3.
«o I, q. LXXXVII, a. 2 ad 2.
β» I, q. LXXXVIII, a. 3 :<d 2.
12 In lib. I Sent.. Dist. XII. q. I. a. 2. ad 2.

1. Qualitas: essentklïs - accidentalis. *Qualitas essentialis* est id, quod determinat ipsam rei essentiam, nempe *differentia specifica,* quae proinde praedicari dicitur in *quale quid* 1. Hoc sensu *qualitas* latissime sumitur. - *Qualitas accidentalis* dupliciter accipitur:]° pro omni accidente, quod subiectum suum aliquo modo allicit; hinc *accidens* praedicari dicitur in *quale,* sive *necessario,* si sit accidens *speciei,* sive *contingenter,* si sit accidens *individui* 2. Hoc modo *qualitas* paulo strictius usurpatur. 2° Pro certo tantum genere accidentium, quorum nempe proprium est *simpliciter,* seu per se substantiam disponere, sive *modificare,* nempe quatenus eo ipso, quod in substantiam novum modum *essendi* inducit, ipsam *qualem* efl'icit, puta esse doctum, aut doctrinae expers. Qualitas hoc sensu strictissime accipitur, atque constituit quartum *praedicamentum,* quod complectitur *habitum* et *dispositionem* 13; *potentiam* et *impotentiam passionem* et *patibilem qualitatem formam* et *figuram e.*

1 Vid. litt. /: dist. 17.
2 *Ibid.* ▮ Discrimen inter accidens *speciei,* et *individui* explicsvimus litt. *A:* dist. 16.
3 Vid. litt. *H:* dist. 1.
4 Vid. litt. *P:* dist. 24.
ô Vid. litt. *P:* dist. 8.
6 Vid. litt. *F:* dist. 8.

2. Quantitas: continua - discreta. *Quantitas continua* ea est, cuius partes vinciuntur at cohaerent aliquo termino communi, qui nempe nullius partium, quas nectit, proprius est, sed finis est prioris partis, et principium posterioris; e. g.: linea et quaevis magnitudo. - *Discreta* est ea, cuius partes nullum habent nexum inter se communem, sed singulae a singulis seiunguntur, ut numerus, et quaevis multitudo 7.

3. Quantitas: dimensiva - virtualis. *Quantitas dimensiva* est quantitas proprio sensu accepta, seu quae consistit in divisibilitate partium, ac proinde ad substantias corporeas pertinet, et constituit *praedicamentum* quantitatis Dicitur autem *dimensiva* ob tres dimensiones longitudinis, latitudinis, et profunditatis quas habet; vel quantitas *molis,* quia corporis propria est. - *Quantitas virtualis* est quae metaphorice suinta substantiis spiritualibus accommodatur, atque carum virtutem, seu perfectionem significat. vel quoad naturam, vel quoad durationem, vel quoad vini agendi. Sic Angelus hominem excedens in perfectione dicitur habere maiorem *quantitatem virtutis:* in iis enim, quae non mole sunt magna, hoc dicitur maius esse, quod melius est. Sic etiam aequalitas, quae est proprietas quantitatis, « intelligitur in Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, in quantum nullus horum aut praecedit aeternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate 9 ». Unde perspicitur, quomodo *in divinis* sit summa aequalitas. « Quantitas, ad rem inquit s. Bonaventura, dicitur dupliciter, proprie, scilicet quantitas molis, et translative, quantitas vir-

" « Continua porro definiunt: Ea, quorum partes communi aliquo termino copulantur. Nam cum lignum aliquod bicubitum sil. hoc est duos cubitos habeat, unius cubiti finis, et alterius cubili principium unus est. Cohaerent enim inter se, atque coniuncta sunt, non autem sunt ab invicem divisa. At vero discreta ea sunt, quorum partes non copulantur communi aliquo termino, ut in decem saxis. Nam si quinque et quinque numeres, communem terminum, qui copulet, nullum invenies. Etenim si aliquid dederis, quod inter quinos ct quinos medium interponatur, iam fiunt undecim, et non decem j>; s. Damasc., *Dialect.,* c. 49.

8 Vid. litt. *P:* dist. 34.

9 S. Fulgent., De *Fide ad Petrum,* c. 1.

lutis; et quia illa *(aequalitas)* est propria passio quantitatis, aequalitas consequitur utramque quantitatem; ergo nbt est ponere quantitatem virtutis, ibi est ponere aequalitatem. Haec autem quantitas virtutis ponitur in spiritualibus, et summe reperitur in Divinis, quia haec quautitas non repugnat simplicitati, sed consonat; similiter nec aequalitas consequens istam quantitatem 10 ».

4. Quantitas: fluens - permanens. *Fluens,* quae tamen proprie non est species quantitatis, est illa, cnius partes non existunt simul, sed una succedit alteri: ut tempus et motus; e. g.: *quantitas* horae non habet simul suas partes, sed una alteri succedit; proindeque ipsa est *fluens.* • *Quantitas permanens* est illa, cuius partes simul existunt. ut linea, superficies, corpus. Ubi observandum est, corpus vel *physice* vel *mathematice* spectari posse; *physice* quidem, quatenus est quoddam compositum ex materia et forma; *mathematice,* quatenus in eo consideratur trina dimensio in longum, latum ct profundum; e. g.: quantitas corporis humani vocatur a mathematicis *corpus,* quia extenditur in longum, latum et profundum. Porro hoc secundo modo *corpus* pertinet ad praedicamentum *quantitatis;* nam priori modo spectat ad praedicamentum *substantiae 11.*

5. Qua tale - Materialiter *2‡3

6. Quidditative - Accidentaiater ,3.

7. Quid nominis - Quid rei ”.

8. Quies desiderii - Quies motus. « Quies desiderii est quando desiderium sistit in aliquo, propter quod ont-

10 *In lib. I Sent.,* Dist. XIX, p. 1, a. I, q. I, *resol.*

11 Dc utroque corpore s. Basilius ita loquitur: «Philosophi hoc corpus dicunt firmum, quod quasi solidum est, et plenum, quod ita appellatur, ut a mathematico distinguatur. Est autem mathematicum, quod in solis consistit dimensionibus, in latitudine, inquam, profunditate ct longitudine d; *HexOem.,* Hom. V.

12 Vid. *Formaliter - Materialiter* (litt. *F:* dist. 22).

13 Vid. *Accidenlaliter - Essentialiter* (litt. *A:* dist. 17).

" Vid. *Definitio nominis - Definitio rei* (litt. *D:* dist. 5).

nia facit, ct quaerit, el non desiderat aliquid ulterius; el hoc modo voluntas iusti quiescit in via in Deo. Quies autem motus est, quando pervenitur ad terminum quaesitum; ct ista quies voluntatis erit in patria 15 ».

9. Quies: privativa - positiva. *Quies privativa* est privatio motus, e. g., permanentia lapidis in manu; item vita otiosa; nam « sicut operatio, quamvis improprie, motus dicitur 16; ita *cessatio* a quacumque operatione quies vocatur 17 », Unde illud: *otium parit vitae taedium, et est importunum negotium. Quies positiva* est permanentia rei in statu naturali; v. g., natatio piscium; est enim actio secundum naturam. Hac ratione canit Poeta: *Deus nobi> haec otia fecit.*

10, Quo - Quod; *vel* Ut quo - Ut quod. Dicuntur: Ie: dc principio aliquid producente. *Principium* quod est persona, vel totum compositum agens. Hoc sensu dicitur: *Ictiones sunt suppositorum 1S. Principium quo* est virtus, qua actio producitur. Rursus *principium quo* vel *proximum* est, vel *remotum. Proximum* est virtus, ex qua immediate elicitur actio; *Remotum* autem est radix facultatis, a qua immediate elicitur actio. Ex. gr.: in actibus intellectus el voluntatis, persona Petri est *principium quod;* natura humana est *principium quo remotum:* intellectus et voluntas *principium quo proximum.* 2° Dicuntur de termino alicuius productionis. Scilicet terminus *ut quod* est ipsa tota res, quae producitur. Terminus productionis *ut quo* consistit in aliquo ex principiis, unde res constituitur. F.. g.: persona Petri est terminus eius generationis *ut quod;* eius autem natura est terminus *ut quo.* 3° Obiectum *ut quod* est illud ipsum, ad quod potentia, vel scientia spectat. Obiectum *ut quo* est propria ratio, propter quam potentia, vel scientia circa aliquid versatur. Vel obiectum *quod* est illud, quod in scientia demonstratur. Obiectum *quo* consistit in mediis, quibus probantur conclusiones in ea-

15 *In lib. I Sent.,* Dist. I, q. IV. n. 1 nd 5.

,e Vid. litt. *M:* dist. 16.

17 *In lib. II Sent..* Dist. XV, q. III. n. -

»' Vid. litt. 4: elT. 30.

dem scientia 4° *Ut quod* significat subiectum, cui proprie convenit aliquod attributum, vel quaedam denominatio; ut *quo* indicat rationem, propter quam subiectum est, vel denominatur tale; e. g.: hic terminus *albus,* si accipiatur ut *quod,* significat parietem, vel aliud, quod dicitur album; sin autem ut *quo,* denotat ipsam albitudinem. Hoc sensu terminus acceptus ut *quod* dicitur etiam usurpari *in recto, ut quo, in obliquo* [19]. 5° Denique: species, per quam fit cognitio alicuius rei, est *obiectum, quo* illa cognoscitur; res autem a specie repraesentata est *obiectum quod,* « Species visibilis, ait s. Thomas, non se habet, *ut quod* videtur, sed ut *quo* videtur [21] ». Et alibi: «Species intellegibiles, quibus intellectus possibilis fit in actu, non sunt obiectum intellectus; non enim se habent ad intellectum, sicut *quod* intelligitur, sed sicut *quo* intelligit [22] ». Sane, species non est terminus, in quem cognitio fertur, sed dumtaxat principium, ex quo facultas cognitrix determinatur ad percipiendam rem ab ipsa specie repraesentatam. Quare, etsi anima cognoscat res per species, tamen illas in seipsis cognoscit: « Cognoscere res per earum similitudines in cognoscente existentes, est cognoscere eas in seipsis [23] ». Et B. Albertus M.: « Sensus per hoc, quod species est sensibilium, sensibilia imediate accipit [24] ».

[19] Vid. *Obiectum. materiale · formale* (lilt. *O:* dist. 7).
[20] Vid. litt.u: dist. 18.
[21] *Qq. dispp.,* q. un. *De Sp. creat.,* a. 9 ad 6.
[22] *In lib. Ill De An.,* led. VIII.
[23] I,fc. XII, a. 9 c.
[21] *In Eth.*ℓ lib. IV, tract. II, c. 18. - Cf. Sanseverino, *Phil. Christ.* etc. *Dynam.* vol. I, c. H, a. 5, p. 86 sqq. ct c. VII, a. 6, p. 51 sqq vol. II, Neapol. 1878.

Effata.

1. Qualis est essentia, talis est potentia *.

2. Qualis modus essendi, talis modus operandi 2.

3. Qualis unusquisque est, talis finis videtur ei. Illud enim, quod apprehenditur velut bonum atque conveniens, movet voluntatem; quod patet ex illo: *Omne agens apt propter bonum* 3. At potest aliquid diverso modo apprehendi velut bonum et conveniens, prout diversa est conditio cius, cui illud o.biicitur. E. g.: ei, qui ira concitatur, videtur aliquid bonum, quqd huiusmodi non videlur ei, cuius animus huiusmodi commotione non afficitur. Ergo finis, seu id, quod movet voluntatem, talis est, qualis est unusquisque \

4. Qualitas est nobilior quantitate. Tum quia qualitas nobilioribus convenit substantiis, quantitas autem tantum corporeis; tum quia qualitas nobiliorem, quantitas ignobiliorem compositi partem sequitur: nam qualitas ex forma, quantitas ex materia fluit. Non est autem qualitas prior quantitate. Nam licet forma, quam qualitates comidefert; tamen quantitas prior qualitate est; siquidem ordine naturae prius oportet subesse materiam, quam forma illi adveniat, nec intellectus capere potest, quod in generatione rerum forma materiei praecedat 5.

5. Qualitas fundat similitudinem, et dissimilitudinem. Scilicet per qualitatem res dicuntur similes, aut die-

» Vid. litt. ***P:*** eff. 17.
3 Vid. litt. ***M:*** eff. 17.
‘ Vid. litt. ***O:*** eff. 7.
1 Vid. s. Thom., 1a 2M‘, q. IX» a· 2 c.
5 Vid. litt. F: eff. 14.

similes. E. g.: duo equi, si sint eiusdem coloris, dicuntur similes 6. Illud autem admonere est, a qualitate res *per* se dici similes; *per accidens* dissimiles. Dissimilia enim proprio et stricto sensu accepta dicuntur non tam propter qualitates, quam propter qualitatis, quae uni subiecto inest, in altero defectum. Insuper « similitudo et dissimilitudo attenditur non solum secundum eamdem, vel diversam qualitatem, sed etiam quantum ad eumdem, vel diversum participandi modum ' », neque solum aliqua *similia* dicuntur « ex eo quod participant unam formam, sicut duo albi albedinem », sed etiam « ex eo quod unum, quod participative habet formam, imitatur illud, quod essentialiter habet; sicut si corpus album diceretur simile albedini separatae, vel corpus mixtum igneitati ipsi igni 8 ». Haec postrema similitudo esse dicitur *secundum analogiam,* atque ratione ipsius dicuntur creaturae Deo quodammodo similes esse 9.

6. Qualitas habet contrarium. Haec altera proprietas non pertinet ad qualitates, quae sub diversis sunt generibus, scientia enim non pugnat cum virtute, sed cum ignorantia. Pertinet itaque ad quasdam qualitates sub eodem genere contentas; e. g.: calor et frigus, virtus et vitium, valetudo et morbus inter se pugnant. Diximus *aii*

6 Vid. liti. *A:* dist. 25.
7 Ia 2a0, q. LII, a. 3 c · Vid. lilt. *P:* dist. 4.
8 *In lib. 1 Sent.,* Dist. I XVIII, q. I, a. 1 *sol.*
9 I, q. IV, a. 3 c. - « Nam ipsi scitis, ct nemo dubitaverit simile non de substantiis, sed de figuris ct qualitatibus dici. De substantiis enim non similitudo, sed identitas dici debet. Homo igitur homini similis dicitur non secundum substantiam, sed secundum habitum et figuram; quod ad substantiam enim eiusdem naturae sunt. Rursum homo iam nequaquam dissimilis dicitur, sed diversae naturae. Ergo quod eiusdem naturae est. etiam consubstantiale est; et quod diversae naturae, diversae etiam substantiae. Quapropter qui dicit similem secundum substantiam, ex participatione similem dicit; similitudo enim est qualitas, quae substantiae accidere potest. Hoc autem opificiis proprium fuerit; ea enim ex participatione Deo similia efficiuntur. Nam, cum, ait, apparuerit Ille, similes Ei erimus, scilicet non substantia, sed filiorum adoptione, quam per Eum participamus »; s. Athan., De *Synodis Arimini in Italia, et Seleuciae in Isauria celebratis,* n. 53.

quosdam; nam nec figura, c. g., figurae, nec forma formae adversatur. Potest etiam ipsum effatum explicari, quatenus quicquid *per se* contrarium est alteri, proprie est qualitas. Licet autem actiones ct passiones quoque contrarium habere dicantur, id tamen, quemadmodum plerique existimant, non per se actioni et passioni convenit, sed ratione qualitatum, quae actionum, et passionum termini sunt; ut dealbatio denigrationi est contraria, quia albedo nigrori contraria est.

7. Qualiias suscipit magis et minus. Siquidem qualitas potest *intendi,* aut *remitti: e.* g.: modicus calor crescit, et fit maior; contra, magnus calor minuitur. Lbi haec tria adnotanda sunt: 1° Huiusmodi proprietas non convenit omnibus qualitatibus; e. g.: figura non intenditur, nec remittitur, quocirca unum triangulum, quamvis possit esse maius, idest magis extensum altero, tamen non est magis triangulum, quam alterum: «Magis et minus non invenitnr... in figuris, puta triangulare, et quadratum [», siquidem ea, quae participant rationem trianguli, aeque eam partiepant. 2° Hoc valet, si nomina concreta adhibeantur, non vero si abstracta; scilicet non ipsae qualitates, quatenus qualitates sunt, sed quatenus in subieclis sunt, intensionem, aut remissionem capere possunt; e. g., dicitur aliquid magis, aut minus calidum, magis, aut minus initum; non vero magis, aut minus calor, magis, aut minus iustitia. Et saue, iustitia una est, et camdem, eimplicemque habet essentiam, quae definitione eius explicatur: dicilur tamen unus alio iuslior, aut minus iustus, quia magis, aut minus iustitiam illam participat: « Qualitates in abstracto signatae, quia signantur per modum substantiae, nec intenduntur, nec remittuntur; non enim dicitur albedo magis ct minus, sed album 11 ». 3° *Intensionem* non fieri per additionem similis in specie; « sicut non oportet qnod albedo albedini addatur ad hoc quod fiat magis album 12 »; sed « causatur intensio ex hoc, quod illud, quod

,u *Qq. dispp.. De Virtut.,* q. I. a. 2 c.
" *Ibid.*
'2 *In lib. IV Sent.,* Disl. XVI, q. П1, a. 2. soi. 1 ad 1.
13 *In lib. II Sent.,* Dist. XLIi, q· L a. 1 ad 2.

intenditur, magis perfectum invenitur, et opposito impermixtius 13 ».

8. Qualitatis non est qualitas u.

9. Quando alterum praedicatur de altero, tamquam DE SUBIECTO, QUIDQUID DICITUR DE PRAEDICATO, DE SUBIECTO quoque dicitur. Ita, quia *homo* praedicatur de Petro, el *animal* de homine, et *vivens* de animali, et de vivente *substantia,* praedicabitur quoque de Petro *animal, vivens, substantia.* Nam praedicatum sine iis, quae notionem eins constituunt, subiecto inesse non potest, ac proinde ea. quae praedicato insunt, etiam subiecto, cui illud attribuitur, inesse oportet 14* Ut autem hoc effatum vim suam habeat, haec duo expostulantur: 1° Ut illud, quod de praedicato subiecti dicitur, dicatur *universaliter* et *coniunctim;* hinc ex eo, quod homo est animal, atque animal est rationale, et irrationale, non sequitur, ut homo sit rationalis· el irrationalis; nam rationale et irrationale conveniunt animali *divisim,* non *coniunctim. 2°* Ut eadem sit *suppositio* l(. nec subeat aequivocatio: hinc ex eo, quod animal praedicatur de homine, atque genus de animali, non sequitur, ut homo sit genus, nam praedicatio animalis de homine esi *realis,* praedicatio autem generis de animali est *intentionalis* I7, ideoque mutatur suppositio. Item inferri nequit Herodem esse animal quadrupes, ex eo quod vulpes est animal quadrupes, et Herodes est vulpes: esse enim vulpem non pradicatur de Herode *proprie,* sed *metaphorice.* Quare s. Thomas monuit illud effatum intelligendum esse de iis, quae praedicantur *per se,* hoc est secundum propriam rationem seu *naturam* 1R.

10. Quantitas fundat rerum aequalitatem et inaequalitatem. Seu res denominantur aequales, vel inaequales, pares, aut impares, prout conveniunt, vel non in quantitate, sive *molis,* sive *virtutis 19.* Hinc s. Thomas: « Ae-

14 Vid- *Accidentis non est accidens* (litt. *A:* eff. 12).
15 Vid. e. Thom., I, q. XXVIII, a. 3 c.
10 Quid nomine *suppositionis* intelligatur. explicabitur litt. S.
17 Vid. litt. *I:* dist. 26.
18 In lib. HI Sent., Dist. X, q. I, a. 2 *sol.* 3 c. Cf. hic: diet. 3.

qualitas est proportio aliquorum habentium unam quantitatem 20 ». Ita duae magnitudines, duorum pedum singulae, dicuntur aequales; sin una duorum, altera trium sit pedum, inaequales erunt. Attamen rerum aequalitas sumitur etiam ex convenientia, vel communicatione illaru in aliqua forma secundum camdem rationem, et eumdem modum. « Quaedam, ait s. Thomas, dicuntur similia, quae communicant eamdem rationem, et eumdem modum, et haec non solum dicuntur similia, sed aequalia in sua similitudine21 »; c. g.: duo nec magis, nec minus alba.

11, Quantitas non habet contrarium. Contraria enim proprie dicta se mutuo expellunt ex eodem subiecto 22; quantitas autem non expellit, sed potius expostulat alteram, puta corpus superficiem, superficies lineam; quantitas ergo, ut quantitas est, quantitati non est contraria. Hinc *magnum* et *parvum* non sunt contaiar, sed relata.

12. Quantitas impedit actionem formae. Quod, ut a s. Thoma explicatur, intelligendum est, « per accidens, in quantum scilicet omnis quantitas continua est in materia: forma autem in materia exsistens, cum sit minoris actualitatis, est per consequens minoris virtutis in agendo: unde corpus, quod habet minus de materia, et plus de forma, sicut ignis, est magis activum. Supposito autem modo actionis, quam forma in materia existons habere potest, quantitas coaugct magis, quam minuat actionem; nam quanto corpus calidum fuerit maius, supposita aeque intensa caliditate, tanto magis calefacit 23 ».

13. Quantitas non suscipit magis et minus. Nempe quantitas secundum suam naturam et essentiam non intenditur, aut remittitur. Nam minima quantitas aeque perfecta est quantitas, sicut ct maxima; siquidem linea, e. g., unius digiti non minus participat definitionem et essentiam lineae, quam quae est mille cubitorum; et numerus ternarius non minus participat rationem numeri, quam mille-

20 In lib. I Sent., Dist. XIX. q. I. «. 1 ad 4.
21 I, q. IV. a. 3 c.
22 Vid. litt. *C:* eff. 20.
23 Contr. Gent., lib. Ill, c. 69.

narius. Illud tamen concedendum est unam quantitatem posse maiorem, aut minorem esse alia; nam linea mille pedum maior est linea unius digiti, et numerus millenarius maior est ternario; sed hoc non quidem significat *intensionem* naturae quantitatis, sed *extensionem* 2I, quantitas enim per *additionem partium augmentatur 28.*

14, Quantum additum quanto facit maius. « Intolligeudum est, ubi utrumque dicitur quantum secundum canidem rationem; sed ubi unum est ratio alterius, quod sit quantum, hoc non oportet: sicut si lignum est longum, erit linea longa, nec oportet, quod lignum cum linea sit longinquam linea, quia linea est ratio longitudinis ligni 2fc.

15. Quantum intendis, tantum facis. Hoc effatum a s. Bonaventura ita declaratur: « Tantum, et quantum possunt esse nomina, vel adverbia. Si quantum et tantum sint adverbia, tunc dicunt quantitatem intendendi; et tunc est locutio vera generaliter, sive respectu bonorum, sive respectu malorum, quia quantum actus intendendi est intentus in bonitate, et malitia, tantum operatio exterior est bona, vel mala. Omne enim meritum, ct demeritum ad actum voluntatis reducitur; licet circumstantiae exteriores aliquo modo faciant ad maiorem voluntatis depravationem. Si autem quantum ct tantum sint nomina, tunc dicunt quantitatem ex parte intenti; et sic non est generaliter verus ille sermo, quia opus exterius factum non semper commensuratur ei, quod intentio intendit; frequenter enim intendit homo facere magnum bonum, ct facit parvum, quia modicam habet charilalcm. Habet tamen aliquo modo veritatem in malis, videlicet intendendo, licet non diminuendo, ct prout tantum ct quantum dicunt quamdam comparationem proportionis, non commcnsurationcm aequalitatis. L'nde qui intendit multum peccare, mullum peccat, quale-«•unique opus faciat. Non tamen qui intendit parum pecca-

24 Vid. *Extensive - Intensive* (liti. *E:* dist. 9).
25 *In lib. II Sent.,* Dist. XLII, q. I, a. 1 ad 2.
20 S. Thom., *Qq. dispp.. De Malo,* q. II, a. 2 ad B.

rc, parum peccat, maxime si opus facit, quod multum habet de deformitate 27 ».

16. Quae inter se sunt connexa, eadem actione prodocuntur. E. g.: quia radix, ct truncus simul colligantur, fit ut qui trahit unum, trahat et aliud. Item, quia clavus infixus trahi habet cum ipsa connexionem, eodem impetu, quo trahitur clavus, trahitur simul et trabes. Rursus ex eo, quod annuli catenae sunt simul connexi, qui movet imum, movet et caeteros. Hoc effatum a s. Bonaventura ita exponitur: « Ubi est unum propter alterum, non oportet ibi esse numerationem; sicut si teneam equum per fraenum, per prius teneo fraenum, quam equum, quia equum teneo mediante fraeno; non tamen duplici tensione teneo utrumque, sed unica 28 ».

17. Quae in superioribus sunt unita, sunt multiplicata in inferioribus; *et vicissim:* Quae sunt dispersa in inferioribus, sunt unita in superioribus. E. g.: natura humana universim spectata est una: et in individuis eat multiplicata, ita ut tot sint naturae humanae particulares, quot sunt homines; vicissim, etsi inulta sint obiecta sensuum exteriorum, tamen omnia efficiunt unum obiec-Itim adaequatum sensus communis, qui totam potentiam sensitivam complectitur: nam potentia superior respicit aliquam universaliorem rationem, quam potentia inferior ⅔'. Item, quae sunt unum in Deo propter infinitam Eius excellentiam, distinguuntur in creaturis; et vicissim. quae sunt distincta in creaturis, sunt eminentiori modo unum in Deo, qui est ipsa plenitudo essendi 30.

18. Quae **UNI ET EIDEM SUNT' EADEM. SI NT EADEM IλTER SE** 31.

=' *In lib. II Senl.,* Dist. XI, a. I, q. 2 *resol.* · Vid. etiam s. Thom., P 2a0, q. XIX, a. 8 c■„ et *Qq. dispp.. De Malo.* q. II. a. 2 ad 8.

2* *In lib. IU Sent.,* Dist. XXI, a. I, q. 3 *ad arg.* - λ id. *I bi urium propter alterum, ibi tantum unum* (liu. *l :* eff. 3».

29 Vid. litt. *P:* eff. 16.

30 Ilinc etiam vides, cur anima intellectiva, cum una sit, pertectiones animae tum vegetativae, tum sensitivae in se coniplectalur.

3» Vid. litt. E: eff 2.

19. Qui potest MAIUS, potest et minus. In primis patet hoc effatum accipiendum tantum esse « in his. quae pertinent ad potestatis perfectionem, non autem in his, quae important potestatis defectum 32 ». Unde, quemadmodum subdit s. Bonaventura, « eo potentius esse illud, cui omnia sunt possibilia, verum est de his, quae posse est potentiae nobilis; nam si posset aliquid, quod non sit de nobilitate potentiae, quanto magis illud posset, tanto magis adversitas el perversitas possent in illum..., ct ita tanto minus esset potens 33* ». Deinde locum habet, cum agitur de iis, quae ad eumdem ordinem spectant, ideoque minus talc est, ut maiori subiicialur. Hinc avis volare potest, homo vero non potest, quia avis non subiicitur homini, neque in eo continetur: « Non oportet, ut quod facit maius, faciat minus, nisi sit ad id ordinatum 31 ». Quod etiam a i Seraphyco Doctore adnotatum fuit: « Qui potest in maius, potest in minus; dicendum quod verum est, si aequaliter ordinatur ad utrumque; nam si habet ordinationem ad maius, et non habet ordinationem ad minus, quamvis possit in maius, non tamen sequitur quod in minus 35 ». Eadem ratione illud, *Quidquid potest virtus inferior, potest et superior,* intelligendum est de virtute superiori, quae est eiusdem generis et ordinis cum inferiori; *modus* enim *operandi sequitur modum essendi* 3G. Quod si virtus superior non solum sit superioris gradus, sed pertineat ad superiorem ordinem rerum, tunc potest non eodem, sed nobiliori ct eminentiori modo illud, quod potest inferior. Ita intellectus cognoscit obiecta sensibilia eminentius, quam sensus, hic enim ea percipit *materialiter,* el *concrete;* ille vero *immaterialiter,* et *abstracte 37.*

32 *Qq. dispp., De Pot.,* q. I, a. 6 ad 8.

' ; /n *lib. 1 Sent.,* Dist. XLH, a. I, q. 3 *ad arg.* Hinc s. Augustinus: « Non potest (Deus) peccare, non potest mentiri, non potest falli: tanta non potest; quae si posset, non esset omnipotens»; *Serm.* CCXIII, c. I, n. 1.

31 *In lib. IV Sent.,* Dist. XXVIII, q. III, a. 2 ad 2.

33 *In lib. I Sent.,* Dist. XLI, a. I, q. 1 *ad arg*

3« Cf litt. M: eff. 17.

37 Vid. s. Thorn., I, q. CX, a. 2 ad 2.

20. Quidquid causa prima cum secunda efficere potest, HOC potest sola causa prima. Cum enim a cau-a prima, idest a Deo, creaturae suam agendi vim accipiant, sequitur ut Deus possit ex se producere omnes illos effectus, quos, assumpta aliqua creatura, tamquam instrumento, produceret: « Voluntas Divina est causa prima et universalissima et actualissima. Ideo potest in totum effectum, et in totam rei substantiam, etiam sine adminiculo alterius causae; nec aliqua causa potest aliquid vel modicum sine ipsa 38 ». At vero, modus productionis non esset idem, siquidem effectus, qui producitur simul a Deo. et a causa naturali, est prorsus naturalis; simulque dependentiam creaturae a Deo, necnon ipsius Dei immensam Bonitatem, eo quod vim agendi creaturis largitur, magis magisque manifestat. Hinc perperam ex prolato axiomate colligunt Occasionalistae frustra a Deo adhiberi causas secundas 3J. Rursus, non potest a sola causa prima procedere actio libera hominis, servata hominis libertate, alioquin simul esset libera, et non libera.

21, Quidquid dicitur de definitione, dicitur de definito. Hoc verum est de praedicatis realibus; non item de praedicatis *rationis,* sive *intentionalibus* 40. Non enim recte dixeris: Definitio est modus sciendi: ergo et definitum. Insuper intelligendum est de iis, quae definitioni, vel definito conveniunt quoad rem substratam, qua ratione unum sunt: perinde enim est, si dicam: homo currit: ac si animal rationale currit; non autem de iis, quae definitioni, vel definito conveniunt *formaliter,* sive ut substant his notionibus; sic enim opponuntur, neque definitio est ipsum definitum. Quod enim definitio explicet definiti essentiam, eaque notior sit, hoc competit ipsi, ut definitio cet, cl a definito distinguitur.

22. Quidquid est in effectu, est in causa. Omnis quippe perfectio effectus debet aliquo modo contineri in

38 S. Bonav., /n tî&. *I Sent..* Dist. XLV, a. II, q. 2 *resol.*
3" Vid. liti. C: eff. 8.
40 Quidquid luire vox significet, vid. liti. /: dist. 26.

causa, nempe vel *formaliter,* vel *eminenter,* vel *virtualiter* 41. Secus enim aliquid haberetur in effectu, cuius existentiae ratio sufficiens non esset in causa, seu effectus aliquis sine causa esset,

23. Quidquid movetur, λβ alio movetur 42.

24, Quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur. Hoc effatum duo significare potest: 1° Aliqua debet esse proportio inter recipiens, et receptum, tamquam inter actum, ct potentiam; siquidem in subiecto aliquid recipiente capacitas et dispositio ad illud recipiendum requiritur; ita ut, prout maior, vel minor est huiusmodi proportio, et capacitas, maior, vel minor sit receptio. E. g.: fons eadem hora tantumdem aquae effundit; ex pluribus tamen vasis, quae ad aquam recipiendam apponuntur, non omnia tantumdem capiunt; nam quae sunt ore angustiori, minus capiunt, quam quae laxiori. Item, qui docet, omnes eadem opera docet, sed non omnes aeque doctrina imbuuntur, >ed quisque pro ingenii sui modulo. 2° Quidquid recipitur, non recipitur necessario secundum modum proprium, sed secundum modum cius quod dicitur recipere. Hinc materialia recipiuntur in intellectu, non *realiter* ct *materialiter, sed spiritualiter* ct *intentionaliter.* Unde *cognita,* ut passim docet Angelicus, *sunt in cognoscente secundum modum cognoscentis.*

Neque mirum, si aliqua virtus spiritualis recipiatur in re corporea; puta in aqua est aliqua virtus producendi gratiam. Nam « virtus spiritualis non potest esse in re corporea per modum virtutis permanentis, et completae. Nihil tamen prohibet, in corpore esse virtutem spiritualem instrumentaliler; in quantum scilicet corpus potest moveri ab aliqua substantia spirituali ad aliquem effectum spiritualem inducendum; sicut et in ipsa voce sensibili est quaedam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis, in quantum procedit a conceptione mentis. El hoc modo vis spiritualis est in Sacramentis, in quantum ordinahir a Deo ad effectum spiritualem 43 ». Ad cuius maiorem perspicuitatem adnotanda est disparitas inter accidens corporeum et spirituale. Accidens enim corporeum expostulat subiectum extensum, nec recipitur in subiecto, nisi per quantitatem, et idcirco in subiecto spirituali recipi nequit. Accidens autem spirituale incompletum et transiens, cum magis sit propter terminum, quam propter subiectum, non debet talem proportionem cum subiecto servare, unde potest supernatural iter recipi in subiecto corporeo.

Nuinquam autem illud effatum intelligendum est hoc modo: Quidquid recipitur, afficitur natura et conditionibus recipientis, atque redditur tale, quale est ipsum recipiens. Sic enim anima rationalis, dum informat corpus, fieret corporea, et indueret omnes corporis qualitates.

25. Quod advenit enti in actu est accidens. Per *ens in actu* intelligitur ens *simpliciter,* seu omnino iam subsistens, el per se non ordinatum ad aliud tamquam pars, aut eius internum complementum Itaque sensus effati est: Quidquid advenit alicui iam existent!, et iam perfecte constituto in *esse personali,* vel *substantiali, accidentaliter* advenit. Quod si illud, quod advenit alicui assumatur ad unum *esse personale,* tunc *substantialiter* ipsi advenire dicitur: ut patet in Christo, in quo unio Verbi cum natura humana non est *accidentalis,* sed *substantialis* 15; siquidem « humana natura sic advenit Personae Divinae, quod non adiaceal extrinsecus, nec dicit modum inhaerendi, sed ipsius hypostasis substantiam ct naturam 46 ».

26. Quod est per aliud, reducitur ad illud, quod EST PER SE, tamquam in prius. Sic motum ab alio reducitur in primum movens seipsum. Item in syllogismis, conclusiones, quae sunt nota ex aliis, reducuntur in prima principia, quae sunt nota per seipsa. « Omne, quod est

t

11 Vid. has voces, litt. F; dist. 19.
Vid. litt. *O;* eff. 9.

43 3, q. LXI1, a. 4 ad 1. · Quomodo virtus spiritualis sit in Sacramentis *non quasi ens fixum,* explicatur *in lib.* /I *Sent.*. Dist. I» q. I, a. 4 *sol. 2 c.*

44 Vid. *Actui repugnat accidere actum* (litt. *A;* eff. 31).

45 Vid. litt. *A:* dist. 17.

46 S. Bonav., *In lib. Ill Sent.,* Dist. IV, a. I, q. 3 *ad arg.*

per aliud, inquit g. Thomas, reducitur ad id, quod est per se, sicut palet de accidente, et substantia 47 ». Et ali. bi: « In omnibus, ea, quae non per se insunt, reducuntur in aliquid, quod per se inest, sicut in primum 48*». Quapropter bonum commune est *principium motivum voluntariorum,* quippe quod voluntas in illud *naturaliter,* ac proinde *per se* tendit t0.

Ex hoc effato autem haud inferri potest, mala, quae sunt in mundo, ad aliquid, quod est per essentiam suant malum, reduci. Nam « nullum ens dicitur malum per participationem, sed per privationem participationis; unde non oportet fieri reductionem ad aliquid, quod sit per essentiam malum 50 ».

27. Quod est per essentiam, est causa eius, qlod **ESI PER** participationem 51.

28. Quod est prius composito, non existit per existentiam compositi. Hoc effatum haud intelligendum est de eo, quod est prius instar inchoationis entis. Nam materia prima, cum sit aliquid incompletum, et versatile, nullam sibi propriam existentiam habet, sed solum existit per existentiam totius compositi, quam recipit per formam; sicut corpus vivit per totius animalis vitam, quam recipit per animam 52. Idem dicatur de formis, quae a materia pendent, siquidem *esse* non proprie ipsis, sed potius per ipsas composito substantiali convenit. « Formae, inquit s. Thomas, secundum esse a materia dependentes, non ipsae proprie habent esse, sed composita per ipsas 53 ». Itaque prolatum theorema accipiendum est de eo, quod instar entis completi est prius composito, seu quod non ita ad compositum constituendum concurrit, ut in illo suum esse adipiscatur. Existent!a enim est actus entis com-

47 *In lib. /r Sent.,* Dist. VIII. q. I, a. 1 *sol.* 1 c.
43 P 2-, q. X, a. 1 c.
4'» *Ibid.*
50 I, q. XLIX, a. 3 ad 4. - Vid. litt. *M:* eff. 1.
11 Vid. lilt. *E:* dist. 6; litt. *O:* eff. 10.
52 Vid. lilt. *F:* dist. 9.
53 Contr. Gent., lib. II, c. 51.

pleli; quocirca illi, quod in ratione entis iam est completum, convenit existentia sibi propria. Hinc anima hominis non existit per existentiam totius compositi: sed hahet *esse in se* sibi proprium, quod communicat corpori; ipsa enim etsi habeat naturalem ordinem ad hoc, ut suum esse corpori communicet, atque cum eo unum *esse* hominis constituat, tamen non est aliquid incompletum in ratione entis, quia a corpore non pendet, ut sit et operetur 5*.

29. Quod est ratio alterius, se habet ad illud, sicut formale ad materiale. E. g.: finis est ratio volendi id, quod est ad finem; et ideo refertur istud ad finem, tamquam *materialiter*. Item, principia ad conclusionem comparantur, sicut *formale* ad *materiale*. Ex quo effato s. Thomas id colligit: « Quia ergo actus voluntatis est ratio, quare actus exterior sit culpabilis, quantum ad hoc, quod est esse peccatum culpabile, actus voluntatis se habet ut formale ad actum exteriorem, et actus exterior se habet non accidentaliter, sed materialiter ad tale peccatum 55 ».

30. Quod existit per aliud est accidens. Circa hoc effatum advertendum est, illud, quod existit per aliud, tamquam per *subiectum inhaesionis,* esse *accidens;* sed non illud, quod quocumque modo existit per aliud, puta per opificem, conservatorem, patrem etc. Hinc substantiae incompletae non sunt accidentia, siquidem non existunt per aliud, ita ut alteri, tamquam subiecto, inhaereant, sed ita ut in loto substantiali carum existentia perficiatur.

31. Quod inest alicui per se, non potest separari ab eo. Ratio est, quia « quaecumque per se insunt rei. vel eunt de essentia cius, vel consequuntur essentialia principia 56 ». E contrario, quod convenit alicui per aliud. « potest separari ab eo, separato eo, secundum quod ei conveniebat. Rotunditas enim a circulo separari non potest, quia convenit ei secundum seipsum: sed aeneus circulus potest amittere rotunditatem per hoc, quod circularis ti-

Vid. litt. F: dist. 13.
55 *Qq· dispp., Dc Molo,* q. II, a. 2 ad 5.
50 *Qq. dispp., De Pot.,* q. X, a· 4 c-

gura separatur ab acre 67 ». Quod effatum sanctus Doctor adhibet, ut substantias immateriales esse incorruptibiles arguat: nam « esse per se consequitur ad formam (hoc est, *forma per se ipsam,* seu *sine aliquo superaddito est determinata ad suscipiendum esse).* Substantiae igitur, quae non sunt ipsae formae, possunt privari esse, secundum quod amittunt formam; sicut aes privatur rotunditate, secundiuu quod desinit esse circulare; substantiae vero, quae sunt ipsae formae, numquam possunt privari esse; sicut si aliqua substantia esset circulus, numquam posset fieri non rotunda: ostensum est autem quod substantiae intellectuales sunt ipsae formae subsistentes: impossibile est igitur quod ipsae desinant: sunt igitur incorruptibiles 58 ».

32. Quod natura dedit, tollere nemo iotest. Nempe illud, quod naturaliter nobis inest, non est in potestate nostra, nec nostro subiacet imperio. Natura enim rei est primum in unoquoque 59, ideoque naturalia omne praevertunt dominium. Hinc, cum appetitus ultimi finis nobis naturaliter insit °°, sequitur ut ipse non *sit de his quorum domini sumus 61.*

33. Quod est proprium superioris naturae, non potest **CONSEQUI NATURA INFERIOR, NISI PER ACTIONEM SUPERIORIS NATURAE, CUIUS EST PROPRIUM.** « **Sicut** luna, quae CX se non lucet, fit lucida virtute et actione solis; et aqua, quae per se non calet, fit calida virtute et actione ignis 02 ».

Ex quo effato sanctus Doctor colligit, quod cum videre Deum per ipsam Divinam Essentiam sit proprium naturae Divinae, quia idem est ac operari secundum propriam formam, scu per Divinam Essentiam, tamquam per formam, seu speciem intclligibilcm, « nulla intellectualis substantia potest videre Deum per ipsam Divinam Essentiam, nisi Deo hoc faciente cs ».

57 I. q. L, a. 5 c.
58 Contr. Gent., lib. II, c. 55, n. 2.
59 I, q. LXXXII, a. 1 c.
oo *Ibid.*
61 Ibid, ad *3.*
92 Contr. Gent., lib. III, c. 117, η 2
«3 *Ibid.,* c. 52, η. 1.

34, Quod naturaliter inest, veriori modo inest quam quod ACCIDENTALITER. « Ista comparatio veritatem habet, quando illud, quod inest accidentaliter, non praesupponit illud, quod inest naturaliter; cum autem praesupponit, non habet veritatem: sicut enim melius est bene vivere quam vivere, et bene vivere praesupponit vivere; sic melior est voluntas, quae recte movetur et naturaliter et deliberative, quam naturaliter tantum r,' ».

35. Quod non est de se tale, debet fieri tale per aliud. E. g.: illud, quod ex se non valet producere aliquem effectum, numquam illum producet, nisi ab alio recipiat virtutem. Potest etiam hoc effatum redigi ad illud: 5i7u7 *potest reduci de potentia in actum, nisi per aliquod ens actu 65.*

36. Quod participatur ab aliquo, potest de illo praedicari. Adnotandum est aliquid dupliciter ab alio participari posse: primo, sicut ratio communis et superior, quomodo animal participatur ab homine, vel ratio entis ab accidente: secundo, ut existens extra eius essentiam, sicut ignis a ferro candenti participatur, et lux solis ab aere. Iam quod primo modo ab alio participatur, potest de illo praedicari, sicut animal praedicatur de homine, et ens de accidente; secus vero illud, quod secundo lautum modo participatur, ignis enim non praedicatur de ferro candenti. nec lux corporis illuminati dici potest esse ipsum corpus illuminans.

37. Quod transit de potentia ad actum, mutatur. Hoc effatum verum est, cum actus est in ipsa re, quae erat in potentia, eique, ut subiecto, inhaeret: quapropter effatum verum maxime est de *potentia passiva.* E. g.: mutatur paries, qui ex albo *potentia,* fit albus *actu;* itemque mutatur homo, qui ex indocto fit doctus etc. At falsum est effatum, si actus sit externus ipsi rei, quae de potentia transit in actum, atque ipsam *extrinsece* denominet; aut

61 S. Bonav., *In lib. 11 Sent.,* Dist. XXXIX, dub. 3.
'' Vid. litt. *N: eff.* 33.

alias non insit, vel recipiatur in ea, tamquam in subiccto, vel potentia passiva. Id enim, quod hoc modo transit in actum, non est necesse mutari. E. g.: id, quod antea non videbatur, nunc autem videtur, hoc ipso nullam subit mutationem, quia aliquid videri est denominatio *extrinseca.*

38. Quod uni est accidens, alteri non est substantia c6.

39, Quo MAIOR EST VIRTUS PRODUCENDI, EO MAIOREM EFFECTUM producit. Dummodo nempe effectus maior intra possibilia includatur. Hinc ex eo quod potentia Dei est infinita, argui nequit, ut effectum infinitum producat; quia effectus infinitus contradictionem involvit. Equidem ad entis creati rationem spectat ut sit participatum, ac proinde finitum Caeterum, licet omnis effectus a Deo creatus *in re* sit finitus, tamen, quoad modum, « quo fit, est infinitus. Nam etiam minimam muscam creare ex nihilo arguit virtutem infinitam 6a ».

co Vid. litt- *A:* eff. 19.
67 I, ‹l- VII» a. 2 c.
68 Cf. litt- *A:* eff. 22.

1, Radix - Initium. *Initium* dicitur illud, a quo aliquid exordium sumit. « Initium, ait s. Bonaventura, proprie dicit id, a quo inchoat motus ». *Radix* autem dicitur illud, in quo aliquid fundamentum habet: « Hoc sensu *superbia dicitur initium, omnium peccatorum, prout initium peccati dicit recessum liberi arbitrii a lege maiestatis; radix vero* est *pronitas libidinis, quae concurrit ad omne peccatum* 1 ».

2, Rarum - DENSUM. « Densum et rarum in hoc differunt, quod in raro est parum de materia sub magnis dimensionibus; et in denso multum sub parvis 2 ». Iam, « sicut diversitatem speciei in animalibus indicamus ex diversitate figurarum, ita etiam diversam speciem in elementis cognoscimus ex diversitate rari, et densi ». E. g.: « si fiat tanta alteratio, vel permixtio aquae, quod recedatur a termino raritatis et densitatis aquae, signum est. quod sil species aquae transmutata 3 ».

3, Ratio: formalis - obif.ctiva. Γ: *Ratio formalis* rei consistit in ipsius definitione, seu in attributis essentialibus, prout haec a nobis concipiuntur, nempe prout a *parMularibus conditionibus abstrahuntur Ratio obiectiva* in

1 S. Bonav., *In lib. II Sent.*, Dist. XLII, dub. 4.
2 *In lib. II Sent.*, Disl. XXX, q. II, a. 1 *sol.*
3 *In lib. IV Sent.*, Dist. Ill, q. I, a· 3, *sol. 2* c.
4 I, q. XLIV, a. 3 ad 3.

illis ipsis attributis, prout sunt in re. E. g.: « Logicus et mathematicus considerant tantum res secundum principia formalia... Naturalis autem applicat ad determinatam materiam [5] ». Vulgo autem Scholastici *rationis obiectivae* nomine indicabant illud *esse,* quod res habet per modum obiecti cogniti [6]. Aliquando *ratio formalis* denotat id, quod in re est *forma,* vel *formae* vices gerit. E. g.: calor est *ratio formalis* calidi; cognitio est *ratio formalis,* qua potentia fit cognoscens etc.

4. RATIO FORMALIS: SUB QUA - QUAE. *Ratio formalis* hoc sensu idem denotat quod *obiectum formale*. Dicitur vero *ratio formalis sub qua* illa ratio generalis, per quam potentia, vel scientia attingantur [8]. *Ratio formalis quae* est ratio peculiaris, quae in ratione generali continetur. E. g.: color est ratio *formalis sub qua,* color viridis est ratio *formalis quae,* respectu potentiae videndi; vel, si color diri velit *ratio formalis quae,* lumen erit *ratio formalis sub qua.* Solent etiam metaphysici distinguere in habitibus, qui circa cognitionem versantur, *rationem formalem* ex parte rei cognitae a *ratione formali ex* parte cognoscentis. Illa attingitur ab ipso habitu, et est medium, per quod assentiinur veritati, e. g., quantitas discreta in arithmetica; haec non attingitur saltem directe ab illo habitu; e. g., ahstractio a materia sensibili in scientiis mathematicis.

5. RATIO: INFERIOR - SUPERIOR. Ratio dicitur *inferior,* prout res intelligit, et diiudicat secundum principia, quae ex contemplatione rerum existentium sibi ciTormat; dicitur autem *superior,* prout res intelligit et diiudicat secundum principia aeterna et immutabilia, a quibus principia ex ipsis rebus efTormata veritatem suam mutuantur. E. g.: rationis *inferioris* est indicare obediendum esse regi, propterea quod incolumitas societatis id expostulat: *ratio superior* ex eo quod Deus, societatis auctor et custos, hoc iu-

[5] *Qq. dispp.,* De *Pot.,* q. VI. a. 1 ad 11.
[6] Vid. litt. (): dist. 7.
[7] *Ibid.*
[8] 2» 2'·, q. I, a. 3 c.

bet; ad quam secundam rationem prima reducitur, quae a natura societatis petitur, quia natura societatis a Deo constituta est [9]. Quare « superiori rationi attribuitur sapientia; inferiori vero scientia [10] »; siquidem « sapiens dicitur in unoquoque genere, qui considerat causam altissimam illius generis[11][12].

6, Ratio: speculatua - practica [12].

7, Ratione: ratiocinata - ratiocinantis [13][14]

8, Realitas - Res. *Res* distinguitur a *realitate,* quatenus *res* concipitur ut totum aliquid integrum, seu ut habens essentiam aliquam plenam; *realitas* vero est aliquid minus re; idest concipitur non ut tota res, sed ut aliquid rei. Inde dicitur etiam *aliquitas.* Haec deslinctio potissimum viget penes Scotistas. Hi enim docuerunt in qualibet re esse plures formas, vel plures actus eiusdem formae, idest varias *differentias,* per quas natura communis, secundum ipsos propria ct reali existentia gaudens, a generica fit specifica, atque a specifica fit singularis. Inter has formas, vel eiusdem formae entitates, distinctionem *formalem a parte rei,* quam reiecimus, agnoverunt [11]; atque ipsas appellarunt *rcalitates, formalitates,* vel etiam *gradus metaphysicos,* quia per illas natura maxime communis gradatim ad individuam contrahitur. E. g.: in Petro. Scotistarum sententia, plures *realitates* inveniuntur, puta *esse* substantiae, esse viventis, *esse* animalis, *esse* hominis, atque ultima realitas, per quam constituitur *esse* Petri, et haec est *Petreitas.* Communius vero *res* distinguitur a *realitate,* quatenus haec significat illud, quod habet *esse* extra animam; *res* autem latissimo sumitur, nempe « ad utrumque se habet, et ad id, quod est in anima, prout *res* dicitur a *reor, reris;* et ad id,

9 *Qq. dispp., De Fer.,* q. XV. a. 2 c. - De hoc duplici rationis actu disserit s. Augustinus, *De lib. arb.,* lib. 1, c. 11; *De Trin.,* lib. MI, c. 15.

10 I, q. LXXX1X, a. 9. c.

11 1, q. I. a. 6 c. - Vid. discrimen inter *sapientiam* et *scientiam* (litt. S; dist. 1).

12 Vid. *Intellectus·. speculativus - praelieus* (litt. *I:* dist. 20).

13 Vid. *Formaliter - Realiter · Ratione* (litt. *F:* dist. 24)

14 Vid. *ibid.*

quod est extra animam, prout *res* dicitur quasi aliquid ratum et firmum in natura 15*».

9, Realiter - Ratione - Formaliter lg.

10, Reciprocatio: mutuae consecutionis - mutuae PRAEDICATIONIS - MUTUAE RELATIONIS. *Reciprocatio mutuae consecutionis,* seu *conversio,* est affectio propositionum, in quibus subiectum unius fit praedicatum alterius; et contra. - *Reciprocatio mutuae praedicationis, seu convertibilitas,* consistit in eo quod duo de se invicem vere et universaliter praedicantur, ut *homo* el esse *risibile.* - *Reciprocatio* tandem *mutuae relationis,* seu *convertentia,* consistit in eo quod unum ab altero pendet, vel unum potest explicari per alterum.

11, Reductio: ostensiva - ad impossibile 17.18

12, Reductive - Directe 13.

13, Reduplicative - Specificative. Adhibentur hae voces in propositionibus, in quibus subiecto particula *quatenus,* vel aliae huitismodi apponuntur. Iam hae aliquando tantum manifestant quamdam subiecti formam, cui attributum refertur; c. g.: Aethiops, quatenus est homo, est niger; homo, quatenus homo est, videbit Deum. Aliquando vero causam continent, cur subiecto illud praedicatum referatur, seu indicant illam formam esse rationem, oh quam illud praedicatum ad subiectum spectat; e. g.: homo, quatenus homo, est ratione praeditus; homo, quatenus ex contrariis componitur, est corruptibilis; Petrus, quatenus est de tali patre natus, est haeres eius. Priori modo illae particulae *specificative,* altero modo *reduplicative* sumi dicuntur. « Id, inquit s. 'I hornas, quod in aliqua propositione reduplicatur, cum hoc quod dico, *secundum quod,* est illud, per quod praedicatum convenit subiecto 19 ». Et Alb. M.: « Reduplicatio proprietas est a praedicato inchoans, et in subiectum procedens, et in ipso manifestans causam inhacrentiae praedicati 20 ». Ex his patet, quod ista propositio, Aethiops, quatenus est homo, est niger, in *sensu reduplicativo* est falsa, siquidem ratio, oh quam Aethiops est niger, ex eo, quod est homo, haud sumitur, secus quisque homo esset niger; quocirca enuncianda est *in sensu specificatiro,* nempe ita ut significet illum, qui est homo, esse etiam nigrum 21.

14. Reflexe - Directe 22.

15. Regressus - Circulus uniformis 2j.

16. Relativum - Absolutum. Sicut ens a nullo alio dependens dicitur Ens *a se,* ens vero dependens, ens *ab alio,* et sicuti ens nulli inhaerens, dicitur ens *per se,* ens vero alteri inhaerens, ens *in alio;* ita ens quod *ad seipsum* est, seu quod ad aliud ordinem non habet, ita ut concipi queat, quin simul cogitetur aliud, cum quo comparetur, dicitur *absolutum* ; quod vere est *ad aliud,* ita ut apprehendi nequeat, quin simul aliud consideretur, dicitur ens *relatitum* 21. Hinc *relatio* est ordo unius ad alterum. Appellari solet etiam *habitudo, connotatio, respectus, comparatio,* ex eo quod unum cum alio conferatur. Porro in *relatione* haec tria spectanda sunt: 1' *Subiectum,* quod refertur; e. g., pater; 2° *Terminus,* ad quem refertur, seu id quod subiecto ex adverso respondet, quodque dicitur etiam *correlatum;* cuiusmodi est filius; 3° *Fundamentum,* propter quod refertur; puta generatio. Hoc dicitur etiam *ratio fundandi.*

15 *in lib. I Sent.,* Dist. XXV, q. I, a. 4 *sol.*
10 Vid. litt. F: diet. 24.
Vid. *Ostensive Ad impossibile* (litt. *O:* dist. 17).
18 Vid. *Directe - Indirecte* (litt. *D:* dist. 13).
t« *In lib. Ill Sent.*. Dist. X, q. I, a. 1, *sol.* 1 c.

20 *Prior. Anal.,* lib. 1, tract. VII, c. 6. Exemplum *reduplicationis* nobis praebet etiam s. Augustinus iis verbis: « Fac misericordiam iniquo, non tamquam iniquo. Nam ipsum iniquum, in quantum iniquus est, ne suscipias; id est, ne quasi intentione et amore iniquitatis suscipias eum»; *Enarr. in Ps. CII,* n. 13.
21 Vid. lilt. *F:* dist. 22.
22 Vid. lilt. *D:* dist. 14.
23 Vid. *Demonstratio circularis*(lilt. *D:* dist. 6).
24 « Relativum dicimus quod ad alium agnoscendum referimus, ut dum unum nominamus, aliud demonstremus»; s. tulg.. *Contra obiectiones Arianorum,* Resp. 1.

Quia vero relatio est inter subiechiin et terminum, ideo haec dicuntur *extrema relationis.*

17. *Relatio:* ad - in. Si illud, in quo fundatur relatio, consideretur in extremis, prout illis inhaeret, sine ordine, qui inter unum ct alterum exstremum intercedit, tunc relatio *fundamentalis, sive conceptus in,* existit. Nominatur autem relatio *formalis,* sive *conceptus ad,* si illud *ipsum, ex quo relatio resultat,* spectetur, prout ordinem statuit inter utrumque extremum. Inde exurgit distinctio inter *dicere ad,* et *dicere in,* de qua alibi diximus [25]. E. g.: albitudo, vi cuius duo corpora alba sibi invicem referuntur, atque similia appellantur, *dicit in,* si spectetur, quatenus inhaeret extremis: *dicit* vero *ad,* quatenus albitudo unius cum albitudine alterius comparatur.

18, Relatio: proprie realis - rationis - mixta. *Relatio* proprie *realis* ea est cuius ambo termini non solum sunt reales, seu res in natura existentes, sed etiam aliquid in se habent, per quod ad se invicem referuntur. Huiusmodi, e. g., est relatio inter causam *et* effectum, vel inter duos parietes albos, ob similitudinem albitudinis. Quocirca ut relatio proprie *realis* constituatur, hae conditiones assignantur: 1° Ut ipsius extrema sint realia; cum enim relatio tota consistat in online subiecti ad terminum, ut talis ordo exurgat, oportet realia esse extrema. 2° Ut inter subiectum. ct terminum realis intercedat distinctio, alioquin ordo reaJis nec etiam haberetur, siquidem idem ad scipsum realem ordinem non potest habere. 3° Denique, ut rcale sit fundamentum in utroque extremo; si enim huiusmodi fundamentum in utroque, vel in uno ab intellectu penderet, relatio, ut mox dicemus, vel *rationis,* vel *mixta* esset. - Relatio *rationis, seu logica* est, qua aliquid ad aliud refertur *non secundum rationem existendi, sed* tantum secundum *rationem intelligendi* "°, seu consistit « tantum in apprhensionc rationis conferentis unum alteri »; nempe in ordine, quem intellectus inter conceptus rerum ponit: e. g.:

[25] Litt, *D:* dist. 9.
[26] S. Bonav., *In lib. I Sent.,* Disi. XXVIII, dub 3
S. Thom., I, q. XXVIII, a. 1 c.

cum notionem *hominis,* prout haec speciem repraesentat, referimus ad genus *animal,* vel « tum dicimus, idem eidem idem: nam, secundum quod ratio apprehendit bis aliquod unum, statuit illud, ut duo; et sic apprehendit quamdam habitudinem ipsius ad seipsum [28] ». - Denique relatio *mixta* est ea, in qua ordo unius ad aliud in uno extremorum naturaliter invenitur, in alio ab intellectu ponitur. Quare haec relatio a nonnullis dicitur *logica,* quia in alterutro termino ordo ad alium est logicus; ab aliis *realis* <pua unus terminus in ea ordinem ad alium re ipsa habet, Itaque relatio *mixta* existit, cum « duo extrema non sunt unius ordinis, sicut sensus, et scientia referuntur ad sensibile et scibile; quae quidem, in quantum sunt res quaedam. in esse naturali existentes, sunt extra ordinem esse sensibilis, et intelligibilis. Ed ideo in scientia quidem, et sensu est relatio realis, secundum quod ordinantur ad sciendum, vel sentiendum res; sed res ipsae in se consideratae sunt extra ordinem huiusmodi. Unde in eis non est aliqua relatio rcaliler ad scientiam et sensum, sed secundum rationem tantum, in quantum intellectus apprehendit ea, ut terminos relationum scientiae, ct sensus. Unde Philosophus dicit in 5 Metaph. quod non dicuntur relative eo, quod ipsa referuntur ad alia, sed quia alia referuntur ad ipsa [29] ». Huius tertii generis est relatio inter Deum et creaturas. Nam « cum creatura procedat a Deo in diversitate naturae, Deus est extra ordinem totius creaturae, nec e?;eius natura est eius habitudo ad creaturas; non enim producit creaturas ex necessitate suae naturae... Et ideo in Deo non est realis relatio ad creaturas, sed in creaturis est realis relatio ad Deum; quia creaturae continentur sub ordine <lh ino, et in earum natura est, quod dependeant a Deo[30]».ŧ9

19. Relatio: mutua - non mutua. *Relatio mutua* est ipsa relatio *stricte realis,* in qua ordo, ex quo relatio exurgit, in utroque extremo repetitur. Rursus relationi *mu-*

[28] I, φ XIII, a· 7 c.
[29] *Ibiti.*
[30] I, q. XXVIII. a. 4 ad 3.

tuae duae subiiciuntur **species; nempe relatio** *aequiparantiae,* et *disqniparantiae.* Relatio *aequiparantiae,* vel eiusdem *appellationis* audit illa, in cuius utroque extremo respectus est eiusdem rationis, atque eodem nomine exprimitur. E. g., inter duo alba relatio est *aequiparantia?,* quia in utroque extremo eiusdem est rationis, et eodem nomine nuncupatur. *Disqniparantiae,* vel diversae appellationis est, cum respectus, in utroque extremo existens, non est eiusdem rationis, nec eodem modo exprimitur. Ita relatio patris ad filium est *disqniparantiae,* quia non est eiusdem rationis in utroque extremo, et diverso nomine significatur; altera enim dicitur *paternitas,* altera *filiatio* 31. ❙ Relatio autem *non mutua* est eadem ac relatio *mixta,* seu existit, cum ordo, quo unum ad aliud refertur, uni tantum extremo inest. Talis est, uti diximus, relatio inter Deum et creaturas; inter scientiam et obiectum eius, etc.: siquidem creatura ordinatur ad Deum, non vero Deus ad creaturam32; item, scientia ordinem involvit ad suum obiectum, non vero hoc ad illam.

20. Relatio: transcendentalis - praedicamentaus. *Transcendentalis,* vel *secundum dici* existit in iis, quae ex sua principali significatione denotant reni absolutam: ex minus vero principali et secundaria significatione indicant relationem; cuiusmodi est relatio inter virtutem et vitium, inter entitatem partis, atque totius etc. - *Praedicamentalis,* vel *secundum esse,* locum habet in iis, quorum tota esscn-

31 De his relationibus loquitur s. Augustinus, *Epist.* CLXX, n. 6. S. Thomas autem, postquam monuit *non posse esse eantdem numero* relationem *in utroque extremorum, quia unum accidens non est in duobus subiectis,* subdit circa relationes *aequiparantiae* ct *disqniparantiae:* « Dicendum, quod in utroque extremorum est una relatio differens ab alia in quibusdam secundum speciem, sicut in illis, quae diversis nominibus utrinque nominantur, ut paternitas et filiatio. Sed in quibusdam non differunt specie, sed numero tantum, sicut quando utrinque est unum nomen, ut in similitudine ct aequalitate; et tunc relatio, quae est in uno, sicut in subiecto, est in altero, sicut in termino, et e converso »; *In lib. l Sent.,* Dist. XXVII, q. I, a. l ad 2.

« Deus nullam habet in nos naturalem habitudinem, seu relationem »; Clem. Alex., *Strom.,* lib. II, η. 16.

lia consistit in puro respectu ct ordine ad aliud, ita ut principali significatione nihil aliud innuant, quam relationem. Uniusmodi est relatio inter patrem et filium, inter dominum et servum 33* etc. *Relatio transcendentalis* ita dicitur, quia vagatur per omnia praedicamenta; nam et quaelibet substantia, et quod libet accidens potest aliquo modo referri ad aliud. *Pmedicamentalis* autem constituit unam ex decem categoriis s4. Unde appellatur etiam *categorica.*

Ex variis relationum distinctionibus, quas recensuimus, deducitur nomen *relationis,* et *relatorum* sumi tribus fere modis, nempe *latissime* pro quavis relatione, sive *reali,* sive *rationis; late* pro sola *reali,* sive *categorica* illa sit, sive *transcendentalis; proprie et stricte* pro sola *categorica.* Haec quippe, ut ex iam dictis colligitur, definitur: *Accidens reale, cuius totum esse est ad aliud se habere.* Dicitur *accidens,* tum ut distinguatur categoria relationis a categoria *substantiae,* siquidem relatio, cum substantiae addi, ab eaque pendere intelligatur, veluti accidens ipsius intelligitur, quod in ea aliquem ordinem ad aliud ponit 35 : tum ut excludantur ab hoc praedicamento Divinae relationes, quae sunt *substantiales,* siquidem, cum *esse* relationis personalis in Deo ab essentia non distinguatur, relatio personalis in Deo, aliter ac in rebus creatis evenit, non habet se ut accidens ad subiectum, sed sicut idem ad idem, sive, ut s. Thomas ait, *per modum identitatis* 36. Additur *reale.* ut excludantur relationes *rationis,* siquidem solum ens reale ponitur in *praedicamento.* Alia verba distinguunt relationes *categoricas a transcendentalibus,* quarum esse totum non est ad aliud sese habere, tamquam ad purum terminum: nam huiusmodi relata principaliter sunt quid absolutum; seu natura sua absolute subiectis suis insunt, et non nisi consequenter subiecta sua ad aliud referunt.

« I, q. XIII, a. 7 c.

34 Vid. litt. *P:* dist. 34.

35 « Nihil eorum, quae ad aliquid et intelliguntur et dicuntur, -ubftanliam exprimit, atque demonstrat »; s. Creg. Nyss., *De iis qui praemature abripiuntur.*

3B *Contr. Gent.,* lib. IV, c. 14. - Cf. litt. *D:* dist. 9.

21. Relative - Contradictorie etc.37.

22. Relativum: intrinsece - extrinsece. *Relativum intrinsece,* vel *subiectiue* est id, quod in sc habet relationem. *Relativum* vero *extrinsece* est id, quod terminum constituit relationis in alio existentis; ideoque dicitur etiam *terminative relativum 38.* Potest haec distinctio sequenti exemplo illustrari. Dupliciter aliquis potest dici inimicus; *subiective* ct *intrinsece,* quia odio aliquem prosequitur; *ferminative* et *extrinsece,* quia eum alii odio prosequuntur, sicut Christus dicebatur Tudaeorum inimicus, non quia eos odio habebat, sed quia ab eis odio habebatur. Ex his patet in relationibus *non mutuis* terminum esse tantum *extrinsece* relativum. In relativo *extrinseco* relatio dici solet *assistens 39.*

23. Relativum spectatum: materialiter - formaliter. *Relutiva* dicuntur spectari *materialiter,* si considerentur quoad *esse,* quo simpliciter sunt quaedam res: /or *maliter,* si quoad esse, quo sunt res relatae. Et sane, cum relatio sit accidens, per quod res, cui inhaeret, ad alteram rem refertur, profecto aliud in re relata est *esse,* quo ipsa simpliciter est, aliud vero *esse,* quo ad alteram rem referlur. Iam *esse,* quo terminus relatus simpliciter est, mate*riam* relationis, et *esse,* quo ad aliud refertur, *formam* eius constituit, quia aliqua res est terminus relatus non propter *esse,* quo simpliciter est, sed propter *esse,* quo ad aliam rem refertur. Ita si Petrum, qui est Pauli pater, spectes non prout est pater Pauli, sed prout hic homo est, patrem Pauli *materialiter* spectas; sin Petrum consideres non prout hic homo est, sed prout genuit Paulum, patrem Pauli *formaliter* consideras, quia Petrum secundum relationis formam, quam ex generatione habet, nempe *paternitatem,* consideras.

24. Remitti - Intendi. Aliquid *intendi,* vel *remitti* nil aliud est, quam gradibus suis augeri, vel imminui. Quae

37 Vid. litt. *C:* dist. 26.
38 In lib. Γ Afet., leti. XVIII.
30 I, q. XXVIII, a. 2 c.

verba a cytharacdis translata sunt, qui nervos in fidibus, ut intensiorem, aut remissiorem sonum edant, intendere solent, aut relaxare. Inde solent Logici dicere intendi, aut remitti ea, quae magis, aut minus afficiunt subtectum : ut qui calidus est, potest esse calidior, aut minus calidus: et qui docti sunt, potest eorum unus alio doctior esse, aut minus doctus. Circa quas voces haec adnotanda sunt: 1° augmentum in qualitatibus et formis non fit per *additionem,* sed per *intensionem* ; item diminutio non per *subtractionem* sed per *remissionem 10.* 2* « Intensio, secundum quam aliquid dicitur magis ct minus, non solum causatur per recessum a contrario, sed etiam per accessum ad terminum, sicut patet in intensione lucis corporalis 11 ». Ob hanc ratio nem « lumen spirituale intenditur in uno Beatorum magis, quam in alio, per maiorem assimilationem ad Deum, quamvis in nullo inveniatur aliquid contrarium illi lumini 2 ».

25. Repletive - Definitive - Circumscriptive 53.

26. Resistentia, passiva - activa. *Resistentia pas siva* est cum subieclum per aliquam sui formam, vel dispositionem impedit quominus virtus alicuius agentis aliquem effectum in ipsum inducat. Hac ratione ingens lapis ratione gravitatis resistit motui sursum. Quocirca, nisi maior sit virtus agentis, quam resistentia subiecti. in quod agit, effectus ab illo in istud numquam induci potest - *Rest stentia activa* consistit in actione, quam unum contrarium actionem alterius expellit, sicut frigus resistit calori et vicissim. De hac resistentia activa ct passiva ita loquitur s. Thomas: « In aliqua actione potest esse resistentia dupliciter: uno modo ex parte agentis, quando scilicet ex con-

40 In lib. II Sent.. Dist. XXXIV, q. I, a. 5 sol. - Cf. litt. W: eff. 2.
41 In lib. IV Sent., Dist. XLIX, q. II, a. 4 ad 3.
42 Ibid.
43 Vid. litt. *C:* dist. 11.
44 Vid. *Actiones fiunt a superante* (lilt. *A :* eff. 29). Resistentiam *passivam* explicat s. Augustinus his verbis: « Ignis spinas consumit, ct cuicuniquc viridi ligno adhibetur, difficile accenditur, humor enim ligni resistit flammae lentae et marcidae, tamen idoneae ad consumendas spinas »; *Enarr. in Ps. XI-,* n. 12.

trario agente virtus ipsius debilitatur: *alio modo ex parte ipsius* effectus, quando ex contraria dispositione impeditur effectus 15 ». Insuper docet nullam *resistentiam* activam iu actionibus *Divinis* occurrere *posse; nam haec* resistentia in mutuo agentibus et patientibus locum habet; Deus autem « est agens nullo modo patiens; et ideo resistentia in actione Eius non est, *nisi ex parte* effectus recipientis i6.

27. *Respective - Absolute 47.*

28. *Res - Ens 48.*

Effata.

1, Rationes contrariorum in intellectu non sunt contrariae. Nimirum *contraria iuxta se posita magia elucescunt* et *contrariorum eadem est scientia* 2. Dicitur autem *in intellectu,* ut significetur rationes contrariorum *subjective,* prout in intellectu recipiuntur, non esse contra rias, nam ipsae ab intellectu secundum modum sui *esse re*cipiuntur, ac proinde in eo, quod aliquid intelligibile et spirituale sunt, conveniunt. Quare non possunt esse contrariae, nisi *obiective,* quatenus, cum contrariae sint res, a quibus proficiscuntur, ipsae relatae ad res sunt contrariae. Iam haec *contrarietas* non accidit, nisi ratione veri aut falsi: veritas autem ct falsitas non inveniuntur in anima ex parte subiecti. sed ex parte obiecti, secundum illud: *Ab eo quod res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa 3.*

45 *In lib. /F Sent.,* Dist. XI, q. I, a. 3, *sol.* 3 ad 2.
^lst· ‹|· I, a. 5, *sol. l ad 2.*
' Vid. *Absolute · Comparative* (litt. *A:* dist. 3)
48 Vid. litt. *E:* dist. 3.

l Vid. litt. *C:* eff. 17.
2 Vid. lilt. *C:* eff. 26.
Vid. s. Thom., I. q. LXXV, a. 6 c.

2. Receptum est in recipiente per modum recipientis 4.

3, Recipiens debet esse denudatum a natura recepti. Nempe, si kde est subiectum, ut quamlibet forma; recipere possit, oportet ut nullam ex iis habeat sibi propriam; quare materia prima dicitur omnino *informis,* quia est in potentia ad omnes formas 5. Sin subiectum est tale, ut banc, vel illam formam tantum recipere possit, illa solum forma *denudatum* esse debet, quam recipere potest. Hinc s. Thomas: « Illud, quod est receptivum aliquorum, non oportet quod sit privatum qualibet natura determinata, sed quod sit denudatum a natura receptorum, sicut pupilla a natura colorum: et ideo intellectum possibilem necesse est habere naturam determinatam; sed ante intelligere, quod est per receptionem speciei, non habet in natura sua aliquid eorum, quae a sensibilibus recepit, et hoc est, quod dicitur, quod nihil est eorum, quae sunt 6 ».

4, Relata dicuntur ad convertentiam 7. Quid sit *convertentia* alibi explicavimus s. Itaque sensus huius effati non est ut relata de se mutuo praedicentur, ita ut quod est *relatum* sit etiam *correlatum,* qua ratione species, et proprium *reciprocari,* seu *converti* dicuntur; sed tantum ut cq modo, quo *correlatum* dicitur de suo *relato,* ita *relatum* dicatur de suo *correlato.* E. g., dicitur dominus est seni dominus, ct servus est domini servus: Pater est filii pater, et filius est filius patris etc. Haec autem reciprocatio fieri potest vel per casum genitivum, ut in allatis exemplis, vel per quemvis alium casum, uti sensus est rei sensilis sensus, sed res sensilis est sensu sensilis. Patet autem effatum intelligendum esse: 1° de relatis *formaliter* consideratis; 2° dummodo ad apta ct accommodata correlata re-

‘ Vid. lilt. *Q:* eff. 24.
3 Vid. lilt. *F:* dist. 9; et litt. 5f: dist. 4.
6 *In lib. Il Sent.,* Dist. XV II, q. Π, a. l ad 4. Cf. etiam *Qq dispp.. De Ver.,* q. XXII, a. l ad 8; *ibid.,* q. un. *De An.,* a. 8 c. · Vid. litt. *1:* off. 17.
7 Hoc effatum protulit etiam s. Augustinus, *De Trin.,* lib. VII. c. I, n. 2.
8 Hic: dist. 10.

ferantur, nisi enim id liat, converti non poterunt, ut ei ca* put ad animal referatur, non cum cq convertetur; nani licet omne caput sit alicuius animalis, tamen non omne animal caput habet, ut videre licet in vermibus, ostreis, echinis, et aliis nonnullis. Denique illud monendum est cum s. Thoma, quod « quamvis relativa consequntur se in esse, non tamen consequuntur se in aliis praedicamentis; non enim sequitur, si pater est musicus, quod filius est musicus 9 ».

5. Relata non habent contrarium. Nempe si relata spectentur secundum illud accidens, quod est eorum fundamentum, tunc possunt habere contrarium, vel non, prout illud capax sit contrarii, vel non. E. g., relativa, quae fundantur in qualitate, habent contrarium, puta virtus contraria est vitio; secus vero ea, quae innituntur in quantitate. Quod si relata considerentur, prout ad aliquid referuntur, non habent quidem contrarietatem proprie acceptam, puta. scientia non est contraria scibili, sed tantum oppositionem relativam cum eo habet. Porro haec oppositio est minima omnium oppositionum 10;* ideoque efficit ut relata non se mutuo destruant, sicut contraria, sed tantum ut sibi e regione respondeant. Inde evenit ut huiusmodi oppositio etiam *in Divinis* haberi possit, quia ex ea non aliqua enascitur privatio, sed sola realis distinctio, quae insuper non respicienda est *secundum rem absolutam,* nempe *essentiam, in qua est summa unitas, et simplicitas, sed secundum rem relativam* H. Sic Pater ct Filius distinguuntur in Divinis per oppositionem relativam 12 ».

6. Relata non suscipiunt macis et minus. « Relationes, ait s. Thomas, non recipiunt magis, et minus 13 ». Subauditur *per se.* Non enim relatio crescit aut decrescit ratione sui. E. g.: unum duplum non est altero magis duplum, nam res longa duobus palmis tam est dupla in pal-

9 *In lib. I Sent.,* Dist. XXI, q. I, a. 2 *sol.*
10 Vid. Jitt. *C:* eff. 23.
i' I, q. XXVIII, a. 3 c.
12 Vid. luram cit.
13 1' 2'", q. LXXXII, a. 4 c.

mo, quam res longa duabus ulnis est dupla in ulna. Vt possunt suscipere magis ct minus, seu possunt intendi aut remitti ratione fundamenti, nempe propter aliquam fundamenti mutationem. E. g.: in calido, ut quatuor, est maior similitudo cum calido, ut tria, quam cum calido, ut sex, non quia ipsa relatio similitudinis, *per se,* quatenus relatio est, suscipiat intensionem, vel remissionem, sed quod hanc denominationem sortiatur ex fundamento, scilicet ex calore. Item, cum paries minus albus dealbatur, fit similior alteri maxime albo, ratione ipsius albitudinis, quae augetur.

7. Relata sunt simul natura. Relata sunt simul *natura,* quatenus simul affirmari debent aut poni, simulqnc negari aut tolli, ut, si alterum dicas, necessario alterum admittendum sit, et si neges alterum esse, necessario quoque debeas alterum negare. Ut si dixeris patrem esse, necessario consequetur etiam esse filium, ct si dominum, necessario esse servum. Quod si dicas servum non esse, etiam non erit dominus 14. Haec autem connexio in eis existit ex co quod sicut unum relatum est causa relativi *esse* alterius, ita hoc illius; e. g.: non minus causa est Orestes, cur Agamemnon appelletur pater, quam Agamemnon causa, cur Orestes vocetur filius; si enim nunquam habuisset liberos, nunquam meruisset nomen patris. Quare « quod relativa posita se ponant, non habent ab eo quod sunt opposita, sed habent ab eo, quod a se invicem dependent secundum intellectum; quia sic utrumque est finis et terminus alterius, et sic unum non potest poni sine reliquo: quia quod ponitur esse finitum per intellectum alterius, non ponit esse finitum ante intellectum illius, nec habet esse sine illo 15 ».

Porro hoc effatum aecipiedum est de relatis *formaliter* sumptis, quatenus relata sunt, sive quoad additam relationem. Sic enim, uno posito, ponitur alterum, et, uno sublato, aufertur alterum; nam pater non est prius pater, quam habeat filium, neque filius est prius filius, quam habeat patrem. Revera si relatum, prout relatum est, sine eorrela-

Nominum, quae ad aliquid sunt, alterum quodammodo in altero case suum habet, et, sublato uno, alterum etiam interit »; s. Cyrill. Alex., *Thesaur.,* Assertio XI.
13 Alb. M., *De Praedicam,* tract. A II, c. 3.

to esse posset, turn non haberet *esse ad aliud;* ac proinde desineret esse relatum. Non item accipi potest de relatif *materialiter* suintis, quatenus sunt quaedam entia absoluta: sic enim pater prius habet esse hominis, quam filius. Insuper intelligendum est de relativis mutuis. Nam in relativis non mutuis, sublato termino, in quo fundamentum est logicum, tollitur quidem terminus, in quo fundamentum est reale; ast, illo posito, necesse non est, ut iste simul ponatur; e. g.: sublato scibili, scientia tollitur, quia scientiam sine re, quae scitur, esse repugnat; at, posito scibili, necesse non est poni scientiam, quia aliquid posset sciri, quin sit quispiam, qui illud sciat. Item, sublato sensili, haud possibile est ullum sensum esse, quia sensus alicuius rei, nempe sensatio, sine re, quae sentitur, est notio, quae seipsam destruit; at non repugnat esse corpora, quin sit ullum animal, quod ea sentit; ita ut, posito sensili, necesse non sil ut sensus ponantur. Quocirca relativa *non mutua* non sunt *simul natura.* Hinc s. Thomas: « Dicendum, quod illa relativa sunt simul natura, quae pari ratione mutuo referuntur, sicut pater ad filium, dominus ad servum, duplum ad dimidium. Illa vero relativa, in quibus non est eadem ratio referendi ex utraque parte, non sunt simul natura, sed alterum est prius naturaliter; sicut etiam Philosophus dicit ile sensu ct sensibili, scientia et scibili 16 ». Nisi quod cum in relatione non mutua terminus logicus tamquam actu relatione habens ad terminum realem sumitur, tunc ambo sunt *simul natura,* siquidem « relatio secundum actum exigit duo extrema in actu exislcre 17 ». E. g.: « scibile, secundum modum suae significationis, praeexistit scientiae. Sed, si accipiatur scibile, secundum actum, tunc est simul cum scientia secundum actum; nam scitum non est aliquid, nisi sit cius scientia 18 ».

Qq. dispp., De Pot., q. V II, a. 8 ad 1. Unde concludit: «Et 'ic. patet, quod non oportet quod Deus et creatura sint simul natura, cum non sit eadem ratio referendi ex utraque parte ».

17 *In lib.I Sent.,* Dist. XXX, q. 1, a. 1 *sol.*

I, q. XIII, a. . ad 6. Quocirca Deus «non potest referri ad creaturas ut actuale principium creaturae, nisi creatura existente in actu »; *In lib. I Sent.,* loc. cit.

8. Relata sunt simul cognitione 19. Hinc qui novit unum relatorum, novit ct alterum. Quod effatum eaindem, quam praecedens, explicationem admittit. Quare: 1" intclligendum est, de relatis non *materialiter,* sed *formaliter* consideratis. 2° Cum relatio in utroque extremo est realis, conceptus unius extremi conceptum alterius eecum involvit, etvicissim; e. g.: conceptus effectus conceptum causae, et conceptus causae, prout causa est, conceptum effectus in Ise includit; namque tum relatio causae ad effectum, tum huius ad illam est *realis.* At, si relatio in uno extremorum sit *realis,* in altero sit tantum *rationis,* tunc per conceptum illius extremi, in quo relatio est *realis,* ad conceptum alterius extremi, in quo relatio est *rationis,* mens nostra assurgit, sed non vicissim. E. g.: conceptus entis contingentis ad mentem nostram revocat conceptum Entis necessarii; at huius conceptus ad contingentis conceptiun nos necessario non perducit; nam relatio Entis necessarii ad contingens est realis in isto, non vero in illo, cum Ens necessarium sine contingente existcrc possit, atque per huius existentiam, praeter quamdam denominationem, nihil novi acquirat.

Secundum hanc explicationem, istud effatum, monente f. fhoma, critérium logicum nobis suppedidat, ex *quo* facile cognosci possit, utrum duo termini relationis sint *simul naturo,* necne: « Si enim unum (relativorum) in suo intellectu claudat aliud, et e converso, tunc simul sunt natura, sicut duplum et dimidium, et pater et filius, et similia. Si autem unum in sui intellectu claudat aliud, et non c converso, tunc non sunt simul natura, et hoc modo se habent scientia et scibile 19 ».

Praeterea haec circa idem effatum prae oculis habenda sunt: 1° Qui novit unum relatorum, novit et alterum, *indefinite* quidem, at non semper *definite,* scilicet cognoscit esse alterum, non vero quodnam illud sit. Ita qui scit Pe-

19 « Nomina relativa non per se et seorsum intelliguntur, ut reliqua nomina, sed omnino ea etiam, quorum respectu dicuntur, tipiificant»; s. Cyrill. Alex., *Thesaur.,* Assort. XI. «Nomina, quae ad aliquid sunt, aut quacumque ratione respectu alterius dicuntur, simul et intellectu ct natura sunt »; *ibid.*

29 I, q. XIII, a. 7 ad 6.

trum *esse* patrem, illico cuius pater sit non cognoscit: licet alicuius esse certo cognoscat: item, qui novit Aristotelem esse praeceptorem, is etiam perspectum habet, aliquem eius esse discipulum, quamvis nec Alexandrum norit, nec Theophrastum. Dicitur *non semper;* nam qui unum relatorum novit definite, perfecte, et certo, in suo peculiari relatorum gradu, is quoque definite, certo et exacte novit alterum eodem gradu illi c diametro respondens. 2° In relatis *aequiparantiae* non solum cognoscitur existenlia *correlati,* sed et proprietas. Si enim cognoscam hunc parietem esse similem alteri, et hunc parietem esse album; etiam cognosco alterum parietem osse album; alioquin nihil milii constabit de similitudine. At in relatis *disquiparantiae* non aliud necessario cognoscitur, quam existentia *correlati:* ad hoc enim, ut cognoscam dominum, satis est, si cognoscam existerc aliquem eius servum.

9, Relata per se mutuo definiuntur. Nempe relata *mutua,* quatenus ad invicem referuntur, mutuo se definiunt. Sic pater, ut pater, definitur per filium, et filius per patrem, idque si non expresse, saltem tacite et implicite; siquidem pater dicitur, qui genuit filium, et filius dicitur, qui a patre genitus est. Hinc relata vere et proprie dicta huiusmodi sunt, ut, cum unum per veram definitionem cognoscatur, cognoscatur et alterum. Cum enim r. latorum *esse* in mutua ista relatione sit positum, sequitur ut unum ipsorum necessario sumendum sit in alterius definitione. Inde fit, ut regula illa, quae circulum in definitionibus vitandum esse iubet, in absolutis locum habeat, non item in relatis. Nam si quidquam tum intelligitur, cum intelligitur prout in se est, liquet ea, quae non sunt per se, sed per aliud, non ex se, sed ex alio, per quod sunt, intelligi oportere. Quamvis nec sit omnino circulus, quia scilicet relata se definiunt sub diverso respectu: nam filius definitur per patrem, ut a se respectum; pater vero definitur per filium, tamquam respiciens ipsum. Accedit quod relata non tam *per se* mutuo, (piam *ad se* mutuo definiuntur; ponitur enim correlatum in definitione relati, non quod in essentia eius sit, sed quod ad illud referri sit ipsi essentiale.

10. Relatio habet esse imperfectissimum. Cuius ratio est, quia *esse* relationis non solum, uti reliqua accidentia categories, ab *esse* substantiae, sed etiam, secus ac illa, ab *esse* cius, ad quod substantia per ipsam refertur, pendet: « Debilitas esse relationis consideratur secundum inliaerentiam sui ad subiectum, quia non ponit aliquid absolutum in subiecto, sed tantum per respectum ad aliud*[1] ». Clarius alibi: « Relatio realiter substantiae adveniens ct postremum, ct imperfectissimum esse habet. Poelremuni quidem, quia non solum praeexigit esse substantiae, sed etiam esse aliorum accidentium, ex quibus causatur relatio; sicut unum in quantitate causât aequalitatem, et unum in qualitate similitudinem. Imperfectissimum autem, quia propria ratio relationis consistit in eo, quod est ad alterum; unde esse cius proprium, quod substantiae superadditur, non solum dependet ab esse substantiae, sed etiam ab esse alicuius exterioris 22 ».

11, Relatio non tacit compositionem. Hoc intellegitur de relatione, quatenus habet esse *ad aliud,* seu quatenus *dicit ad.* « Relatio, secundum rationem suam non habet quod sil aliquid, sed solum quod ad aliud referatur; unde secundum rationem suam non ponit aliquid in subiecto23 ». At relatio, prout *dicit in.* componit cum subiecto cui inhaeret: « Relatio quae habet esse in creatura, habet aliud esse, quam sit esse sui subiecti. unde est aliquid aliud a suo subiecto 24 ».

12. Relative dicta possunt de novo praedicari de illi-QUO absque huius MUTATIONE. Nempe illa, quae *absolute* dicuntur, si novam accipiant praedicationem, mutantur

21 *In lib. 1 Sent.,* Dist. \ 111, q. IV, a. 3 ad 1. « Sic autem non ed in Deo, non enim habet aliud esse, quam esse substantiae »; *Qq. 'lhp/>.. De Pot.,* q. VIII, n. 1 ad 4.

32 *Contr. Gent.,* lib. IV, c. 14.

33 In *lib.* I *Sent.,* Dist. XX, q. 1. a. 1 sol.

21 *Ibid.* Dictum est *in creatura,* quia « in Deo nihil est. quod habet esse aliud ab Ipso; esse enim sapientiae est ipsum Esse Divinum, et non superadditum; et similiter esse Paternitatis *ibid.* ▮ Vid. litt. D: dist. 9. ubi etiam explicatum est. quid significet *dicere ‹d in.*

puta mutatur paries, cum dicitur fieri albus. Hinc in iis *fieri* est mutari. At ea, quae *relative* dicuntur, possunt accipere novam praedicationem, absque mutatione illius, cui haec praedicatio attribuitur. E. g.: « nulla mutatione facta circa scibile incipit esse a me scitum, per mei mutationem 25 ». Hinc in iis, quae huiusmodi sunt, non necesse est, ut hoc, quod dicitur *fieri,* sit mutatum, quia hoc potest accidere per mutationem alterius; « Contingit quod in relativis praedicationibus fiat mutatio, altero extremorum mutato, altero invariabili manente 20 ». Ratio autem huius effati est, quia « ea, quae absolute dicuntur, secundum proprias rationes ponunt aliquid in eo in quo dicuntur, ut quantitas, et qualitas, et huiusmodi... Unde non possunt dici, nisi illud mutetur per susceptionem eius, quod prius non habuit. Sed relatio secundum suam rationem non habet quod ponat aliquid in eo de quo dicitur, sed ponit tantum habitudinem ad aliud; unde invenitur aliqua relatio non realiter existons in eo de quo dicitur; ct ideo in talibus habitudines illae de novo dicuntur de aliquo non per mutationem eius, sed illius ad quod dicitur 27 ».

Exinde colligit sanctus Doctor « nomina importantia relationem ad creaturam praedicari de Deo ex tempore, non propter aliquam mutationem Ipsius, sed propter creaturae mutationem, sicut columna fit dextera animali, nulla mutatione circa ipsam existente, sed animali translato 25 ». Colligit etiam nullam mutationem in Deo indicari, cum Ipse dicitur *jactus homo.* Nam « esse hominem convenit Deo ratione unionis, quae est relatio quaedam: et ideo esse hominem praedicatur de novo de Deo absque Eius mutatione, sed per mutationem humanae naturae, quae assumitur in Divinam Personam 29 ».

13. Relatum non dicitur bis. Cuius effati sensus hic videtur esse: Unum relatum unica relatione non refertur ad duo correlate, *totalia* et *formaliter* accepta, sed ad

25 *In lib. III Sent.,* Disl I, q. I, a 1 ad 1.
20 *In lib. I Sent.,* Dist. XL, q. I, a. 5 *sol.*
27 *In lib. IV Sent.,* Disl. XXX, q. I, a. 1 *sol.*
2« I, q. XIII, a 7 c.
29 3, q. XVI. a. 6 ad 2.

unum tantum, nimirum *formaliter sumptum.* Etenim, aiente s. Bonaventura, « numerus relationum secundum differentiam formalem, sive specificam, causatur a principio, a quo est 3U »; siquidem natura specifica relationis in ordine ad aliud consistit; quapropter si multiplicentur fundamenta, quorum gratia unum ad alterum refertur, idem subiectum non potest unica relatione ad correlalum suum referri. E. g.: idem homo non potest unica relatione ad aliquem referri tamquam pater et tamquam dominus, quia paternitas, et dominium sunt causae, ex quibus relationes specie differentes oriuntur.

Ex hoc effato illud infert s. Thomas, quod « secundum duas relationes Filii, et Spiritus Sancti, quibus referuntur ad Patrem, oportet intclligi duas relationes in Patre, quibus referatur ad Filium, et Spiritum Sanctum 31 ».

Attamen potest unum relatum unica relatione referri: Γ ad plura corrclata, quae sint termini *inadaequati.* Hinc filius unica relatione refertur ad patrem et matrem; nam praeterquam quo.d unum est fondamentum, propter quod ad utrumque habet ordinem, nempe nativitas, pater et mater sunt *inadaequata* correlata filii, atque cx illis fit unum totale extremum. ‹c Una passio respondet duabus actionibus, quando neutrum agens sufficit per se ad actionem complendam, sicut est in eo, qui una nativitate nascitur ex patre et matre; unde in patre et matre sunt duae relationes secundum rem, sicut et duae actiones; sed in nato est una relatio secundum rem, secundiun quam refertur ad patrem, ct ad matrem, sicut et passio una 12 ». 2° Ad plura correlata, quae *mere materialiter* sint plura. Hinc unus pater unica relatione *paternitatis* potest respicere plures filios; horum enim pluralitas *mere materialiter* se habet respectu *paternitatis.* Rc quidem vera relatio patris precise respicit filium sidi ratione filii, et quod plures participent illam rationem filii, *mere materialiter* se

5° *In lib. III Sent.,* Dist. VII. a. I. q. 2 *resol.*
31 I, q. XXXII, a. 2 c.
« *In lib. III Sent.,* Dist. VIH, q. I, a. 5 *sol.*

habet; sicut etiam magister docens plures discipulos eamdem scientiam, ad omnes eos unica relatione refertur”.

14, Relatorum uno multiplicato, multiplicatur et reliquum. Quod effatum ex superiori intelligitur; atque ita a s. Bonaventura explicatur: « Dicendum, quod illud verum est de multiplicatione formali, et de eo correlalivo, a quo dependet correlativum dependentia essentiali: sed si unum correlativum multiplicatur multiplicatione materiali, non habet veritatem. Sicut est, quando unus homo generat plures filios, et unus magister docet plures discipulos; tunc enim relatio, quae est in ipso, non dependet ab unoquoque eorum, nisi dependentia accidentali, et, desinente uno, salvatur ratio in altero. Unde quando quis generat, post primum filium, alium, non nascitur in eo nova paternitas, sed primae paternitati innascitur novus respectu-, quia pater est plurium, quam prius erat 3435.

15. Remota ratione formata cuiuscumque rei, tollitur **SPECIES 3&.**

33 3, q. XXXV, a. 5 c.

34 *In lib. III Sent.,* Dist. VIII, a. 2, q. 2 *ad arg.* « Unde, subdit. Christus generatione temporali non acquirit novam filiationem, sed incipit esse filius alterius, scilicet hominis virginis ». - Vid. etiam s. Thom., *In lib. III Sent.,* Dist. VIII, q. I, a. 5, et *Quodlibet,* XI, q. II, a. 4.

35 Vid. lilt. *F:* eff. 20.

Distinctiones.

1, Sapientia - Scientia. *Scientia,* ut omnes norunt, est cognitio certa, et evidens rei per propriam causam **1**; *Sapientiae* autem illud proprium est, quod sit cognitio rerum ditissimarum, hoc est quae a sensibus valde remotae sunt, per altissimas causas ei universalissima principia: quia prima rerum principia expendit, et ab illa ceterae scientiae suorum principiorum confirmationem, et evidentiam mutuantur: « Sapientia considerat altissimas causas, unde convenienter indicat ct ordinat de omnibus, quia iudicium perfectum et universale haberi non potest, nisi per resolutionem ad primas causas. Quare « sapientia est quaedam scientia, in quantum habet id, quod est commune omnibus scientiis, ut scilicet ex principiis conclusiones demonslret; sed quia habet aliquid proprium supra alias scientias. in quantum scilicet dc omnibus iudicat, et non solum quantum ad conclusiones, sed etiam quantum ad prima principia, ideo habet rationem perfectioris virtutis, quam scientia 2 ». Solet etiam *sapientia* latiori sensu intelligi pro quadam intellectuali rectitudine ad bene indicandum dc omnibus rebus, consurgens ex perfecta scientiarum omnium complexione: unde aliquis simpliciter, ct absolute

1 « Scientia est stabilis comprehensio per veras ac stabiles rationes deducens ad causae cognitionem »; Clem. Alex.. *Strom.,* lib. VI, n. 18 - Vid. Utt. *O:* dist. 7.

2 1* 2*°, q. LVII, a. 2 c. « Sapientia pertinet ad intellectum aeternorum »; e. Aug., *De div. quaest. ad Simplicium,* lib. II, q. 2, n. 2.

sapiens denominatur. Aliquando tamen *sapientiae* nomine intelligitur virtus intellectualis in aliquo tantum genere; quo sensu quisquis in sua arte peritus, qui causas et principia rerum eiusdem artis reddere potest *sapiens* appellatur; ita solemus dicere *sapientem architectum, sapientem medicum* etc.

2. Scientia - Intelligentia [6].

3. Secundarium - Primarium [4].

4. Secundum se - Quoad nos. 1° Quaedam res dicitur *secundum se,* causa alicuius effectus, cum vere causa est, atque realiter ab eodem effectu differt. *Secundum nos,* cum inter eam et effectum, qui ipsi tribuitur, nulla est realis distinctio, sed ita a nobis concipitur, ac si huius causa esset. E. g.: immutabilitas in Deo *secundum* nos est causa ipsius Dei aeternitatis. 2° Ea, quae *realiter* inter se differunt, *secundum se:* ea vero, (piae *ratione* tantum, *secundum nos* differre dicuntur [3]. 3° Aliquae veritates sunt notae *secundum se* el non *quoad, nos;* aliae *secundum se* et *quoad nos* [8].

5. Secundum quod ipsum - Secundum aliud. Aliquid alicui, *secundum quod ipsum est,* convenire dicitur, quod eius essentiae proprium est, seu, ut ail s. Thomas, « quod ipsum non excedit; sicut habere tres angulos duobus rectis aequales non excedit triangulum, de quo praedicatur, sed est eidem convertibile [7] »; *secundum aliud* vero convenit alicui illud, quod per causam extra cius essentiam ipsi convenit, *sicut album homini* . Latiori autem significatione illud, quod *naturaliter* alicui convenit, *secundum quod ipsum est;* illud autem, quod per vires ei superadditas, *secundum aliud* convenire dicitur. E. g.; visio Dei non convenit intellectui creato, *secundum quod ipsum,*

[1] Vid. *Intelligere - Ratiocinari* litt. /: dist. 21.
[2] Vid. litt. P; dist. 45.
[3] Vid. litt. F: dist. 24.
[4] Vid. litt. /V: dist. 15.
[7] *Contr. Gent.,* lib. II, c. 15, n. J.
[8] *Ibid.*

sed secundum *lumen gloriae* [9]. Vel *secundum quod ipsum,* idem significat, ac si in se spectetur; *secundum aliud,* si prout ad aliud ordinem habet. E. g.: intellectus humanus, *secundum quod ipsum,* quodlibet verum naturale intelligere potest: *secundum vero quod* cum corpore coniungitur non nisi essentias rerum, quae habent esse in materia [10]; ex quibus *ratiocinando et inquirendo* [11] ad alia, quae rerum materialium ordinem praetergrediuntur, assurgit.

6, Secundum quid - Absolute. 1° Idem significant, ac *accommodative - absolute* [12]. 2° *Secundum quid* maximi locum habet in comparationibus, ut «ic *secundum quid* idem sit, ac re secundum aliquam sui partem considerata. vel aliquo respectu.

7, Senius - Antiquius. *Senius* dicitur de rebu« animatis; *antiquius* autem de inanimatis. E. g., virum viro *seniorem* dicimus, sed parietem pariete, aut domum domo *vetustiorem,* vel *antiquiorem* [14].

8, Sensus: compositus divisus [13].

9, Signate - Exercite [15].

10, Signum: demonstrativum - Remfmorativum - Prognosticum [16].

11, Signum: prius - posterius, *vel,* In signo: priori · posteriori. Adbibentur hae voces ad significandam differentiam duorum, quorum unum, licet non sit prius altero *natura,* idest non habeat naturam completam ante aliud, neque prius *tempore,* idest non praecedat aliud in existentia, tamen secundum exigentiam ordinis naturalis

[9] Cf. litt. /V: dist. 3; ibid: eff. 8; litt. *O:* dist. 5.
[10] Vid. litt. *O:* dist. 4.
[11] *Qq. dispp-, De Ver.,* q. I, a. 12 c.
[12] Vid. litt. **J:** dist. 2.
[13] Idem discrimen observatum fuit a s. Damasceno. *Dialect.,* c. LIX.
[14] Vid. litt. C: dist. 17.
[15] Vid. *Actu: signato - exercito* (litt. *A:* dist. 24).
[16] Vid. litt. *P:* dist. 66.

debet ct potest concipi prius alio, quod est hoc ipso posterius. E. g.: actus Divini Intellectus et Voluntatis, qui certe non habent *prioritaiem naturae,* aut *temporis,* non aliter distingui possunt, et debent, nisi *prioritate signi.* Hinc s. Thomas: Quamvis in naturalibus, quorum effectus sunt nobis magis noti quam causae, signum eit id, quod est posterius in natura; tamen de ratione signi proprie accepta non est quod sit prius, vel posterius in natura: sed solummodo quod sit nobis praecognitum 1;.

12. Signum: sensibile - rationale. *Signa sensibilia* sunt illa, quae sensibus oblata memoriam excitant, ct quasi monendo ducunt nos in cognitionem alicuius rei, E. g.: fumus est signum sensibile ignis. *Signa autem rationalia* dicuntur, quae ratione demonstrant id, cuius sunt signum. Hoc modo viventis motus significat animam; vel quicumque effectus est signum causae; vel α quodeumque notum, in quo aliquid cognoscitur ¶8* ». Illa *commonentia,* haec *demonstrantia* appellari solent-

13. Signum: speculativum - practicum. *Speculativum* est illud, quod non efficit rem significatam; e. g., oliva respectu pacis. *Practicum* quod efficit id, quod significat; e. g., boreas respectu frigoris. Ita etiam Sacramenta Novae Legis sunt signa *practica* gratiae 10.

14. Similitudo - Aequalitas 20.

15. Simplicitas: metaphysica - physica - logica. Opponuntur variis compositionum generibus, de quibus alibi diximus 21.

16. Sim'plic iter - Personaliter 22.

17. Simpliciter - Secundum quid. « Simpliciter potest accipi dupliciter. Alio modo simpliciter idem est, quod

17 *Qq. dispp., De Ver,* q. IX, a. 4 ad 5.
18 *Ibid,* ad 4.
19 Vid. litt. *P:* dist. 66.
20 Vid. litt. *A:* dist. 25; litt. *Q:* cff. 5; ibid. cff. 10.
21 Vid. litt. L: dist. 11.
22 Vid. *Suppositio: simplex - personalis* (hic: dist. 44).

omnino, vel totaliter 21 ». Hinc: P *simpliciter* aliquid tale esse dicitur, cum ita se habet, nullo alio subintellecto; *secundum quid* vero, cum, ut ita se habere dici po--it. -ub aliqua positione accipiendum est. E. g.: Deus *simpliciter* existit, seu nulla facta suppositione: creatura autem, *secundum quid,* nempe supposita Dei Voluntate. 2 *Simpliciter* sub omni respectu; *secundum quid* sub quodam tantum respectu rem talem esse significat. E. g·: « id. quod est ultimo perfectum, dicitur bonum simpliciter: quod autem non habet aliquam perfectionem, quam debet habere, quamvis habeat aliquam perfectionem, in quantum est actu, non dicitur perfectum simpliciter, nec bonum simpliciter, sed secundum quid 24. Hinc etiam « nihil prohibet aliquid esse secundum quid simplex, in quantum caret aliqua compositione, quod tamen non est omnino simplex: unde ignis et aqua dicuntur simplicia corpora, in quantum carent compositione, quae est ex contrariis, atque invenitur in mixtis; quorum tamen unumquodque est compositum tum ex partibus quantitatis, tum etiam ex forma et materia 25 ». 3° *Simpliciter,* aut *secundum quid,* seu in *sensu accommodo* de quodam subiecto praedicatum enunciatur, absque ulla, vel cum aliqua contractione. E. g.: substantia cogitans est *simpliciter* spiritualis; homo *secundum quid,* seu *in sensu accommodo,* scilicet quoad corpus, est mortalis. 4° « Consideratur aliquid tale *simpliciter,* prout est secundum seipsum tale. *Secundum quid* autem, prout dicitur tale secundum respectum ad alterum 26 ». Quo sensu idem significant ac *Absolute - Comparative 21,* vel *Secundum quod ipsum - In ordine ad alternni2s;* 5° *Simpliciter* idem significat, ac secundum sui propriam rationem: *secundum quid* idem est, ac secundum aliam rationem. E. g.: dicitur aliquid *ens simpliciter* quoad *esse substantiale;* siquidem ens *dicit proprie esse in*

23 3, q. L, a. 3 c.
21 1. q. V, a. 1 c.
25 /n *lib. Boit. De Hebd.,* led. 1-
2G I, q. EXXXII, n. 3 c.
27 Vid. litt. *A:* dist. 3.
28 Vid. hic.: dist. 5.

actu, ac proinde *secundum quod primo discernitur ab eo quod est in potentia tantum,* nempe *secundum esse substantiale. Per actus autem superadditos dicitur aliquid esse secundum quid;* sicut esse album significat esse *secundum quid* 20. Inde iterum patet illud, quod est *ultimo perlectum,* esse bonum *simpliciter;* quia « bonum dicit rationem perfecti, quod est appetibile, et per consequens dicit rationem ultimi 30. 6° *Simpliciter* convenit alicui illud, quod ei convenit *secundum totum;* sin *secundum partem,* dicitur ei convenire *secundum quid.* Hac autem in re illud monet s- Thomas, quod « si aliquid natum sit convenire alicui, secundum totum et partem, si conveniat ei solum secundum partem, dicitur convenire ei secundum quid, et non simpliciter; sicut dicitur Aethiops albus secundum dentes: secus autem est de eo. quod non est natum inesse, nisi secundum partem, sicut aliquis dicitur simpliciter crispus, si habeat capillos crispos 31 ».

18. Simultas: Temporis · consequentiae - naturae· DIVISIONIS. *Simul tempore* dicuntur ea, quae simul in eodem instanti existunt; e. g.: sol et lux existunt *simultate temporis,* ilemque *simul tempore* obieclum aliquod videri, et sonus audiri potest. *Simultas consequentiae* est inter ea, quae se mutuo inferunt; ut inter risibile et animal rationale', recte enim dico, est animal rationale, ergo et risibile, et vicissim. *Simultas naturae* est inter ea, quae se mutuo ponunt et destruunt, sed ita ut neutrum sit causa alterius, ut duplum et dimidium; nam si duplum est, dimidium quoque est, et contra. Denique *simultas divisionis* est in iis, quae eiusdem generis partes sunt, ut homo et bellua, quae animal in duas species dividunt.

19. Simultate potentiae - Potentia simultatis [η2]

20. Solidum - Physicum. Enunciari solent de corpore. *Corpus physicum* esi compositum quoddam ex materia ct forma. Hoc pertinet ad *praedicamentum* substantiae. *Solidum,* vel *mathematicum* est tergemina rei extensio, qua res corporeas metimur. Hoc pertinet ad *praedicamentum* quantitatis

[29] I, q. V, a. 1 c.
[30] *Ibid.*
[31] *Qq. dispp.,* q. un. *De l nione Verbi Incarnati,* a. 3 c. · Cf. liti. *I):* eff. 5.
[12] Vid. lilt. *P:* dist. 30.

21, Species: intentionalis - logica. *Species logica* est notio, quae essentiam pluribus individuis communem exhibet. Ilaec autem dici solet *subiicibilis,* quatenus respicit genus superius, sub quo continetur; el *praedicabilis,* quatenus respicit inferiora individua, de quibus praedicatur. Palet autem speciem primo modo non esse aliquid universale, quia respicit unum tantum, cui subiicitur, ct habet rationem partis. Insuper *species logica* alia est *media,* quae nempe ita est species, ut possit esse genus. Alia est *infima,* seu *specialissima,* quae nempe ita est species, ut nequeat esse genus. E. g·: animal est *species media,* quia, si referatur ad corpus, est species; si ad hominem, est genus. Homo autem est *species specialissima,* quia proxime attingit individua. *Species intentionalis* est quaedam imago obiecti, per quam ipsum cum potentia cognitrice coniungitur, el ab ea attingitur. « Nomen speciei, ait s. Bonavenlura,: importat similitudinem, ct importat cognoscendi rationem 34 ».

22, Species: impressa EXPRESSA. *Species impressa* est species intelligibilis quae elaboratur ab intellectu agente, et ab intellectu possibili recipitur . *Species exprèsfa* est quae ab ipso intellectu possibili ex specie, quam ab intellectu agente excipit, efformatur, ut obiectum ab ea repraesentatum actu cognoscat. Illa est voluti principium, quod intellectum ad cognitionem determinat, ct repraesentat obieclum tamquam intelligibile, ista est veluti terminus operationis intellectus 3 ›, seu est illa, in qua intellectus obieclum voluti actu cognitum sibi repraesentat.

[32] Vid. litt. <?: dist. L
/n *lib. l Sent.,* Dist. XXXI, p. 2, a. I, q. 3 *resol.*
[35] Vid. litt. /: dist. 19.
[36] *0(l dispp., De Pot.,* q. VIII, a. 1 c. De utraque specie loquitor . Augustinus. De *Trin* lib. IX. *c.* 12; lib. XV. e. 10; el *In* P». *CXXXIX,* n. 15.

Spectes *expressa* dicitur etiam *verbum,* quia intellectu», dum rem inlelligit, vcluli intra se loquitur, hoc eel, exprimit obiectum, quod intclligit. Hinc species *impressa* sic definitur: « Imago rei, qua mens determinatur ad reni illam cognoscendam; et propterea dicitur principium cognilionis ». Species vero *expressa:* « Conceptus rei, quem mens format dum cognoscit obiectum, et dicitur terminus cognitionis, ct verbum mentis ».

23. Specificative - Reduplicative 37.

24. Specificativum: intrinsecum - extrinsecum. *Specificativum intrinsecum* est illud, per quod res constituitur talis. *Extrinsecum* est aliquid positum quidem extra rem, ita tamen ut haec ad illud essentialem ordinem habeat. E. g·: obiecta et actus sunt *extrinsecum specificativum* potentiarum 38.

25. Speculative - Practice. Dicuntur: Γ de modo, quo signa rem significatam ostendunt ! 2° De modo, quo aliquid consideratur. Illud nempe quod consideratur tantum ut cognoscatur, *speculative;* illud vero, cuius cognitio ad aliquid agendum ordinatur, *practice* spectari dicitur. Unde distinctio intellectus *speculativi* et *praefici,* dc qua alibi diximus 10.

26. Subalternans - Subalternata. 1° Denotant quamdam affectionem duarum propositionum, quae secum quantitate pugnant. Ex his nempe illa, quae est universalis, *subalternans;* quae est particularis, *subalternata* audit. 2° Adhibentur ad distinguendas scientias inter se. Scientia nempe, quae desumit sua principia ex conclusionibus superioris scientiae, *subalternata;* superior autem scientia, ex qua inferior sua principia haurit, *subalternans* appellatur. Sic medicinae principia probantur in physica; et musicae principia probantur in arithmetica Quocirca « ille qui habet scientiam subalternatam, non perfecte attingit ad rationem sciendi, nisi in quantum eius cognitio continuatur quodammodo eum cognitione eius, qui habet scientiam suballcrnantcm. Nihilominus tamen inferior sciens non dicitur de his, quae supponit, habere scientiam, sed de conclusionibus, quae ex principiis suppositis de necessitate concluduntur 12.

37 Vid. lilt. *R:* disl. 13.
38 Vid. lilt. *P:* eff. 20.
39 Vid. hic: dist. 13.
40 Vid. lilt. /: disl. 20.
I. q. 1, a 2 c.

27. Subietive - obiective. Diversum omnino sensui hae voces penes Scholasticos exhibent, ac penes recenliores Philosophos. Etenim ab illis dicebatur res *subiective* existerc, vel modus *subiective inexistere,* cum utriusque existentia revera est ct actu. *Obiective* dicebatur de re. quae non aliter est, quam in intellectu cognoscente, seu quae non aliter existit, quam per modum obiecti cogniti. Hinc *ens in potentia,* seu quod *actu* non existit, quia potest menti cognoscenti obversari, dicebatur existere obie*elite* '3. Hinc etiam *potentiae obiectivae* nomine significabatur mera rei possibilitas Hinc denique, quoad actum cognitionis, ipse actus mentis cognoscentis est *subiectivus,* quia revera est in animo; actus autem rei menti obversantis est *obiectivus,* quia res est in mente non quidem ut in se revera est, sed instar obiecti cogniti- Secundum recentiores autem *subiective* idem ac *idealiter; obiective* idem ac *realiter* significat.

2S. Subiective - Terminative. Dicuntur: 1° dc *mutatione.* Scilicet *subiective* mutari dicitur id, quod est sublectum, circa quod versatur mutatio; e. g.: lignum, quod mutatur in ignem; *terminative* vero id, ratione cuius subicctum mutatur, seu id in quod subiectum mutatur; e- g: ignis ex ligno productus. « Aliquid dicitur mutari dupliciter: Uno modo, quia est subieclum mutationis, sicut dicimus corpus esse mutabile... Alio modo dicitur aliquid mutari, quia secundum ipsum fit mutatio, sicut dicimus

12 *Qq. «lispp., De Ver.,* q. XIV, a. 9 ad 3. Hinc « fiidelis potest dici habere scientiam de **his, quae concluduntur ex articulis fidei** »; *Ibid.*
« Vid. lilt. F:dist. 23.
44 Vid. litt. ‹ dist. 20.

albediiicm imitari, quia secundum ipsam corpus altera· tur [15] ». 2" Cum de relationibus sermo est, haec voces idem significant ac *relativum intrinsece,* vel *extrinsece* 46.

29. SUBIECTUM: ATTRIBUTIONIS - PRAEDICATIONIS. *Slh biectum attributionis* est illud, de quo proprietas, aut quodlibet aliud enunciatur; ut homo, de quo enunciatur libertas. - *Subiectum praedicationis* est illud, de quo aliquid enunciatur ut ipsius essentiam constituens; ut ipse homo, de quo enunciatur esse animal.

30. SUBIECTUM: INHAESIONIS - ADHAESIONIS - INFORMATIONIS. Dicuntur de rebus, in quibus aliquid est vel *inhaesive,* vel *adhaesive,* vel *informative.* Harum vocum sensum alibi explicavimus 47·

31. SUBIECTUM: INHAESIONIS - DENOMINATIONIS. Sit- *biectum denominationis* est illud, quod recipit aliquam proprietatem. *Subiecturn inhaesionis* est illud, ex quo ratio illam recipiendi exurgit. E. g.: intellectus est in toto homine, tamquam in subiecto *denominationis;* est autem in sola anima tamquam in subiecto *inhaesionis.* Item, quantitas est in materia tamquam in subiecto *inhaesionis,* in toto composito, tamquam in subiecto *denominationis.*

32. Subiectum: in quo - de quo. *Subiectum in quo* est substantia respectu accidentium, proindeque idem est ac *subiectum inhaesionis.* - *Subiectum de quo* est inferius respectu superioris, quod de illo praedicatur; unde dicitur etiam *subiectum praedicationis,* et *attributionis.* Ita Socrates est subiectum hominis, aut animalis. Exinde palet illa distinctio inter *esse in subiecto,* ct *dici de subiecto.* Porro *esse in subiecto* pertinet ad subiectum *inhaesionis: dici de subiecto* ad *subiectum praedicationis.* Subiectum *in quo, physicum;* subiectum *de quo, logicum* etiam appellari solet.

33. Substantia - Accidens. *Substantia,* prout constituit primum *praedicamentum,* est ens, cui convenit exi-

15 *Qq. dispp., De Ver.,* q. I, a. 6 e.
16 Vid. lin. *Il·,* dist. 22
47 Vid. litt. *At* dist. 28.

Here per se. « Ratio substantiae intclligitur hoc modo, quod substantia sit res, cui conveniat esse non in subieclo 18 ». Dicitur, *prout constituit primum praedicamentum,* quia aliquando *substantia* sumitur pro *essentia.* « Substantia dupliciter dicitur. Lno enim modo dicitur substantia, prout significat rationem primi praedicamenti... Alio modo dicitur substantia illud, quod significat quid in omnibus rebus, sicut dicimus quod definitio significat rei substantiam; et hoc modo quidquid positive dicitur, in quocumque genere sil, substantia est, vel substantiam habet; sic enim substantia pro essentia sumitur 19 ». Iam iero, cum pro *essentia* sumitur, vagatur per omnia *praedicamenta;* quodlibet enim praedicamentum est aliqua essentia. - *Accidens* contra, prout opponitur categoriae, substantiae, est ens, cui convenit cxistcre in alio, seu illud, cuius natura exigit, ut alio fulciatur, ipsique inhaereat 3u. lain palet substantiae notionem non consistere in eo quod accidentibus substat; siquidem ab hoc substantia denominatur, velut a notiori proprietate, eodem modo quo lapis dicitur a laedendo pedem, sed non essentialiter in hoc sustentaculo constituitur. Qua enim ratione substantia posset accidentia sustentare, nisi esset in seipsa? Quomodo autem notio entis *per se* distinguatur a notione entis *a se,* alibi explicatum est51. Insuper *accidentia absoluta* a Peripateticis admissa, uti sunt quantitas, qualitas etc., licet *actu* non existant in alio, tamen non existere *per se,* ideoque non esse substantias, etiam explicatum est 52. Denique pro sacrae Theologiae lyronibus illud etiam adnotandum censemus rationem substantiae excludere quidem subrectum, a quo ipsa fulciatur, non vero suppositum, cuius sit. Seu personam, a qua terminetur. Hinc natura humana Christi, licet subsistat in Verbo, a quo assumpta est per incarnationem; tamen est substantia, quia non existit in Verbo tamquam subiecto, cui inhaereat, sed quatenus ter-

·* *Contr. Gent.,* lib. I, c. 25.
■" *hi lib. II Sent..* Dist. X\W1I- ‹l· 1- a. 1 *sol.*
Vid. lilt. 1: dist. 13: ibid.: cfT. 10-
Vid. till. *P:* dist. 12.
12 Vid. litl. *A:* ‹ fi. 11.

minatur a Persona Verbi. Neque ex hoc, quod non subsistet per propriam personalitatem, sequitur ipsam non existere *per se*. Ut enim substantia dicatur complete *per se* existens, sufficit ut habeat personalitatem vel sibi *propriam* vel *appropriatam*. Natura autem humana Christi habet *personalitatem* Divinam sibi *appropriatam,* ut haec in omnibus gerat vices *personalitatis* ipsius naturae humanae.

34, Substantia: completa - incompleta. *Substantia completa* dicitur ea, quae ad alterius substantiae compositionem efficiendam non est nata; cuiusmodi sunt Angelus, arbor etc. *Incompleta* est vel ea, quae etsi *in ordine substantiae* omnia habeat, ut *per se,* seu *in se* existere queat, tamen nata est ingredi alterius substantiae compositionem, cum qua coniuncta compositum substantiale efformat; vel ea, quae existere non possunt, nisi cum alio coexistant; ac proinde, ut realiter existant, alio indigent, non quidem uti subiecto *inhaerentiae,* quia non sunt accidentia, sed uti subiecto *coexistentiae*. Prioris generis exemplum est anima humana, quae licet *per se* existere possit, naturaliter tamen ordinatur ad physicam unionem cum corpore, et ad constituendum compositum illud *substantiale,* quod vocatur homo: quocirca anima humana dicitur substantia *incompleta in ratione speciei,* Jicct integra sit in *ratione substantiae*. Alterius generis exemplum est anima brutorum quae proinde *incompletae substantiae* dicuntur non solum *in ratione speciei,* sed etiam *in ratione substantiae,* seu subsistentiae.

35. Substantiale compositum - accidentale. *Compositum substantiale* est illud, quod ex duabus substantiis incompletis exurgit; puta homo. *Compositum accidentale* est illud quod coalescit ex substantiis completis, ut acernis lapidum 5J.36

36. Substantia: prima - secunda. *Primae* substantiae vocantur individua, ut Petrus etc. *Secundae* substantiae vocantur genera, et species, quia pendent a primis substantiis; universalia enim a singularibus cogitando eliciuntur. Cum

Vid. Jilt. *P;* dist, 13, et *Unum·, per se · per accidens* (litt. (· di6t. 5).

autem species propinquior sit singularibus, ideo dicitur *mago substantia.* Porro substantia *prima* neque in subiecto est, neque de aliis enunciatur; sed tantum praedicari pote?t praedicatione *praeter ordinem* 54. Substantia *secunda* autem in subiecto non est, sed de subiecto dicitur; ut patet in generibus ct speciebus. Monendum autem est cum s. Thoma, «quod cum dividitur substantia in primam et secundam, non est divisio generis in species, cum nihil contineatur tub secunda substantia, quod non sit in prima; sed est divisio generis secundum diversos modos essendi. Nam secunda substantia significat naturam generis secundum se absolutam: prima vero substantia significat eam ut individualité!· subsistentem. Unde magis est divisio analogi, quam generis55 ».

37. Successiva - Permanentia. *Permanentia* dicuntur ea, quae habent omnes suas partes simul, ut terra, coelum. homo. *Successiva,* quorum « una pars non est cum alia parte " », quatenus in quodam fluxu consistunt, ut auctio, immutatio, ct quilibet motus. Hinc « successio propria est motui 57 »; et successiva « non habent esse, nisi secundum aliquid sui 58 ». *Esse* autem rerum permanentium *secundum se* quidem *est in instanti,* at potest esse *divisibile per accidens,* prout alicui motui subiacet '.

38. SUPERNATURALITER - NATURALITER β0.

39. Supponi - Significare - Copulari. « In quolibet nomine est duo considerare, scilicet id, a quo imponitur nomen, quod dicitur qualitas nominis; et id, cui imponitur, quod dicitur substantia nominis ». Iam « nomen proprie loquendo dicitur *significare* formam, sive qualitatem, a qua imponitur nomen; dicitur vero *supponere* pro eo,

51 Quid sit praedicatio *praeter ordinem,* vid. lilt. *P:* dist. 41.
55 *Qq. dispp., De Pot.,* q. IX, a. 2 ad 6.
56 *In lib. I Sent.,* Dist. VIII, q. II, a. 1 ad 4.
57 *Contr. Gent.,* lib. II, c. 19.
58 In *lib. I Sent.,* loc. cit.
59 *Qq. dispp., De Pot.,* q. V, a. 1 ad 12. Cf. *In lib.. I Sent..* Dist. XXXVII, q. IV, n. 3 *sol.*
6" Vid. litt. N: dist. 3.

cui imponitur 01 ». Et quidem, « id, cui attribuitur nomen, si sit recte sumtum sub re significata per nomen, sicut determinatum sub indeterminato, dicitur *supponi* per nomen; si autem non sit recte sumtum sub re nominis, dicitur *eopulari per nomen* 62 ». E. g.: nomine animalis *signiftcaiur* substantia animata sensibilis; homo *supponitur* nomine animalis, quia *homo recte sumitur sub ratione animalis, jicut determinatum sub indeterminato; copulatur* vero nomine albi, quia *sub albo, quod est extra essentiam eius, non directe sumitur* °3. Iam *suppositio* potest converti in *significationem.* Nam, « quia inferius, quod supponitur per nomen commune, se habet ad commune, sicut determinatum ad indeterminatum id, quod erat suppositum, fit significatum, determinatione apposita ad commune; animal enim rationale significat hominem01 ».

40. Suppositio - Ampliatio - Restrictio - Alienatio - Appellatio. Sunt variae terminorum, qui in enunciationibus adhibentur, affectiones. *Suppositio,* latiori sensu accepta °5, est usurpatio vocis pro suis significationibus, Sicut nempe supputatores utuntur calculis loco nummorum, ita nos utimur terminis loco eorum, quae per illos significantur. Huiusmodi usus vocatur *suppositio.* Hinc *supponere pro aliquo* idem est ac illud significare. Exinde intelligilur quid sibi velint propositiones *de subiecto non suppo, nente.* Scilicet ad *suppositionem* termini requiritur, ut aliquid designandum termino respondeat; unde sermo esse dicitur dc *subiecto non- supponente,* si nihil designandum respondeat termino. E. g., si dicam: Adam mihi loquitur, Antichristus fuit, istae propositiones sunt de *subiecto non supponente,* quia ca, quae exprimuntur per terminos *Adam,* et *Antichristus,* vel nulla sunt, tempore quo loquor, vel numquam fuerunt. - *Ampliatio* est extensio termini a minori ad maiorem significationem. Ita, cum dicitur: Mites

61 S. Thom., *In lib. Ill Sent.,* Dist. VI, q. I, a. 3 *sol.*
62 *Qq. dispp., De Pot.,* q. IX, a. 4 C.
63 *Qq. dispp.,* loc. cit.
Ibid.
63 Diximus *latiori sensu accepta,* ut distinguatur ab ea, de qua antea loculi sumus.

possidebunt terram, vox *miles,* quae vi praedicati *supponit* tantum pro futuris, sumitur tamen pro omnibus, tum futuris, tum praesentibus, tum praeteritis. Qua in re advertit S. Thomas, terminos significantes actum animae *ampliare ad omne tempus;* « sicut cum dicitur: Homo laudatur, potest intelligi de praesenti, praeterito, vel futuro, actus enim animae se extendit etiam ad ea quae non sunt 66 ». - Restrictio est coarctatio termini a maiori ad minorem significationem, ut in hac propositione: Omnis homo, qui est iustus, spernit mundum; ubi illud subiectum, *homo, contrahitur,* ut pro iustis solum *supponat.* Monente eodem sancto Doctore, restrictio fieri solet etiam per *antonomasiam ;* siquidem « secundum consuetudinem humanae locutionis, aliqua nomina communia restringuntur ad ea. qua sub tali communitate continentur, sicut nomen urbis accipitur anlonomastice pro Roma °' ». - *Alienatio* est acceptio termini in sensu niclaphorico; ac proinde est distractio termini a propria ad impropriam significationem. Ita Pytagoras vocabat iustitiam *salem vitae,* eo quod scelerum corruptionem acri quidem, sed salubri punitione corrigeret. - *Appellalio* denique est quidam specialis modus, quo attributum adiungitnr, seu *applicatur* subiecto, ita nempe ut illi referatur vel ratione formae, quae per ipsum significatur, ut in hac enunciationc: Medicus sanat; vel tantum quatenus est suppositum, quod illam formam habet, uti in his aliis enuntiationibus: Album est dulce, Medicus canit.

41. Suppositio : COLLECTIS S DISTRIBUTIVA 0S.

42. Suppositio: CONFUSA - DETERMINATA °*.

43. Suppositio: FORMALIS - MATERIALIS. *Suppositio* dicitur *materialis,* si in termino ipso eius ratio spectetur, non mo res per illum significata: ut cum enunciatur: Homo est vox. · *Formalis,* si consideretur res. quae per terminum significatur, puta: Homo est ratione praeditus 70. Vel, « for-

66 ia *lib. Ili Sent.,* Disl. VII. q. HI, a. 1 ad 2“ 2"*'. q. CXLI. a. 2 c.
Tva Vid. litt. C. dist. 12.
69 Vid. tin. C dist. 21.
70 litt. F dist. 22.

maliter significatur per nomen id, ad quod significandum nomen est principaliter impositum, quod est ratio nominis, sicut hoc nomen *homo* significat aliquod compositum « corpore et anima rationali. Materialiter vero significatur per nomen illud, in quo talis ratio salvatur; sicut hoc nomen *homo* significat aliquid habens cor et cerebrum çt huiusmodi partes, sine quibus non potest esse corpus animatum anima rationali 71 ».

44. Suppositio: simplex - personalis, *seu* realis. Sunt duae species *suppositionis formalis.* Ut clarius huiusmodi distinctio intelligatur, notandum est in voce duas includi posse significationes, alteram scilicet *immediatam.* alteram *mediatam,* prout ipsa aliquid *primario* et *per* se, vel tantum *secundario* significat. E. g.: homo *per se et immediate* significat naturam humanam, *secundario* autem et *mediate* significat omnia individua, quae specie humana continentur. E contrario, Plato *per se primo* significat individuum naturae humanae; sed *secundario* significat etiam naturam humanam communem, quae in illo individuo consideratur. Item, album *per se primo* significat albitudinem subiecto inhaerentem; *secundario et mediate* significat etiam ipsum subiectum, in quo est albitudo. Hisce phaehabitb, *suppositio* est *simplex,* si vox usurpatur tantum pro sua immediata significatione: est *realis,* seu *personalis,* si pro immediata simul et mediata significatione adhibetur. E. g., in his propositionibus: Homo est species, album est accidens, *homo* et *album* supponunt *simpliciter;* nam *homo* sumitur pro sola natura humana, non vero pro individuis. Et quidem non recte quis diceret: Petrus est species: Paulus est species. Item *album* sumitur pro sola albitudine, non vero pro subiecto. At si dicam: Homo est vivens, *suppositio* est *personalis;* nam *homo* ibi sumitur pro sua significatione tam immediata, quam mediata, cum vita ingrediatur conceptum tum naturae humanae in communi, tum singulorum individuorum 72.

io S. Thom., Qg. *dispp., de Pot.,* q. IX, a. 4 c.
Vid. Goudm, *Phil, iuxta inconcussa, tutissimaque D. Thomae dogmata,* t. 1, *Log. mai.,* pars 1, a. 3, § 1.

45, Suppositum - Persona - Subsistentia. *Subsistenfi«* aliquando idem significat, ac *Perscitas.* Consistit nempe in eo, quod ens non pendet ab alio, tamquam a subiecto, cui inhaereat, seu in co, quo substantia constituitur in *esse* substantiae. « Substantia est subiectum, quod non indiget extrinsece fundamento, in quo sustentetur, sed sustentatur inseipso; et ideo dicitur subsistere, quasi per se, et non in alio existons 73 ». At vero, quoniam in substantia *incompleta,* quippe quae ad lotum substantiale compoueudum ordinatur, *esse in se* non perficitur, nisi in ipso substantiali composito, idcirco *subsistentia* intelligitur, quatenus convenit lardum substantiae *completae,* haec enim, cum neque in aliquo, tamquam in subiecto, neque in aliquo, tamquam in loto, sit, absoluta ratione habet esse *per se;* et ideo dicitur esse sui *ipsius.* Itaque *subsistentia* definitur: *Actualités,* seu perfectio, per quam natura fit sui ipsius et non alterius, seu per quam natura ultimo completur et terminatur, ita ut sit sui iuris, atque non egeat communicari alteri ad hoc, ut sit et operetur. Substantia, quae per *subsistentiam* hoc sensu acceptam iam ultimo completa et terminata est, nempe substantia singularis, ultimo completa, et sui iuris effecta, dicitur *suppositum,* si intellectu careat; *persona,* vel *hypostasis,* si sit intelligens.

Exinde explicatur definitio *personae,* quae post Boetium vulgo in scholis traditur: *Naturae rationalis individua substantia* Tl. Dicitur: 1° *substantia;* nam accidentia non subsistunt. 2° *Individua,* nempe tum *logice,* tum *physice.* Dicitur aliquid individuum *logice,* quatenus de aliis minime praedicatur, ut Cicero, Plato, etc. *Physice* autem, quatenus lotum quoddam est; qua ratione gutta aquae, quatenus cum Oceano iuncta est, non appellatur individua; separata vero ab Oceano individua dicitur. Iam vero, *persona* est natura individua utroque modo: *Logice* quidem, nam universalia, tum quia in intellectu tantum existunt. tum quia pluribus communia esse possunt, non sunt *personae.* Ita hominis *in communi* nulla persona est, sed Ciceronis,

Qq. dispp., De Pot., q. IX, a.
74 « Persona non dicitur, nisi de individua rationali natura »; . Ans., *Monol.*. c. 78.

vel Platonis, vel singulorum individuorum singulae perbonae nuncupantur T5. *Physice* autem, quia substantiae, quae sunt totius compositi partes, puta anima ct corpus hominis, non habent propriam *hypostasim,* sed subsistunt in hypo*stasi* totius compositi, *v* Substantia individua, quae ponitur in definitione personae, importat substantiam completam per se subsistentem separatim ab aliis, alioquin manus hominis posset diei persona, curn sit substantia quaedam individua; quia tamen est substantia individua, sicut in alio existons, non potest dici persona 70 ». Quod si duae naturae ita secum uniantur, ut una carum nullam ex unione novam perfectionem adipisci possit, tunc ista relinet *hypostasim* propriam; altera autem amittit in unione propriam hvpo*stasini,* atque in *hypostasi* perfectioris naturae subsistit, lia venit in mysterio Incarnationis. Christi enim natura humana caret propria hypostasi, et subsistit in Persona Verbi Ex qua explicatione vocis *individuae,* quae in definitione *personae* adhibetur, sequitur, ut ipsa sit *incommunicabilis,* scilicet, ut sit substantia singularis; insuper ut sit in se toto, sive sui iuris, sibique ipsi propria, et integrum suarum operationum principium; denique ut non possit ita *assumi, ut trahatur in personalitatem alterius* 7\ Quae quidem, ut inquit s. Bonaventura, ipsi ethymologiae nominis *personae* respondent; siquidem, « persona dicitur quasi per se unum, per se autem unum proprie dicitur unum, quod est omnino distinctum ab aliis, et in se indistinctum 70 ». At vero, « non est contra rationem personae communicabit itas assumentis 80 »; scilicet nulla repugnantia in eo est, quod Persona Divina humanam naturam assumpsit; nam « persona dicitur incommunicabilis, in quantum non potest de pluribus suppositis praedicari; nihil tamen prohibet plura de per-

'I « Essentiae significatio ad aliquid commune videtur pertinere: nomen autem de singularibus hypostasis, quae subsunt huic universali, praedicatur ac dicitur «: s. Cyrill. Alex.. De *Sanet. Trinil.,* Dial. I.
70 S. Thom., 3, q. XVI, a. 12 ad 2.
77 Vid. hic: dist. 33.
78 S. Thom., *In lib. JI! Sent.,* Dist. V, q. JI, a. 1 ad 2.
70 *In lib. I Sent.,* Dist. XXIII, a. 1, q. I *resol.*
80 S. Thom., *Inc. cit.*

sona praedicari. Unde non est contra rationem personae sic communicari, ut subsistat in pluribus naturis 81 ». 3° Dicitur *rationalis,* ut distinguatur *persona* a *supposito;* non enim proprie dicimus *personam* equi, aut lapidis, sed personam vel Divinam, vel Angelicam, vel humanam. Unde *persono* nihil addit supra *suppositum,* nisi aliquam dignitatem et excellentiam petitam ex natura intellectuali.

46. Suppositalitas - Personalitas. Ipsa *substantia* in substantiis ratione destitutis, *suppositalitas,* vel simpliciter *subsistentia,* in rationalibus autem *personalitas* proprie vocatur. *Personalitas,* seu generatim subsistentia, positiva et negativa dictione exprimi potest. Quemadmodum enim in figura exprimenda interdum positiva dictione utimur, puta cum dicimus eam esse corporis terminum; interdum negante, e. g., cum dicimus eam esse negationem ulterioris extensionis in corpore: ita per *subsistentiam* dicimus rem esse completam: et tunc positiva dictione exprimitur, nam substantiae complementum dicitur, vel per *subsistentiam* negamus aliquod ens esse iuris alieni, seu subsistere in alio velut perfectiori; tumque eam negativa dictione explicamus; est enim, ut ita dicamus, negatio *communicabilitatis* in substantia. At licet substantia negative exprimatur, tamen eam in creatis esse aliquid positivum a natura distinctum omnes Thomistae ex communi sententia docent. Scotiis e contrario in eam sententiam concedere videtur, quae statuit subsistentiam nihil positivum addere naturae. L Irum vero distinguatur ut res a re. an sicut modus a re. inter ip eos Thomistas non convenit. Illud autem omnino certum est, in Deo naturam et subsistentiam reipsa non distingui; Deus enim est ipsa Deitas"2.

47. Syncategorematice - Catecorematice s:j.

48. Synommum nomen - Homonymum s4.

« 3, q. HI, a. 1 ad 2
82 Vid. s. Thom.. I, q. III. a. 3 et 4.
'' Vid. litt. C: dist.], el. *Terminus: catepnreninticus · Syncnte·(orematicus* (litt. 7': dist. 6).
84 Vid. *lequivoce · Analoeice · Univoce* (litt. *A:* dist. 30).

S

1. Sapientis est ordinare. Equidem si quis domum bene ordinatam intraret, ex ipsa ordinatione domus, ordinatoris sapientiam colligeret. « Ordinare, inquit s. Thomas, sapientis est. Ordinatio enim aliquorum fieri non potest, nisi per cognitionem habitudinis et proportionis ordinatorum ad invicem, et ad aliquid altius, quod est finis eorum; ordo enim aliquorum ad invicem est propter ordinem eorum ad finem. Cognoscere autem habitudines, et proportionem aliquorum ad invicem, est solius habentis intellectum; indicare autem de aliquibus per causam altissimam sapientiae est; et sic oportet quod omnis ordinatio per sapientiam alicuius intclligentis fiat. Unde et in mechanicis ordinatores aedificiorum, sapientes illius artificii dicuntur [1] ».

2. Secundum conditionem causae proximae attenditur necessitas vel contingentia effectus. Hoc est: A causa necessaria semper procedit effectus necessarius, cum illa proxima est. Quod si causa suprema sil necessaria, causa proxima autem contingens, tunc effectus potest esse contingens. Id sequenti exemplo illustrat s. Thomas: « Sicut germinatio plantae est contingens propter causam proximam contingentem, licet motus solis, qui est causa prima, sit necessarius [2] ». Exinde illud infert Laudatus Doctor, quod licet scientia Dei, quae est causa prima, sit necessaria, tamen scita a Deo possunt esse contingentia propter causas proximas contingentes[3].

3. Secundum illud, quod rei competit per se, iudicatur de ipsa, non altem secundum illud, quod ei com-

[1] *Contr. Gent.,* lih. II, c. 24, n. 3.
[2] I, q. XIV, a. 13 ad 1. Cf. litt. *C:* dist. 8.
[3] *Ibid.*

petit per accidens. Hoc effato s. Thomas utitur, ut ostendat non esse aliquid bonum mala esse vel fieri, etsi ea, quae in *se* mala sunt, ordinentur ad bonum. Etenim malum non ordinatur ad bonum per se, sed per accidens *.

4. Semper id, quod est per se, prius est eo, quod est per ALIUD. Hoc effatum consequitur ex illo: *Quod est per aliud, reducitur ad illud, quod est per se, tamquam in prius 5.*

5. Semper id, quod spectat ad naturam, est principium in quolibet. Natura enim cuiuscumque rei, cum sit essentia ipsius, est primum in unoquoque 6; hinc sicut ipsa est fundamentum omnium, quae rei conveniunt, ita quod spectat ad ipsam, est principium reliquorum. Exinde fit, ut ex cognitione primorum principiorum, quae est naturalis, procedat cognitio conclusionum: atque ex naturali volitione ultimi finis, nempe beatitudinis, oriantur aliae volitiones: cum quidquid homo vult, velit propter finem 7.

6. Semper invenitur unum ut principale et dirigens IN multis ordinatis ad unum. Hoc Aristotelis effatum evincit s. Thomas ex eo quod *multi per se intendunt ad multa, unum vero ad unum.* Hinc multa nequeunt recte ordinari ad unum, nisi per unum. Inde ratio redditur, cur « socialis vita multorum esse non posset, nisi aliquis praesideret, qui ad bonum commune intenderet 8.

7. Sensibile in actu est sensus in actu. Huius pronuntiati ratio est, quia « ex hoc aliquid in actu sentimus, quod sensus informatur in actu per speciem sensibilis [9] ». Quocirca « sensus in actu est sensibile in actu, non ita quod ipsa vis sensitiva sit ipsa similitudo sensibilis, quae est in sensu, sed quia ex utroque fit unum, sicut ex actu, et

I, q. XIX. a. 9 ad I.
[5] Vid. litt. *Q:* eff. 26.
[6] Vid. litt. /V: dist. 1. I, q. LX, a. 2 c.
[8] I, q. XCVI, a. 4 c. I, q. XIV, a. 2.

potentia 10 ». Eadem ratione explicandum est, *le in actu est intellectus in actu II.*

8. Sense est sincularium. Equidem quidquid actu sentitur, reipsa singulare est. E. g., sensu visus apprehenditur hic, vel ille color non vero color in communi. Id paucis exponit s. Thomas: « Sensus non est cognoscitivus nisi singularium. Cognoscit enim onuiis sensitiva potentia per species individuates, emu recipiat species rerum in organia corporalibus 12 ». Quocirca quae sentiuntur, non possunt esse universalia. Etenim quod sentitur, hoc aliquid est, nempe unum est, et numero definitum, atque hic et nunc est, seu certo loco et tempore circumscriptum est; at universale non est hoc aliquid, neque hic, et nunc est, quia semper est et ubique w. Ergo universale non sentitur. Attamen, ipsa sentiendi facilitas et natura ad universum suum obiectum directa est. E. g.: visus in universum est ita comparatus, ut possit quemvis colorem percipere; nempe feratur in hoc coloratum sub ratione communi coloris, non quidem sub ratione facta communi per intellectum, sed quasi negative non sub aliqua speciali ratione coloris; idest,, ut ait s. Thomas, « non quia visus cognoscit colorem universalem, sed quia, quod color sit cognoscibilis a visu, non convenit colori, in quantum est hic color, sed in quantum est color simpliciter 14 ». Item, appetitus sensitivus fertur in appetibilia singularia sub ratione communi, idest non sub aliqua ratione particulari huius, vel illius boni, non tamen sub ratione communi, quae per intellectum facta sit communis. Bursus, ipsa sentiendi facultas, non vero eius actus fertur in rationem communem obiecti modo a nobis explicatio. Atque hoc sibi volunt metaphysici, cum sensum esse *rei talis,* non *huius talis* docent; siquidem nomine *sensus* facultatem sentiendi, non vero actum sentiendi, denotant.

Effato, quod explicavimus, affine est illud:

10 *Ibid.,* q. LV, a. 1 ad 2.
Cf. lilt. *I:* eff. 20.
Contr. Genr., lib. II. c. 66, n. 2.
Vid. hit. *U:* eff. 13.
1* 2-, q. XXIX, u< „

Singularia cognoscuntur sensu. Quod profecto non inlelligitur de singularibus spiritualibus; haec enim in sensus non incurrunt, licet *per accidens* et per effecta sensibus percipiantur: « Cognitio sensus non se extendit, nisi ad corporalia; quod cx hoc patet, quod qualitates sensibiles, quae sunt propria obiccta sensuum, non sunt, nisi in corporalibus; sine eis autem sensus nihil cognoscit 15 ». Quamquam vero singularia materialia cognoscantur sensu, tamen id non impedit, quominus etiam intellectu cognoscantur non quidem *directe,* quia intellectus intelligit abstrahendo a materia lc, sed *indirecte,* nempe per quamdam conversionem ad phantasmata singularium, a quibus speciem inlelligibilem abstraxit 17.

9. Si negatio nfgationis causa est, et affirmatio affirmationis causa ERIT: ET contra. Hoc inlclligendum de causis, quae omnino et absolute causae sunt: e. g.: habere pulmonem, est causa respirationis; non habere pulmonem, non respirandi causa est. Vel, affirmatio multiplicationis materiae est causa multitudinis individuorum; ergo negatio huius multiplicationis, quae est unitas materiae, est causa non multitudinis, nempe unitatis ipsius individui. Non autem intelligendum est de iis causis, quae eunt solae causae illationis. In his enim possumus cx affirmatione antecedentis colligere affirmationem consequentis; e. g.: si homo est, sequitur animal esse; sed ex negatione antecedentis colligere negationem consequentis non est tutum: si enim non est homo, non continuo sequitur non esse animal, quia potest equus, aut bos esse, aut quidpiam simile.

10. Sicut multiplicatur unum oppositorum, ita dicitur ET RELIQUUM 18.

11, Sicut se habet propositum in proposito, ita oppositum in opposito. Intclligcndum est, ait s. Bonaventura. dummodo in utroque eadem ratio spectetur, quia unum alteri opponitur. Quocirca, *si benefaciendum est amicis, non*

Contr. Gerit., loc. ciL, n. 3.
16 Vid. lilt, *i:* eff- 16.
” I, q. LXXXVI, a. 1.
18 Vid. litt. Ah eff. 23.

sequitur malefaciendum esse inimicis, quia « amicis benefaciendum est non solum propter illud, in quo repugnant inimicis, verum etiam propter illud, in quo conveniunt, videlicet quia sunt ad imaginem Dei 19 ». Et 8. Thomas: « Dicendum, quod modus ille arguendi tenet quantum est ad id, quod convenit opposito, in quantum est oppositum, non autem quantum ad id, quod est commune utrique oppositorum, sequitur enim, si nigrum congregat visum, quod album dicongregat: non autem consequitur, quod album sit invisibile, si nigrum est visibile, quia hoc convenit ei secundum colorem, qui est genus utrjusque 20 ». Quare ex eo *quod peccator generat peccatorem,* inferri non potest, ergo et *iustus generat iustum.* Etenim, « vetustas Adae, quantum ad inferiores vires et ad ipsum corpus, est communis et iuslo et peccatori, et secundum boc peccator generat peccatorem. Unde non sequitur, quod iustus generat prolem sine peccato [01].

Eidem theoremati illud affine est:

Si oppositum est causa oppositi, etiam propositum causa propositi. Quod, monente Seraphyco Doctore, « intelligendum est in his oppositis, quorum utrumque est aliqua natura, ct in eis, quae recte sunt opposita, el secundum illud, in quo opponuntur ». Quocirca nequit, e. g.. inde argui, quod si « Adae transgressio fuit causa nostrae corruptionis, eius justificatio et satisfactio fuerit causa nostrae redemptionis 22 ».

12, Sicut se habet Principium in speculativis, ita se habet finis in OPERATivis. Nempe, sicut intellectus ex necessitate inhaeret primis principiis, ita voluntas ex necessitate inhaeret ultimo fini, qui est beatitude 23. Vel, uti iam antea dictum est, sicut ex cognitione principiorum consequitur cognitio conclusionum, ita ex amore finis consequuntur alii voluntatis actus. Ex quo illud infert s. Thomas,

[01] *In lib, Ill Sent.*. Dist. XXXIII, a. I. q. 5 *ad arg* \ id. *ibid.*. Dist. XXVIII, a. I, q. 3 *ad arg.*
[02] *Qq. dispp., Dc nudo,* q. IV, a. 6 ad 6.
[2'] *Ibid.*
[22] *h, Ub. II Sent.,* Dist. XXXIII, a. 1. q. 2 *ad arti.*
[2'] I. q. LXXXII, a. 1 c.

«quod sicut non potest esse simpliciter vera scientia, si defit recta aestimatio de primo et indemonstrabili principio; ita non potest esse simpliciter vera justitia, si desit ordinatio debita ad finem, quae est per charitatem, quantumcumque aliquis se recte circa aliquid habeat 21 ».

13, Sicut se res habet ad esse, ita ad cognosci25.

14. Sicut se habf.t simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis. « In omnibus, ait s. Thomas, quae per se dicuntur sequitur magis ad magis, si simpliciter sequatur ad simpliciter; sicut calidum calefacit, magis calidum magis calefacit, et maxime calidum maxime calefaciet ». Inde sanctus Doctor colligit *felicitatem humanam non consistere in corporeis delectationibus.* Si enim buiusmodi delectationes « essent secundum se bonae, oporteret quod maxime uti cis esset optimum. Hoc autem patet esse falsum; nam nimius usus earum reputatur in vitium ct est etiam corpori noxius, ct similium delectationum impeditivus. Non sunt igitur per se bonum hominis. In cis igitur non consistit humana felicitas 20 ». Subdit vero: « In his autem, quae sunt per accidens, non est necessarium, quod si simpliciter sequitur ad simpliciter, et magis sequatur ad magis; sed solum in his, quae sunt per se. Non enim sequitur. si album est musicum, quod magis album sit magis musicum: sequitur autem, si album est disgregativum visus27 ». Quare ex co, quod bonum est causa mali, non sequitur quod *maximum bonum sil causa maximi mali;* siquidem « bonum est causa mali in quantum est deficiens: unde quanto magis est bonum, tanto minus est causa mali 28 ».

15, Simile est simile simili. Scilicet in similibus est mutua similitudo. Attamen, uti monet s. Thomas29, hoc

24 2* 2"@, q. XXIII, a. 1 c.
25 Vid. *Eadem sunt principia essendi ct cognoscendi* (litt. E: ei. 1).
26 *Contr. Gent.,* lib. III, c. 27, η. ..
27 *Idib.. c.* 139. Vid etiam *Qq. dispp.. Dc l irt.*. q. 11. a. 11 ad 5, cl q. IV, a. 1 ad 16.
28 *Qq· dispp., De malo,* q. HI, a. 1 ad 14.
32 I, q. IX, a 3 ad 4.

inlelligendum est tantum de iie, quae sunt unius ordinis; e non autem in causa et causato. Dicimus enim quod imago sit similis homini, et non e converso, et similiter dici potest aliquo modo, quod creatura sit similis Deo; non tamen quod Deus sit similis creaturae ». Et alibi: « Idem est aliquid esse alicui simile, quod habere qualitatem illius. Qualitas autem alicuius dicitur quam proprie et plene habet. Contingit autem quandoque quod qualitas illa perfecta est in utroque: unde utriusque dici potest; et secundum hoc in talibus polesl dici quod utrumque alteri simile est. Quandoque autem qualitas aliqua est proprie et plene in uno, et in alio est tantum quaedam imitatio illius, secundum aliquam participationem, et tunc illa qualitas non dicitur utriusque, sed eius tantum quod eam plene possidet. Et tunc illud, quod non plene habet, dicitur simile ei, quod plene habet, et non e converso; ut si dicamus, quod pictura est similis homini, ct non e converso. Non enim dicitur quod homo est similis suae imagini proprie loquendo 30 ».

16. Simile non agit in simile formaliter ut simile. Omne enim agens, ut mox dicemus, intendit producere sibi simile; ergo si illud, in quod agit, iam est perfecte simile, cessat finis agendi. Adhacc simile nihil posset efficere circa simile, hoc enim iam haberet illud quod agens ipsi dare posset al.

17. Simile producit sibi simile; *seu,* Omne agens producit sibi simile a2. Hoc verum est, dummodo non obstet dispositio subiecti in quod agitur. Hinc lac album superfusum ligno ardenti producit nigrum carbonem: sol lucidus producit nigredinem in corporibus Actbiopuni: nam, secundum aliud effatum alibi explicatum, *Quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur* 33. Insuper, illud

ao *In lib. I Sent.,* Dist XIV, q. I, a 2 *sol.* Vid. litt. *A:* dist. 25; litt. C: eff. 5; litt. *P:* dist. 4.

at \ id. *Actiones sunt a proportione maioris inaequalitatis* (litt. *A:* eff.

/'d* *elficienti assimila!ur effectus* (litt. *C:* eff. 5).

33 Lilt. *Q:* cff. 24.

monere est, quod docet s. I hornas, quod nempe « perfecta assimilatio effectus ad causam attenditur, quando effectus imitatur causam secundum illud, per quod causa producit effectura, sicut calidum tacit calidum ». Adhaec discrimen adnolandum est inter causas naturales, et voluntarias. Nam « res naturalis agit per formam suam, artifex autem per intellectum et voluntatem ». Quare ‹ quod est a causa naturaliter agente, retinet similitudinem eius, prout habet formam similem formae agentis; quod autem est ab agente voluntario., relinet similitudinem eius, prout habet formam similem causae, secundum quod hoc producitur in effectu, quod est in voluntatis dispositione, ut patet de artificiato respectu artificis »; siquidem « arlificiata similantur artifici, in quantum in eis exprimitur forma artis, et ostenditur voluntas artificis de eorum constitutione0o ». Denique, « licet Causa prima maxime influat in effectum, tamen eius influentia per causam proximam determinatur, ct specificatur; et ideo eius similitudinem imitatur effectus 06 ».

18. Simplex non Potest dividi. Non potest quiden» (lividi in partes *essentiales* et *integrates,* at potest divid' in paries *subiectivas,* sive species, et inferiora. Genus enim generalissimum, etsi nec genus et differentiam, ncc materiam et formam admittat, ideoque omnino sit simplex; tamen in species, quas sibi subiectas habet, distrahitur37. Hinc intelligitur, quomodo explicandum sit illud aliud effatum :

19. Simplicius quo aliquid est, eo in Vluribus invenitur. « Dicendum, inquit, s. Bonaventura, quod esse simplex est dupliciter; aut per privationem partium componentium in esse naturae, aut per privationem partium componentium in esse diffinito, sive in genere. Quando

34 I, q. L, a. 1 c.

35 Qq. dispp., De Pot., q. 111, a. 16 ad 5, et a. 17 ad 6. Potest etiam hoc effatum accipi, quatenus modus, quo agens operatur, debet esse similis ipsius naturae, de quo vid. litt. Af: cff. 17.

36 Ibid. q. I, a. 4 ad J.

37 Quaenam sint partes *essentiales, intégrales, subiectivae,* expli. catum est litt. *P'* diet. 2 et 3.

ergo dicitur, quod quanto aliquid simplicius, tanto in pluribus; hoc dicitur dc simplicitate secundo modo, quam scilicet habet genus respectu speciei, et ideo in pluribus reperitur, quam species'38 ».

'20. Simplicius est potentius. Scilicet, « quanto aliquid est magis simplex, tanto est maioris virtutis, et principium plurium..., sicut punctum plurium est principium, quam linea, et linea, (piam superficies 39 ». Et sane « quanto aliquid est simplicius, tanto virtus est minus limitata; unde ad plura se extendit sua causalitas. Et ideo in lib. *De Causis,* prop. XVI, dicitur, quod omnis virtus unita plus est infinita, quam virtus multiplicata 40 ».

21. Singulare non definitur. Non definitur quippe ratione suae naturae singularis, quatenus nempe est hoc. vel illud singulare. Ita Socrates ratione suae particularis naturae definiri non potest; definitione quidem perfecta, quae ex genere, et differentia constat. At illud, quod pertinet ad communem rationem singularitatis, idest hoc nomen *singulare,* quod omnibus individuis competit, definiri quidem potest 41.

22. Species quaelibet generis perfectioris nobilior est quavis specie generis imperfectioris. Sermo hic habetur de nobilitate, et perfectione *essentiali,* a qua rerum naturalis differentia proprie desumitur. Omnis enim species generis perfectioris partes habet mctaphysicas essentialiter perfectiores, quam quaelibet species generis ignobilioris. Sic quodvis brutum, quia est animal, quod est genus perfectius, quam planta, nobilius est quavis perfectissima plantae specie.

Hoc axiomate refutantur propugnatores *aequivocarum.* seu *inediarum* specierum, per quas, secundum ipsos, minerale ad vegetabile, hoc ad animal, et animal ad hominem progreditur.

38 *In lib. II Sent.,* Dist. II, p. 2. a. П. q. 2 *ad arg.*
39 *Contr. Gent.,* lib. П, c. 14.
40 *Qq. dispp., De Pol.,* q. VII, a. 8 c.
41 Vid. s. Thom., I, q. xxïx a. i iKj j.

Quod si perfectio *accidentalis* et integrans spectetur, fieri potest, ut ens natura imperfectius, sit perfectius quoad accidens. Hinc versus:

Non *aper auditu, lynx visu, simia gustu,*
Vultur odoratu praecellit, aranea tactu.

Quod autem dicitur de speciebus, idem quoque indicandum est de individuis. Hoc est, quodlibet individuum speciei perfectioris nobilius est quolibet individuo speciei imperfectioris. Quilibet enim homo nobilior est quolibet lapide, bruto, frutice, aliave quavis planta.

23. Species sunt sicut numeri 42.

24. Sublata causa, tollitur effectus. Hoc intelligendum est tantum de causa, a qua sola potest procedere effectus. E. g., sublata luce, dies non est. Quod si effectus ab hac, vel ab illa causa oriri potest, tunc sublata hac causa, effectus non tollitur. E. g., sublata pluvia, potest lapis madere. Et:

Posita causa, ponitur effectus. Nempe, posita causa necessaria cum requisitis conditionibus, sequitur effectus. Vel etiam, posita quacumque causa *actu secundo* efficiente, ponitur effectus, secundum illud iam explicatum: *Causa in actu simul est cum effectu in netu* 43. Vicissim:

Sublato effectu, aufertur causa, quod evidens ex se est; et:

Posito effectu, ponitur causa. Ponitur nempe *determinate* haec vel illa causa, si effectus ab ea tantum oriatur: *indeterminate* vero, si effectus a diversis causis gigni possit.

Circa quae effata id monere par est. Scilicet, si agitur de effectu iam producto, tunc tollitur effectus, si *destruatur causa introducens, et conservans,* non autem si *destruatur causa tantum introducens.* E. g.: ex eo. quod causa matrimonii est mutuus consensus, non sequitur ipsum dissolvi, desinente consensu. Nam α consensus vinculum illud introducit, non conservat, ct ideo, ipso desinente non

12 Vid. *Essentiae rerum sunt indivisibiles* (till. *E:* eff. 13).
43 Litt. C: eff. 3-

desinit 11 ». Item, *non removetur effectus, permanente, causa,* et ideo, *illo remoto, et haec removetur.* « Verum est de causa efficiente et conservante, non de efficiente tantum. Verum est etiam de existentia causae in ea dispositione, in qua producit effectum ». Quare, etsi baptismus *removeat ipsum originale peccatum ab homine,* non sequitur ul et *causam originalis peccati excludat ab ipso,* el ideo *bapiizatus non trasjundat in alterum originale peccatum.* Etenim neutro illorum modorum « remanet causa originalis, uve quia loedilas ipsa non est causa conservativa originalis, eum originale sit in anima separata, sive quia non remanet in ea dispositione, et intensione, secundum quam anima ex ipsa contrahit originale 15 ».

25. Sublata parte integrante, tollitur totum. Idest tolitur totum, quatenus totum *integrans* est, sed essentia non tollitur. E. g.: abscisso brachio, non manci amplius totus cl integer homo: sed manet adhuc homo. Effati autem ratio est, quia partes sunt causa totius. « Paries componentes, inquit s. Thomas, causant esse totius46 ».

26. Sublato actu, non tollitur potentia ,7.

27. Sublato universali, tolluntur particularia. Si enim non est animal, certe nec homo, nec equus, nec alia species animalis futura est Posito autem universali, ponitur aliqua eius pars subiecta '8.

28. Substantia est hoc aliquid. Scilicet substantiae sunt aliquid per se subsistens, et substantive exprimuntur, secus ac accidentia, quae solum significant *quale,* et exprimuntur *adiective:* « In alio esse, sicut accidens in subiecto, tollit rationem cius, quod est hoc aliquid 40 ». Id autem

S. Bonav., *In lib. IV Sent.,* Dist. XXVII, a. I, q.] *ad arg.* Et alibi (I. Est causa inducens, sed tamen non efficiens, nec conservans ct, hac cessante, non cessat effectus, sicut patet manifeste »; *In lib. II Sent.,* Dist. VII, p. I, a I, q. 2, *ad arg.* — Vid. litt. C: eff. 3.

[15] S. Bonav., *In lib. II Sent.*. Dist. XXXII, a. I, q. 2 *ad are*

[4G] *In lib. III Sent.,* Dist. VI, q. II, a. 3 *sol.* Vid. lilt. J: eff. 41.

[18] Vid. litt. P: eff. 6.

[49] *Qq. dispp.,* q. un. *De An.,* a 1 ad 9.

intelligendum est *principaliter* de substantia *prima;* haec enim revera subsistit, ct *minus principaliter* de substantia *secunda,* quia haec *ratione,* tantum subsistit: « Primae substantiae indubitanter hoc aliquid significant, secundae vero substantiae etsi videantur hoc aliquid significare, magis tamen significant quale quid 50 ». Patet etiam substantias *incompletas,* quae per se non subsistunt, non esse *hoc aliquid.* Anima autem humana, etsi sit forma corporis, ac proinde substantia incompleta, ita ut *sine corpore non perliniat ad complementum suae speciei,* tamen est *hoc aliquid,* quia *non sic dependet a corpore, quin sine corpore esse possit* 51. Est itaque anima humana *a* hoc aliquid, ut potens per se subsistere, non quasi habens in se completam speciem, sed quasi perficiens speciem humanam ut forma corporis: et sic similiter est forma et hoc aliquid 52 ».

29. Substantia non est in subiecto. Non est quidem in subiecto *inhaesionis.* Substantia enim differt ab accidente in hoc. quod alteri non inhaeret. Hoc modo neque *prima,* neque *secunda* substantia est in subiecto. At potest substantia esse in subiecto *praedicationis.* Sic enim substantia *secunda,* seu universalis, est in *prima* seu in singulari. de qua ut latius de angustiori, vel superius de inferiori essentialiter praedicatur 53.

30. Substantia non habet contrarium. Idest. substantia non potest esse alteri substantiae contraria. Porro hoc intelligendum est de substantia per se, et respectu sui. idest. ut substantia est. Contrariorum enim ea ratio et natura est. ut se expellant a subiecto 5l. At nulla substantia, quemadmodum paulo ante diximus, est in subiecto. Substantiae igitur sibi invicem contrariae, esse non possunt. Secus vero res se habet, si substantia spectetur, prout qualitatibus subiacel. Nam nihil vetat, quominus propter pugnantes qualitates una substantia alteri dicatur esse con-

[50] *Ibid.* C.

[ví] *Ibid,* ad 12.

[52] *Ibid.* Vid. liti. *Q:* eff. 28.

[53] Vid. hic: dist. 34.

[A] Vid. liti. C: eff. 20.

tvaria. Sic ignis contrarius est aquae, non qua substantia est, sed qua calidus, et siccus 55.

31. Substantia non suscipit magis et minus. Licet enim quaedam substantiae sint aliis digniores, ut homine, brutis, tamen in eo, quod sunt substantiae, non est una magis substantia, quam alia; neque eadem substantia, si conferatur cum scipsa, est magis, vel minus substantia. Hinc homo, si conferatur cum equo in eo, quod est substantia, non potest dici magis substantia, quam equus: neque vir adultus magis est substantia, quam infans5 . Item, una substantia potest esse magis substantia, quam alia, ratione eorum, quae substantiis, non quatenus sunt substantiae, sed *per accidens* conveniunt; e. g.: quatenus una est singularis, alia universalis, una ad primas propius accedit, alia longius ab iis abest; sed in ratione naturae el essentiae, nulla ima substantia magis est substantia, quam alia 57. Ratio autem huius effati perspicitur ex eo, quod substantia, immo quaelibet essentia habet *esse* indivisibile, et in puncto constitutum, idcoque gradibus destituitur, quorum respectu *magis et minus* dicitur. Unde essentiae rerum dicuntur esse instar numerorum, quibus nihil addi, aut detrahi potest, sine mutatione speciei 58. Ex hoc sequitur etiam, ut nulla *forma substantialis* recipiat *magis* et *minus*. Nam, « superadditio maioris perfectionis facit aliam speciem in numeris. Non est autem possibile, ut una et eadem forma numero sit diversarum specierum 50 ». Unde in formis « per hoc, quod una perfectior cxistit, quam alia 00 », differentia invenitur. Illud autem patet, quod s. Bonaventura monet, quod nempe, « quamvis forma substantialis secundum se non recipiat magis et minus, habet

53 « Substantiae quippe non per scipsas, sed per suas qualitates, sicut aqua et ignis, dicuntur sibi esse contrariae »; s. Aug., De *nat. ct grat.,* c. 54, n. 63.

36 Vid. s. Thoni., I, q. LXXVI, a. 4 ad 4; et q. XCIII, a. 3 ad 3. « Eadem et in hoc, et in illo substantiae ratio est »; s. Grcg. Nyss., *Contr. Eunom.,* lib. I.

38 Vid. litt. *E;* eff. 13.

39 I, q. (XVIII, a. 2 ad 2.

00 Contr. Gent., lib. Ill, c. 97. — Vid. lilt. *M:* eff. 2.

tamen intendi et remitti secundum esse ipsius in materia 61 ».

32. Substantia eadem numero manens est subiectum contrariorum. Substantiae nempe maxime proprium est, ut una eademque permanens suscipiat contrarias qualitates, non quidem ita ut simul actu eas in se habeat, sed per vices. E. g. : eadem manus modo frigida, modo calida est, ct idem homo, qui nunc aeger est, potest esse sanus, et qui nunc sanus est, aeger iterum esse poterit. In quo effato saepe inculcat Aristoteles illa verba: *eadem numero permanens,* contra illos qui docebant singulares substantias omnino non esse, ob perpetuas mutationes ex contrariis ortas. Iam vero non omnis substantia contrariorum est capax: sed quaevis substantia admittit quaelibet contraria, sed tantum et quae cum substantiae natura non pugnant. nec eius proprietates essentiales evertunt. Sic in igne numquam inest frigiditas: item nec fel dulcedinem, neque nix atrorem suscipit.

33. Substantia univoce praedicatur de inferioribus. Convenit enim unicuique secundum unam eamdemque rationem. Inde probatur substantiam non posse esse genus, in quo Deus et creatura conveniunt 62. Haec proprietas non cadit nisi in substantiam secundam; nam prima, cum git singularis, ideoque inferius se nihil agnoscat, de subiecto *praedicatione ordinata* dici non poterit 63.

34. Superiora in entibus sunt perfectiora inferioribus. Scilicet entia superiora, illa nempe, quae sunt propinquiora ct similiora Enti *per essentiam,* seu Deo. plura ct perfectius participant ex bonitate Divina, (line, ea, quae in inferioribus continentur *deficienter, partialiter* et *multipliciter,* in superioribus continentur *eminenter,* et per *φκιηκlαπι totalitatcm* et *simplicitatem*

61 In lib. 11 Sent., Dist. XIII, a. II. q. 2 *ad arg.*

« Vid. litt. *A·,* dist. 30.

ω Quid sit praedicatio *ordinata,* vid. litt. /*: dist. 41. I, q. LVII, a 1 c.

35. Superioris naturae gradum inferior appetoœ non potest. Hoc effatum ita a s. Thoma perbelle evincitur: « Est unicuique naturale desiderium ad conservandum suum esse, quod non conservaretur, si transmutaretur in alteram naturam. Unde nulla res, quae est in inferiori gradu naturae, potest appetere superioris naturae gradum; sicut asinus non appetit esse equus; quia si transferretur in gradum superioris naturae, iam ipsum non esset 65 ».

36. Superius non patitur ab inferiori, v Habet veritatem in his, inter quae non est naturalis colligantia >: quare haud inde colligi potest animam non posse pati a corpore, « cum naturalis colligantia sit animae ad corpus 60 ».

37. Supremum infimi attingit infimum supremi; te/. Infimum sUpremi attingit supremum infimi. Hoc effatum ita explicatur: In duabus entium seriebus, quarum altera est superior, altera inferior, atque unaquaeque continet entia, quae certum includunt ordinem, illud ens, quod supremum est in serie inferiori proximum est enti, quod infimum est in serie superiori: « Inferior natura in suo summo attingit ad aliquid infimum superioris naturae 07 ». Et vicissim illud ens, quod infimum est in serie superiori, proximum est enti, quod supremum est in serie inferiori. E. g.: homo, qui supremum obtinet gradum inter creaturas sublunaree, est infimus inter creaturas supernas; et infimum inter bruta animantia est proximum supremo inter vegetabilia. Qua in re monet s. Thomas, « illud, quod est superioris naturae, non posse esse in inferiori natura perfecte, sed per quamdam tenuem participationem; sicut in natura sensitiva non est ratio, sed aliqua participatio rationis, in quantum bruta habent quamdam prudentiam naturalem °8».

65 1, q. LXIII, a. 3 c.
or' S. Bonav., *In lib. II Sent.,* Dist. XXXI. a. II, q. 2 ad
67 *On- dispp.. De Ver.,* q. XV. a. 1 c.
68 *Ibid.*

Distinctiones.

1, Tactus: quantitatis - virtutis. *Tactus quantitatis* est ille, quo unum coniungitur cum altero, ita ut eorum partes sibi invicem adhaereant. *Jactus virtutis* est ille, quo aliquid in aliud operatur, « Secundo modo corpus potest tangi a re incorporea, quae movet corpus I ».

2, Tempus - Aevum - Aeternitas. *Tempus* est meniura durationis rei omnino variabilis, seu metitur res corruptibiles, quae in perpetuo fluxu sunt. *Aeternitas* est mensura durationis rei omnino invariabilis, et secundum substantiam, el secundum durationem. *Aevum* medio medo se habet, nam est mensura *esse* invariabilis, quod tamen variationem secundum operationem admittit. Qua in re haec duo. monere par est: 1° Etsi aternitas Dei sit *duratio.* quatenus duratio secundum sui rationem permanentiam in esse, ac proinde aliquam perfectionem significat; tamen potius nomen *possessionis,* quam *durationis* in eius definitione adhibetur, in qua, secundum Boetium, dicitur esse. *Interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio.* Nam « duratio dicit quamdam distensionem cx ratione nominis: et quia in Divino *Esse* non debet intelligi aliqua talis distensio, ideo Boetius non posuit durationem, sed possessionem, mctaphysice loquendo ad significandum quietem Divini *Esse:* illud enim dicimur possidere, quod quiete et

' I, q. LXXV. o. 1 ad 3.

plene habemus; et sic Deus possidere vitam suam dicitur, quia nulla inquietudine molestatur [2] ». 2° Aeternitas Dei tamquam realis mensura *Esse* Divini habenda non est, tum quia Deus non esi realiter mensuratus, tum quia realb mensura realem distinctionem inter mensuram et mensa* ratum assumit, quae profecto inter aeternitatem et Esse Dei non existit Quocirca ratio mensurae convenit aeternitati secundum apprehensionem nostram, quatenus non possumus apprehendere aeternitatem, nisi per aliquam proportionem et similitudinem et mensuram; cum fundamento tamen in re, quia aeternitas est unitas; et unum, aicnlo Aristotele, « est mensura omnium, et ad unum reducitur omnis mensura [1] ».

3. Terminative - Subiective

4. Terminorum: ascensus - descensus. Terminorum *ascensus* dicitur de eo argumentationis genere, in quo a particularibus ad universalia, vel a minus universalibus ad magis universalia progredimur. E. g.: hic homo est animal, et iste homo est animal, ct ille pariter etc.; ergo omnis homo est animal. Terminorum *descensus* e contrario dicitur de eo arguendi modo, in quo lit progressio quaedam ab universali ad singularia. E. g., omne grave tendit deorsum.

5. Terminus: appellans - appellatus. *Appelions* dicitur ille, cui aliquid apponitur, puta Cicero. *Appellatus* est ille, qui hoc ipsum, quod apponitur, enunciat; puta magnus orator.

6. Terminus: Categorematicus - Syncategorematicus - mixtus. Terminus *categorematicus* est ille, qui per se sufficit ad subiectum, vel praedicatum in propositione significandum; ut homo, lapis, coelum. *Syncategorematicu** est ille, qui per *se* neque subiecto, neque praedicato significando sufficit, sed solum alteri iunctus; unde est velut

? Sent' Disl· vni' Φ H, a. 1 ad 6.
; S'4" Disl· XIX' Π- h a. 1 ad 4.
2 V› c. 6, ct lib. X, c. 1.
5 Vid. litt. S: dist. 27.

aliorum pedissequus. Eiusmodi sunt: *hic, aliquid, omnis, nullus,* etc., qui non nisi *aliqualiter* significare dicuntur, seu, ut s. Thomas inquit, « important ordinem praedicati ad subiectum [6] ». Terminus *syncategorematicus* solet etiam vocari *signum,* quia per ipsum dignoscitur quantitas propositionis. Denique *terminus mixtus* est ille, qui in utrumque resolvitur, puta *nemo,* qui idem est ac *nullus homo,* Iam aliquando eadem vox potest *categorematice* et *syncateporematice* adhiberi. E. g.: vox *solus categorematice* significat *solitarium; syncategorematice* « excludit omne aliud suppositum a consortio praedicati, sicut cum dicitur, solus Sortes scribit, non datur intelligi, quod Sortes sit solitarius, sed quod nullus sit ei concors in scribendo, quamvis cum eo multis existentibus [7] ».

Hinc sanctus Doctor monet hanc vocem *solus in Divinis* posse accipi *syncategorematice,* ut si dicamus solum Deum esse aeternum, at non *categorematice,* siquidem nomen *solitudinis tolleret consortium Trium Personarum* [8]. Et s. Bonaventura: « Ad illud, quod quaeritur, utrum *(solus)* teneatur syncategorematice, vel prout est nomen importans formam denominantem, ut idem sit solus, quod solitarius; dicendum quod syncategorematice [9] ».

7. Terminus: connotativus - absolutus [10].

8. Terminus formalis - Terminus denominationis. *Terminus formalis* in aliqua actione est illud, quod proprie

quod per actionem accipit novam denominationem E. g.: motus est terminus *formalis* actionis causae moventis: ipsum autem corpus motum est terminus *denominationis.*

9. Terminus: impertinens - pertinens. *Impertinentes* sunt termini, qui ad invicem sic se habent, ut nec repugnet inter se, nec se in recta consequentia inferant, ut album, iustum; haec enim non repugnant inter se. quia

6 1. q. XXXI, a. 3 c.
' *Ibid.*
« I, q. XXXI, a. 2 c.
' Jn *lil·. 1 Seat..* Dist. XXL a. I. q. Π *ad arg.*
10 Vid. *Absoluta - Connotative* (litt. *Az* dist. i.

possunt uni et eidem inesse; nec se mutuo inferunt; siquidem quia hoc est album, haud consequitur esse iuslum; item quia est iustum, non consequitur esse album, cum alterum sine altero esse possit. - *Pertinentes* sunt, quorum alter alteri repugnat, ut album et nigrum, homo et equus; vel, quorum unus alterum infert, ut homo, risibilis.

10. Terminus: primae - secundae intentionis 11.

11. Terminus: qui - quo 12.

12. Terminus: a quo - ad quem - cui 13.

13. Terminus: secundum quantitatem - secundum essentiam. *Terminus quantitatis* est « sicut punctus lineae ». Terminus *secundum essentiam rei* est α sicut ultima differentia, ad quam finitur essentia speciei. Unde illud, quo.d significat essentiam rei, vocatur diffinitio, vel terminus; et sic dicitur unumquodque finiri per illud, quod determinat, vel contrahit essentiam suam sicut natura generis, quae de se est indifferens ad multa, finitur per unam differentiam 14 ».

14. Terminus: univocus - analogus - aequivocus

15. Totaliter - Partialiter. 1' *Totaliter,* seu *adaequate* res accipitur, cum secundum omnes suas partes coniunctim sumptas accipitur. *Partialiter,* seu *inadaequate,* si secundum aliquid sui intelligitur. E. g.: facultas sentiendi pertinet ad hominem *adaequate,* prout nempe anima et corpore constat, non vero *inadaequate* inspectum. 2° Obicctum *totaliter,* nempe *adaequate,* vel *partialiter.* idest *inadaequate* ad aliquam potentiam, vel habitum re*ferri potest;* de quo vid. *Obiectum adaequatum - inadaequatum* 1C.

16. Totum: absolute - per comparationem ad partes. « Totum, inquit s. Bonaventura, sive totalitas uno modo

u Vid. *Intentio: prima - secunda* (litt. /.· dist. 25).
12 Vid. *Ut quo · Ut quod* (litt. *Q:* dist. 10).
13 Vid. litt. *A:* dist. 37.
14 S. Thom., *In lib. I Sent.,* Dist. XLII1, q. 1, a. 1 *sol.*
Vid. *Analogice · Aequivoce - Univoce* (litt. *A:* dist. 301.
16 Litt. *O:* dist. 3.

dicitur absolute, et sic Lotum idem est quod perfectum. Alio modo dicitur totum per comparationem ad partes. I et sic dicitur totum, quod habet partem et partem, sive partes. Primo modo bene est ponere totalilalem in Deo; secundo, non: nec etiam partialitatem. Non totalitatem, quia aufert simplicitatem; non partialitatem, quia tollit perfectum: neutrum, quia tollit aequalitatem summam 17 ». I Quare, cum dicitur, *tota Trinitas,* totum accipitur pro perfecto: vel totum ibi accipitur privative; quia privat hoc quod est esse partem extra partem ls ».

17. Totum: homogeneum - heterogeneum. *Homogerwum* est illud, cuius partes sunt eiusdem nominis et rationis cum toto, v. g., aqua; quaelibet enim pars aquae est aqua, eique competit aquae definitio. - *Heterogeneum.* cuius paries sunt diversi nominis et rationis cum toto, v. g. homo; nam pes nec definitur homo, nec definitur sicut homo 19.

18. Totum: logicum - physicum. *Totum logicum.* quod etiam *universale* audit, est notio universalis, quae alias sibi subtectas habet, ut animal. Hoc proprie dicitur omne: σ Per hanc, ait s. Thomas, dictionem *omnis,* ratione distributionis importatur quaedam divisio subiecti, et multiplicatio ratione contentorum. Unde incongrue additur his, sub quibus non est accipere aliquam multitudinem suppositorum, ut terminis singularibus 2,1 ». Ipsum autem, ut docet idem Aquinas, « adest cuilibet parti secundum totam suam essentiam et virtutem, ut anijnal homini, et equo, ct ideo proprie de singulis praedicatur 21 » - *Totum physicum,* quod proprie dicitur *totum,* est aliquid singulare, quod ex partibus ipsis coalescit 22.

17 *In lib. I Sent.,* Dist. XIX, pars 2, a. 1, q. 1 *resol.*
18 *Ibid, ad arg.*
»» I, q. XI, a. 2 ad 2.
20 *In lib. I Sent.,* Dist. XXI, q- П, a. 1 ad 1.
=i I, q. LXXV1I, a. 1 ad 1.
22 « Inter omne et totum hoc interest, quod omne numerositate constat; totum autem ad partes refertur »; s. Isid., De *differentiis verborum,* lib. I, n. 206.

19. Totum: potf.ntiale - essentiale. *Totum* condole est quidquid constat ex genere el differentia. De hor toto loquitur s. Thomas, ubi ait: « Est etiam quoddam totum, quod dividitur in partes rationis, el essentiae, sicut diffinitum in partes diffinitionis 23 ». *Totum potentials* quod dividitur *in partes virtutis* 24, estque idcirco quodlibet ens, tui plures potentiae, seu facultates insunt, puta anima hominis. Hoc totum vero « adest singulis partibm secundum totam suam essentiam, sed non secundum totam virtutem. El ideo quodammodo potest praedicari dc qualibet parte, sed non ita proprie, sicut totum universale. Et per hunc modum Augustinus dicit, quod memoria, intelligentia, et voluntas sunt una animae essentia 25.

20. Totum: intégrale - substantiale. Sunt duae species totius *physici.* Totum *intégrale,* quod etiam *quantitativum* dici solet, est illud, quod habet partes extra partes, quarum alia ab alia separari potest. Huiusmodi est quodlibet corpus continuum, quod habet partes materia liter unitas. Hoc totum g non est in qualibet parte, neque secundum totam virtutem. Et ideo nullo modo de singulis partibus praedicatur; sed aliquo modo, licet improprie, de omnibus simul; ut si dicamus quod paries, tectum, et fundamentum sint domus 26 ». Totum *substantiale* esi quodlibet compositum ex materia et forma.

21. Totum: perfectibile - perfectivum - perfectum. *Totum perfectibile* dicitur genus: *perfectivum,* differentia; *perfectum,* species. Nam, ut ait s. Thomas27, genu? exprimit de re id quod est in ea materiale, ct communius; differentia id quod est in ea formale et actualius: species, utrumque.

22. Totum - Totaliter.]° Id dicitur *totum* esse in aliquo, quod ita in eo est, ut alibi non existât. E. g.: « to·

21 I, q. LXXVI, a. 3 e.
24 *Ibid.*
I. q. LXXVII, a. 1 ad 1.
Ibid. Cf quae de diversis spccicbus partium diximus (litt, *P:* diet. 1, 2. 3).
27 In 2'% q. I.XVH, a. 5 c.

:: iOS ;;

la natura ct species aquae in qualibet parte aquae est; et tota anima est in qualibet parte corporis [28] »; at non fo- *taliter;* non enim « animae nihil est extra hanc partem corporis; sed nihil est extra lotum corpus [29] ». E contra- rio, *quantum* neque *totaliter,* neque *totum* est in qualibet parte[30]. 2° Aliquid potest *totum* cognosci, quatenus nihil de eo latet; et non *totaliter,* quatenus perfecta ratione, qua in se sognoscibile est, non attingitur.

23. Totum - Totus. « Hoc nomen totus, aliquando tenetur ut signum, aliquando ut adiectivum. Secundum quod tenetur ut signum, sic distribuit in omnes partes, ut cum dicitur: totus Petrus est albus. Secundum quod accipitur ut nomen adiectivum, sic *totum* uno modo di- citur idem quod perfectum; alio modo idem quod babens partem et partem [31] ».

24, Transcendentaliter Praedicamentaliter

1, Talf additum **TAU FACIT MAGIS TALE,** Hoc est, si sit aliqua qualitas in **subiecto, et similis ei** adiungatur, subiectum fiet magis **tale; ut si lignum sit** calidum, et adiungatur alius ligno calor, fiet magis calidum [x]. Circa (juod effatum haec duo adnotamus: Γ Ipsum verum est. dummodo accessio et additio illa sit propria et homogenea. Ita bono additum bonum bonitatem auget, et melius facit.

[28] *Contr. Cent.* lib. IV. c. ‹›7.
[29] *Qq. dispp.,* q. un. De *An* a. 10 ad 3
[.10] *Contr. Cent.,* loc. vit., et , -i. VIII. 2 ad 3.
[31] S. Bonav., *In lib.* O*/ Seal* . I)i>t. XXII dub. 2.
[32] Vid. litt. P: dist. 30.

' Vid. litt. B: ‹ ff. 3.

At si accessio sil diversi generis, potest rem depravare ct vitiare; uti patet in virtutibus, ubi excessu peccatur'. *2°* Quoad qualitatem propositionum effati vis nulla cet. Nani, si propositioni neganti aliam adiungas negationem, non fiet propositio magis negans; etenim duae negatione* uni acquipoÜent affirmationi.

2. Talis est modus operandi, qualis essendi, et \/· cissim 3.

3. Talis est potent ia, qualis est essentia 4.

4. Tonus bonum est bonum partium 5.

5. Totius et partium eadem est ratio. Porro evidens est lioc effatum non accipiendum esse quoad totum *heterogeneum. Nulla* enim partium hominis est homo, neque aliqua partium pedis est pes °. Quoad autem totum *homogeneum, effatum* significat partibus separatis eamdem cum toto definitionem convenire; pars enim aëris est aer. et pars aquae est aqua; at vero non illud etiam significat, omnia quae dicuntur de toto, partibus quoque convenire; non enim si tota aqua est bicubita, etiam pars eius talis est 7.

6, Totum denominatur a proprietate Partis. Hoc verum est, quando illa proprietas nullo modo nata est convenire, nisi parti illi, sicut crispitudo capillis, et claudicatio pedi 9 ». Unde, « homo nullo addito, dicitur crispus». E contrario, « quantum ad illas dispositiones, quae natae sunt parti, et toti convenire, non denominatur totum a parte simpliciter, sed addita parte; ut, cum dicitur homo albus secundum capillqs, nec hoc proprie, sed figurative per synecdochen ».

Ex quo sanctus Doctor inferi Christum non posse dici

2 Vid. liu. *B:* eff. 3.
'* Vid. lilt. *M:* eff. 17.
1 Vid. litt. P: eff. 17.
Vid. lilt. *B:* eff. 16.
c Vid. hic: dist. 17.
1- *r* V?L.o· Thon'" l''n. III» a. 7 c., et q. XI, a. 2 ad 2. - Cf. litt. *C: c(T. 12.*
« /n *lib. Ill Sent.,* I)jst XI> q. a> 2 ad 4

creaturam. Nam « cum creatio naturae et personae nata sit convenire » eo quod humana natura Christi sit creata, non potest dici de Christo quod sit creatura, *a* nisi fiat additio, ut si dicatur, *secundum hominem,* vel *secundum quod horno;* et tunc etiam tropica est, et figurativa..., sicut et haec, *Aethiops est albus secundum dentem 9 ».*

7, Tria omnia sunt. Hoc effato nihil aliud significatur, nisi « perfectio ternarii, qui est numerus omnis rei, utpote habens principium, medium, et finem, ut dicitur in 1° *De Coelo 10* ». Fusius s. Bonaventura: « Numerus iste ternarius habet in se primam perfectionem; quoniam primus numerus est, qui constat ex omnibus partibus suis, scilicet unitate et dualitate, quae simul iunctae faciunt tria... Item summa perfectio est in eo, quia unitas, quae est principium et completio omnis numeri, reflexa supra se reduplicatione perfecta quadrata, solido quadrato triplicatur secundum rationem, remanens una secundum unitatem; ut si dicatiu· semel unum, semel... Similiter, si consideretur numerus iste in quantitate continua, habet in se primam perfectionem, et summam. Primam, quia omnis quantitas habet principium, medium, et ultimum. Summam, quia perfectio quantitatis continuae suprema consistit in trina dimensione, scilicet longitudine, latitudine, et altitudine; et hoc est, quod dicit Philosophus in priucipio *de coelo et mundo.* Omne enim perfectum in tribus dicimus, et hoc numero adhibuimus uosmetipsos magnificare Deum unum creatorem omniczi, eminentem proprietatibus eorum, quae sunt creata. Similiter, si consideretur iste numerus in creatura, habet in se primam perfectionem, et summam. Primam, quia trinitatem vestigii contingit reperire in qualibet creatura, quantumcumque parva, quantumcumque minima. Perfectam, quia secundum trinitatem imaginis reformatam, et Dei formam attenditur summa et nobilissima perfectio creaturae, scilicet bealitudo 11 ».

« *Ibid.,* a. 3 *sol.* · Viti. liu. *D:* eff. 5; litt. S: dist. 17.
10 3, q. LIU, a. 2 c. « Quo numero *(tria)* significatur perfectio »;
f Aug. De *Serin. Dorn, in monte,* lib. I, c. 19, ɳ. 61.
it *hi lib. ! Sent..* Dist. II, a. I, q. 4 *resol.*

U

Distinctiones.

1. Ubi: CIRCUMSCRIPTIVUM - DEFINITIVUM [1].

2. Unio - Compositio. « Unio, ait s. Bonaventura, dicit compositionem duorum in tertio, sive constituantur ad constitutionem tertii, sive non. Compositio vero dicit conjunctionem aliquorum, ita quod veniunt ad constitutionem tertii; et omne tale aliquo modo est materiale respectu alterius. JEt ideo compositio semper dicit imperfectionem in componentibus, unio vero non ». Exinde infert sanctus Doctor Naturam Divinam *non posse alteri componi, sed posse alteri uniri* 2.

3, Unitas: quantitativa - transcendentalis. *Unitas transcendentalis,* vel *metaphysica* est *indivisio rei in se. et a quovis alio divisio.* Huiusmodi unum convertitur cuni *ente*13; si enim ens in plura divideretur, non esset amplius *ens,* sed *multa entia.* « Unum, ad res ait s. Thomas, non addit supra ens, nisi negationem divisionis, non quod significet ipsam indivisionem tantum, sed substantiam eius cum ipsa; est enim unum idem quod ens indivisum 4 ». Nempe *unitas* primario significat entitatem rei, secundario negationem divisionis. E. g.: « unum dictum de horni-

1 Vid. *Circumscriptive* ▮ *Definitive* (litt. C: dist. 11).
2 *In lib. IIT Sent., Dist. I, q. I,* a. 1 *ad arg.*
3 « Nihil est esse, quam unum esse »; s. Aug. *De. mor. Munich.,* lib. U. c. 6, ŋ. 8.
4 I, q. XL a. 1 c., et *Qq. dispp.. De Pot.,* q. IX, a. 7 c.

ne significat naturam, vel substantiam hominis non divisam [5] ». Ex quibus patet *unitatem transcendentalem* opponi multitudini, *per modum privationis ut indivisum diviso*;* ubi enim est unum, non est multitudo, et ubi sunt multa, non est unum. Haec multitudo, cui opponitur unitas *transcendentalis,* dicitur *numerus transcendentalis,* qui quidem numerus non est aliquid distinctum ab ipsis entibus, sed consistit in ipsis entibus coniunctim sumptis: « Cum dicuntur res multae, multitudo sic accepta significat res illas cum indivisione circa unamquamque earum 7 ». Quare haec multitudo « nihil addit supra res multas, nisi (fistinctionem, quae in hoc attenditur, quod una earum non est alia; quod quidem non habent ex aliquo superaddito, sed ex propriis formis ». Unde vocatur etiam *multitudo intrinseca* - Unitas autem *quantitativa* est aliquid, quod oritur in quantitate ex unione partium ipsius; ita ut. nbi quantitatis partes invicem uniuntur, faciant unum: sin dividantur, faciant plures unitates, seu *numerum quantitativum;* siquidem hic « fit per divisionem continui [10] ». E. g.: si partes baculi sunt imitae, est unitas in baculo: fin dividantur, oriuntur plures unitates 11. et fit numerus *quantitativus,* qui quidem numerus ponit *quoddam accidens additum supra ens* 12. Quocirca imitas *quantitativa* opponitur multitudini, seu numero, ut *mensura mensurato.* Unde numerus definitur, *multitudo mensurata per unum 13* ».

Hisce theoriis utitur sanctus Doctor, ut ostendat *in Divinis* non praedicari « unum ct multa, quae pertinent ad genus quantitatis; sed unum, quod convertitur cum ente, et multitudo ei correspondons 14 ».

» I. q. XXX, a. 3 c.
I. q. XL a. 2 c.
7 J, q. XXX, a. 3 c.
8 *Qq. dispp., De Pot.,* q. IX, a. 7 c.
' *Ibid.,* q. Ill, a- 16 ad 3.
'° *Ibid.*
" Vid. *Multitudo constituitur ‹› unitatibus* (litt. V/; eff. 26).
'2 I, q- XXX» a. 3 c.
13 I, q. XI, loc. cit.
ɲ *De Pol., q.* IX- a. 7 c.

4. Unitas: simplicitatis - compositionis. Si ens est indivisum non modo *actu,* sed *potentia,* dicitur unum unitate *simplicitatis;* et, prout magis, vel minus ad actum accedit, est magis vel minus simplex unum. Hinc Deus, qui est actus purissimus, maxime unus, simplicissimusque est: « Illud, in quo nulla est compositio partium, nulla dimensionis continuitas, nulla accidentium varietas, nulli inhaerens, summe et vere unum est. Et inde est, quod sua unitas est principium omnis unitatis, quia illud, quod est maximum, est principium in quolibet genere, sicut maxime calidum omnis calidi 15 ». - Si vero ens *actu* quidem est indivisum, sed tamen *potentia* est divisibile, dicitur unum unitate *compositionis;* veluti homo, qui unus est, constat tamen ex anima, et corpore. Quia vero ipsum ens compositum non existit, quamdiu componentia sunt divisa, existit vero, cum uniuntur , perspicuum est *esse* cuiuslibet rei in *unitate* consistere 16, et unumquodque ita *custodire* unitatem, sicut *custodit* suum *esse 17.*

5, Unitas: per se - per accidens. Si ens vel omnis compositionis est expers, vel componentia sunt substantialia; et se habent, ut actus et potentia, veluti anima et corpus, vel eadem componentia unicam subsistentiam habent, quemadmodum evenit in Christo 18,19ens est unum *per se.* - Si autem componentia substantialia non se habeant ut actus et potentia, habeantque distinctam existentiam, ut unus acervus lapidum, unus populus, una civitas, unus grex etc. ; vel compositio non sit in linea substantiali, sicut est compositio ex subiecto et accidentibus, ens dicitur unum *per accidens* 10. Unitas *per se* a s. Bonaveu-

15 *In lib. I Sent.,* Dist. XXIV, q. I, a. 1 *sol.*

10 h q- Xi, d. 1 c. « Quae non sunt simplicia, concordia partium imitantur unitatem, et in tantum sunt, in quantum eam assequunlur »; s. Aug. *De mor. Man.,* lib. II, c. 6, n. 8. Et alibi, *De vera Relig.,* <. 34: « Nec corpus ipsum esset, nisi unum esset ».

17 Vid. litt. B: eff. 17.

18 Vid. s. Thom., 3, q. II, a. 4 c., et *Qq. dispp.,* q *de Unione Verbi Incarnati,* a. 3 c.

19 Vid. *In lib, V Met.** lect. iVIl sqq.

lura *constitutiva,* unitas *per accidens collectiva* nuncupatur xo.

6. Unitas: generica - specifica - numerica. Cum unum significet *ens indivisum,* tot erunt unitates, quot sunt divisiones. Iam vero res praecipue dividuntur ad invice vel genere, ut lapis ab homine: vel *specie,* ut leo ab equo; vel *numero,* ut Petrus a Paulo. Igitur tres existunt unitates, quarum illa, quae negat divisionem generis, dicitur *generica;* quae negat divisionem speciei, dicitur *specifica;* quae negat divisionem numericam, dicitur *numerica,* seu *individualis.* Hinc sunt *unum genere* ea, quae conveniunt m eadem ratione generica. *Specie,* ea quae in eadem definitione, conveniunt. Ea, quae sunt una genere, vel specie, dicuntur etiam *formaliter una,* hoc est quoad essentialem conceptum. Denique singularia quaeque, sive individua sunt unum *numero.* Sola *unitas individualis* est realis unitas; nam singularia tantum in rerum natura existunt. Unitates autem *generica* et *specifica,* nisi eis accedat unitas *individualis,* non sunt *a parte rei* perfectae unitates, sed solum negationes diversitatis. E. g.: natura Petri et Pauli dicitur una, non quia ponit in utroque eamdem entitatem, sed tantum quia negat specificam diversitatem. Hinc s. Thomas: α Quae sunt indivisa respectu alicuius vel generis, vel speciei... non dicuntur simpliciter unum; sed unum vel in genere, vel in specie..., et quod est simpliciter indivisum, est simpliciter unum, quod est unum numero 21 ».

Porro, illud, quod unitatem *numericam constituit,* seu illud, per quod in eadem specie unum ab altero differt, vocatur *principium individuationis.* De hoc principio quaestio valde implexa penes Scholasticos versatur. Horum diversas sententias, diversaque argumenta omittimus 22, ne ab huius opellae proposito deflectere videamur. Illud tantum innuimus, Thomistas omnes in hanc concurrere sententiam, substantiarum unitatem et multiplicationem uu-

2° *In lib. Ill Seni.,* Dist. IV, a. II. q. 2 ad arg.

2» *In lib. I Sent.,* Dist. XXIV, q. I, a. 1 *sol.*

22 Vid. de his Sanseverino, *Elementa seu Instit. Phil. Christ.. vol* II. *Ontol..* c. HI, a. 2. p. 105 sqq.. cd nov.. Neapoli 1885.

mericam repetendam non esse ex forma: siquidem « differentia, quae a forma procedit, inducit diversitatem speciei 23 », sed a materia: atque rursus non cx materia communi et indeterminata, sed a materia *signata quantitate* 2': hoc est cum ordine ad certas dimensiones, vel clarius ex materia affecta ct divisa per quantitatem in diversas partes habentes diversum situm. Itaque forma determinat materiam communem, ut sit haec vel illa species 25*; quo sensu dicitur: *Forma dat esse rei* 20; materia autem talis, seu cum ordine ad certas dimensiones, efficit, ut forma individua sit, et incommunicabilis. Exinde haec duo inferunt: 1J Substantiae spirituales, quae ad coniunctionem sui cum corporibus naturaliter destinantur, nempe animae humanae, individuae sunt per ordinem ad corpora, ad quae destinantur; et quia etiam a corporibus separatae, ordinem dicunt ad eadem corpora, etiam separatae, remanient individuae. 2° Substantiae mere spirituales puta Angeli, cum neque in seipsis materiam habeant, neque ad coniunctionem sui cum materia destinentur, sunt seipsis individuae, et singulae differunt specie. Quapropter in qualibet specie Angelorum unus tantum numero Angelus est possibilis; fieri enim non potest, ut sint duae eiusdem speciei formae sine materia, e. g., duae albitudines 27* Cum autem Deus summe simplex sit, et actus purissimus, est seipso maxime unus25; sive « Divina Bonitas et Esse individuatur ex ipsa sui puritate, per hoc scilicet, quod ipsa non est recepta in aliquo 29 ».

7. UNUM - Aliquid. « Dicitur *aliquid* quasi aliud quid, unde sicut ens dicitur unum, in quantum est indivisum in se, ita dicitur aliquid, in quantum est ab aliis divisum '30 ».

23 *Contr. Geni.,* lib. 11, c. 93.
21 Vid. liti. Jist. 6.
25 Vid. lift. F: dist. 12.
26 Vid. litt. F: eff. II.
27 I, q. L, a. 4.
28 I, q. XI. a. 4.
29 *In lib. De Causis,* lett IX
30 0q- *dispp., De Ver.,* q. I. a. 1 c.

8, Unum - Unicum. *Unicum* dicitur id praeter quoi aliud similis essentiae non datur. Unde patet non omne unum esse *unicum.* Petrus, e. g., imus est homo, sed non *unicus;* plura quippe dantur similis essentiae supposita. Mundus est *unicus,* quamquam possint esse plures; Deus autem est natura absolute *unicus,* quia contradictionem implicat plures esse Deos.

9, Universale - Commune. Universale, inquit s. Thomas, non est idem, quod commune; differunt enim, quia commune *quantum est de se.* non determinat, an id, quod communicatur pluribus, sit idem numero, vel non; sed universale hoc determinat, quia numquain universale est idem numero in pluribus. Quocirca *in Divinis* essentia potest dici communis, non autem universalis 31. « Essentia universalis non est eadem numero in suis inferioribus, •ed fecundum rationem tantum. Essentia autem Divina est eadem numero in pluribus personis 32 ».

10, Universale: complexum - incomplexum. *Universale complexum* est vel propositio universalis, ut, omne lotum est maius sua parte; vel quidquid parit multiplicem conceptum in mente, ut definitio, puta animal ratione praeditum. *Universale* autem *incomplexum* est illud, quod unicum in mente parit conceptum, qui tamen recipere potest multa, cuiusmodi est natura humana, quae recipit omnia individua, de quibus praedicari potest.

11, Universale: in causando - in repraesentando - IX SIGNIFICANDO - in ESSENDO. *Universale in causando* appellatur illud, quod licet sit unum, tamen potest efficere multa. Hoc dicitur etiam *causa universalis,* quae nempe non est determinata ad unum *specie* effectum producendum, sed varios *specie* effectus producere potest 33. - *Universale in repraesentando,* quod dicitur etiam *universale ad rem,* est unum multorum formas referens; ut idea artificis plures repraesentans domos; vel « formae rerum in mente An-

01 *ln lib. ! Sent.,* Dis!. XIX- q. IV. a. 2 ad 2.
12 *Ibid., sol.*
>3 Vid. lilt. *C:* dist. 8.

gelica existentes 31 ». - *Universale in significando* est vel signum universale, ut omnis, nullus: vel vox multa divisim significans sive *univoce,* ut vox homo, sive *aequivoce.* ut vox taurus etc. - *Universale in essendo,* seu *in praedicando* est unum aptum inesse multis, seu unum aptum praedicari de mullis, puta natura humana. « Universale, inquit B. *A*lb. M., est quod, cum sil in uno. aptum natum est esse in pluribus. Et per hoc, quod in mullis per aptitudinem est, praedicabile est de illis. Et sic universale est, quod de sua aptitudine est in multis, et de multis05 n. Alii tamen *universale in essendo* ita interpretantur, nt ipsum aliud sil ab *universali in praedicando.* Docent enim illud esse ideam Platonicam, ex cuius participatione singularia essentiam suam mutuari finguntur, ita ut separatim ab iis, in quibus est communis, existât. At falso; nam « quod est commune multis, non est aliud praeter Socratem, Platonem, et alia animalia, nisi intellectu, qui apprehendit formam expoliatam ab omnibus individnantibus ct specificati tibus 16 ».

12. Universale: metaphysicum - logicum. *Universale melaphysicum,* quod etiam *directum* appellatur, est unum abstractum a mullis, seu natura sine individuis considerata. - *Universale logicum,* seu *reflexum* est unum respiciens multa, idest unum com nat atum ad plura, tamquam superius ad sua inferiora. Unde *universalitas logica* non quidem in abstractione a singularibus *formaliter* consistit, sed in eo quod ilia natura abstracta pluribus attribui posse cognoscitur. De universali *metaphysico* loquitur s. Thomas, ubi inquit: « Quod abstrahitur a materia individual], est universale37 »; et de universali *logico,* cum passim docet naturam fieri universalem, *per intentionem universalitatis: quatenus nempe cognoscitur, ut participabitis ah inferioribus.*

In lib. II Sent . Dist, III, q. III. a. 2 ad 1.
35 *De Praed.,* tract. II. ‹.].
30 *Contr. Gent.,* lib.. I. c. 26, ŋ. i.
37 I. q. I.XXXVI, a. 1 c.

13, Usus - Electio - Consensus. Cum voluntas sit vel finis, vel mediorum a*, tres enumerantur actus illius eliciti circa finem, scilicet volitio, intentio, fruitio, qui actus sunt iidem cum amore, desiderio et gaudio. *Gaudium,* seu *fruitio* versatur circa finem obtentum, seu circa bonum praesens; *desiderium,* seu *intentio* circa finem obtinendum, seu circa bonum absens; *amor* et *volitio* circa finem et bonum, abstrahendo ab eius absentia, vel praesentia. Quibus ex adverso respondent odium, timor, *el* tristitia circa malum. Tres item sunt actus voluntati- eliciti circa medium, scilicet *electio, consensus, usus. Electione* voluntas praefert et amplectitur unum medium prae aliis: *consensu* approbat indicium intellectus circa illud medium; *usu* applicat potentias ad exeeutionem.

14. Ut quo - Ut quod ‘°.

15, Ut sic - Absolute. 1° *Ut sic* res spectari dicitur, quando consideratur sub certo respectu: vel secunda quaedam adiuncta 11. E. g.: praemium essentiale, quod *aurea* dicitur, absolute est maius, quam praemium accidentale, quod dicitur *aureola* at quia *aureola* non cuilibet datur, sed tantummodo illis, qui sunt in statu perfectionis, ipsa ut *sic,* seu *quantum ad statum habentis* est maior4J. Ita etiam *actus virtutis elicientis ipsum* indicatur ex se, seu absolute bonus: *ut sic* autem, nempe ex *adiuncto,* potest esse malus; e. g., si fiat propter pravum finem. *ut dare eleemosynam propter vanitatem:* vel *cum murmure et impatientia.* Quo modo « deformat diabolus actum credendi, quia cum murmure, et impatientia, ei displicentia illius, quod credit, movetur in actum illum; et ita credendo peccat, non unia credit, sed quia non eo modo, quo

38 Vid. s. Thom., 1· 2«, q. VIII, a. 2.
39 Quinam sint actus *eliciti,* vid. litt. *A:* dist. 22.
40 Vid. *Quo - Quod* (litt. *Q:* dist. 10).
11 Vid. *Absolute - Modaliter* (litt. *A:* dist. 8l.
Quid significetur his vocibus, explicatum est litt. I: dist. II.
43 Vid. s. Thom., *In lib. II Sent.,* Dist. λ III. q. 1 a. 2, *sol* 1 ad 2.

credere debet, credit 41 ». 2° Saepe indicat sensum *reduplicativum.* E. g.; homo *ut sic,* seu quatenus homo, est ratione praeditus 4S.

u
Effata.

1, Ubi non est totum et pars, aut totum sumitur, aut nihil. Hoc est: Ens simplex nullam agnoscit realem separationem partium; id quod evidens ex se est. Hinc quidquid de ipso enunciatur *a parte rei,* numquam de aliqua parte intelligi potest. Dicitur a *parte rei,* quia etiam in ente simplicissimo distinctio *rationis* admittitur. Potest etiam hoc effato illud significari, quod simplex aut totum cognoscitur, aut nihil: « Quidditates simplices vel totaliter non attinguntur, et nihil intelligimus de eis, vel cognoscuntur, ut sunt 1 ». Quare « in rebus simplicibus, in quarum diffinitionibus compositio intervenire non potest, non possumus decipi, sed deficimus in totaliter non attingendo 23». Sen « in simplicibus... quilibet error totaliter excludit cognitionem rei ° ». E. g.: « quicumque errat circa Deum, non cognoscit Deum; sicut qui credit Deum esse corpus, nullo modo cognoscit Deum; sed apprehendit aliquid aliud loco Dei 4 ».

2, Ubi terminatur operatio prioris potentiae, ibi incipit operatio sequentis. E. g.: « sensus terminatur ad imaginationem... et intellectus in termino imaginationis incipit, quia phantasmata accipit pro obiecto 5 ». Item.

14 S. Bonav., *In lib. II Seni.,* Dist. VII, pars 1, a. I, q. 2 *ad arg.*
15 Vid. litt. *R:* dist. 8.

1 I. q. LV1II, a. 5 c.
2 *Ibid.,* q. LXXXV, a. 6 c.
3 *Contr. Genl.,* lib. III. c. 118, n. 3.
‘ *Ibid.*
5 *Ibid.,* Dist. XXVIII, q. III, a. 1 *sol.*

« ubi terminatur operatio intellectus, ibi incipit operatio affectus ° ».

3, Ubi unum propter alterum, utrobique unum 7.

« Hoc intelligitur, quando illud, propter quod aliquid participat aliquam proprietatem, est tota ratio illius participationis 8 ». Ob hanc rationem Caro Christi unita Divinitati adoranda est adoratione latriae: « Sicut tenere equum et fraenum non est plus, quam equum, sic adorare Deum et carnem non est plus, quam adorare Deum ’ ». Insuper, « hoc verum est. si sit ibi unum propter alterum, quod non queat separari; sed cum separatur, iam non remanet unum 10 ». Ob hanc aliam rationem, « cum Caro Christi numquam est separata a Verbo, ideo semper consideranda est ut coniuncta, et semper adoranda est latria 11 ». E contrario, etsi proximus diligatur propter Deum, tamen potest non esse unus actus, quo diligitur Deus, et proximus: « nam sic potest homo affici circa Deum, quod nihil cogitet de proximo: sic etiam potest affici circa proximum, quod tunc non afficiatur erga Deum 1_ ». Denique « differt dicere unum propter alterum, et unum per alterum. Quia ubi est dicere unum per alterum, est ponere duo, quorum alterum est sicut efficiens, alterum sicut instrumentum: et non est verum quod efficiens possit tantum per se. quantum potest cum instrumento. Quod autem dicitur, ubi unum *propter* alterum, verum est, cum loquitur de unitate obiecti, ubi *propter* dicit uti causam formalem, ut video colorem, quia lucidum, et amo vinum, quia dulce ‘a ».

4. Ultima rei perfectio est eius operatio. Distinguendum est duplex *ultimum* rei: « unum, quod est in re, et aliud, quod est extra rem; sicut in corporibus ultimum

6 *Qq. dispp., De Ver,* q. X, a. 11 nd 6.
7 Vid. lilt. *Q:* eff. 17.
8 S. Bonav., *In lib. Il Sent.*. Dist. XL, a. 11, q. 1 *ad are.*
’ *In lib. IIlSent.,* Dist. IX, dub. 3.
10 *In lib. IVSent.,* Dist. IX, a. I, q. I *ad arg.*
11 *In lib. IIlSent.,* Dist. IX, a. I, q. 1 *resol.*
>2 *Ibid.,* Dist. XXVII, a. II, q. 3 *ad arg.*
13 *In lib. IV Sent.,* Dist. XXVIII, a. I. q. 4 *ad arg.*

in corpore est superficies corporis contenti; utinium extra est locus, qui est superficies corporis continentis H ». Iam « ultimum cuiuslibet rei in seipsa est ipsa rei operatio, propter quam res est 15 »- Nam « unumquodque in tantum perfectum est, in quantum est actu. Manifestum est autem, quod operatio est ultimus actus operantis; unde et actus secundus a Philosopho nominatur... Et inde est, quod res unaquaeque dicitur esse propter suam operationem lfi ».

5. Ultima perfectio rei est coniungi suo principio. Intelligitur de *ultimo quod est extra rem:* « Ultimum cuiuslibet rei extra seipsani est principium, a quo res habet esse ». Et sane, sicut res eo imperfectiores sunt, quo magis a suo principio distant, e. g., corruptibilia sunt imperfecta, *propter nimium distare a primo;* ita *complentur, et firmantur per coniunctionem ad suum principium.* Ex quo effato intelligitur Deum *habere rationem ultimi finis perficientis 17.* —

6, Unibile omne est profortionabile. Quod a s. Bonaventura explicatur hunc in modum: « Dicendum, quod verum est, si intelligatur de proportione, quae attenditur in convenientia ordinis IR. Si autem intelligatur de proportione, quae est in commensuratione quantitatis, veritatem non habet, pro eo quod si aqua maris infinita esset, adhuc posset spongia immergi, sicut nunc immergeretur, et uniri. Et ideo sufficit ad unionem proportio, quae surgit ex convenientia ordinis. Et talis convenientia est inter creaturam rationalem et Deum, pro eo quod natura rationalis, co ipso, quod est imago Dei, nata est ordinari ad Ipsum immediate 10 ».

Hinc minime repugnat naturam Divinam in mysterio Incarnationis cum humana uniri, etsi nulla sit inter eas proportio secundum *commensurationem.*‡1

11 S. Thom., *In lib. /r Sent.,* Disl. VIH, q. I, a. 1, *sol.* 1 ad 4.
'5 *Ibid.*
,6 1‘ 2“p, q. ΠI, a. 2 c.
17 *In lib. IV Sent.,* toc. cil.
18 Vid. lilt. P; dist. 68.
'' *In lib. Ill Sent.,* Dist. I, a. 1, q. 1 *ad arg.*

7, Unitatem ab eodem res desumit, a quo desumit SUUM ESSE. Siquidem ens ct unum convertuntur: quaelibet enim res est una per suam entitatem 20. Unde ab eodem res habet, ut una sit. a quo habet, ut sit. Et quoniam quaelibet res per formam habet, quod sit ens 21, per formam quoque habet, quod sit una.

Hinc \ italistae refutantur, qui plures animas in uno homine admittunt. Equidem homo unus, quemadmodum reipsa est, dici non posset, si plures in eo essent animae ".

8, Unius potentiae unus est actus 23.

9, Unius rei unica est definitio 2‘.

10, Uniuscuiusque rei natura ex eius operatione OSTENDITUR 25.

11, Universale aut nihil est. aut posteriur est. Hoc Aristotelis effatum explicandum est, quatenus universalia, licet habeant fundamentum in rebus, tamen actu non existunt, nisi in intellectu, qui vim suam super singularia exercens, notiones universales sibi comparat ·'*. Unde universale abstractum a rebus, dicitur esse ipsis *posterius2'.* « Universale... habet relationem unius rationis ad omnia inferiora, in quibus est per unam rationem: eo quod ipsum in actu et intellectu uno modo est in omnibus, et hoc modo in intellectu uno modo est in omnibus, et hoc modo in intellectu est secundum hoc esse; et nihil est in inferioribus in natura secundum hoc esse; sed est posterius cis, quia non est in eis, nisi quia per intellectum uno modo est in omnibus abstractum 28 ». Illud tamen monere

20 Vid. hic: dist. 3. A
2» Vid. lilt. F: eff. 11.
22 Vid. litt. *A:* eff. 30. Cf Sunseverino, *Elementa seu Inst. Phil. Christ.,* vol. III, pars 1, c. HI, a. 4 sqq., p. 98 sqq. Neapoli 1885.
23 Vid. *Agens unum, in quantum est unum, non producit, nisi* unum (lilt. *A:* eff. 49).
2» *Definitiones sunt diversae, si res sint diversae* (litt. D: eff. 3).
25 Vid. *Modus operandi sequitur modum essendi* (lilt. *M:* eff. 17).
20 Vid. s Thom., passim.
27 *jn lib. II Sent.*. Diet. HI. q. HI. a. 2 ad 1.
2« Alb. M.» *Posl.,* lib. II, tract. V, ‹·. 3.

est cum eodem Aquinate, quod nempe, « si sit aliquis intellectus a rebus cognitionem non accipiens, universale ab eo cognitum non erit abstractum a rebus, sed quodammodo ante res praeexistens, vel secundum ordinem causae, sicut universales rerum rationes sunt in Verbo Dei; vel saltem ordine naturae, sicut universales rerum rationes sunt in intellectu Angelico 29 ».

12, Universale est per se incorruptibile 30 ».

13. Universale est semper et ubique. Potest aliquid dici esse semper, et ubique, vel quia eius natura expostulat, ut in omni tempore et loco sit; vel quia eius natura non expostulat, ut in aliquo certo tempore, aut in aliquo certo loro sit, sed ad quodlibet tempus, et ad quemlibet locum indifferens sit. Iam hoc altero sensu dicitur universale esse *semper* et *ubique:* « Dicendum quod aliquid esse semper et ubique, potest intelligi dupliciter. Uno modo, quia habet in se, unde se extendat ad omne tempus, ct ad omnem locum; sicut Deo competit esse ubique et semper. Alio modo, quia non habet in se, quo determinetur ad aliquem locum, vel tempus... Et per hunc modum quodlibet universale dicitur esse ubique et semper, in quantum universalia abstrahuntur ab hic et nunc. Sed ex hoc non sequitur ea esse aeterna, nisi in intellectu, si quis sit aeternus θ1 ». Hinc, universale « esi semper, in Intellectu Divino 32 ». Insuper universale « est semper, quia est quandocumque est suum singulare; sicut etiam dicitur esse ubique, quia est ubicumque est suum singulare 33*». Quoniam vero singularia sunt diversa, *universale est ubique, sed non, secundum idem esse* 31, ita ut, quemadmodum subdit s. Bonavcnmra, « quamvis sit in omnibus singularibus, tamen secundum aliud et aliud suppositum, ct ita numera-

29 h.Q- I·X» Λ· 3 ad 1. - Vid. hir: dist. 1J.
30 Vid. *Per se · Per accidens* (litt. *P:* dist. 13).
31 I, q. XVI, a. 7 ad 2.
32 Qq. dispp.. De Pot., q. V, a. 9 ad 16.
Ibid. · Vid. Alb. M.. *lie. cit.* c. 7.
3 ' I. q. VIII. a. 4 ad 1.

turn35 ». Atque, «cum mulla loca sint, ubi sua singularia non sunt, nec ibi est universale ° ».

14. UNIVERSALITER REM COGNOSCERE EST PERFECTIUS COGNOSCERE. Istud effatum, secundum s. Thomain, hanc habet sententiam : « Cognoscere aliquid in universali dicitur dupliciter: Uno modo ex parte rei cognitae, ut scilicet cognoscatur universalis natura rei. Et sic cognoscere aliquid in universali est imperfectius; imperfecte enim cognosceret hominem, qui cognosceret de eo solum, quod est animal. Alio modo ex parte medii cognoscendi. Et sic perfectius est cognoscere aliquid in universali; perfectior enim est intellectus, qui per unum universale medium potest singula propria cognoscere, quam qui non potest 3T ».

15. Uno absurdo dato, sequitur alterum. Quod solet hunc, in modum explicari: Modica trangressio principio a veritate discedentibus in fine fit longe decies millies maior. Exemplum esto de iter agente, qui errat in principio itineris; el ideo quo magis pergit, eo magis in errore perseverat. Sic primus error in principiis fit maximus in fine. Hinc s. Thomas: « Ille gravissime ignorat, et periculosissime errat, qui errat circa principia as ». El alibi: « In quolibet genere pessima est principii corruptio, ex quo alia dependent 39 ».

16, Unius tantum est unum proprium. Evidens est hoc effato non illud significari, in qualibet rc unam tantum esse proprietatem: sed potius unum non posse esse stricte proprium duorum specie et natura differentium. Nemo enim *proprium* appellat id, quod potest aliis inesse '°. Sane, *proprium* essentiam speciei necessario consequitur41; atqui essentia non nisi uni tantum speciei convenire potest.

35 In lib. l Sent., Disl. XXXVII, a. II. q. 1 *resol.*
36 S. Thoni., De *Pol.,* loc. cit.
3' 1, q. LV, a. 3 ad 2.
38 Q(l· dispp., De *Malo.* q. III, a. 13 c.
39 25 2a<?, q. CLIV. a. 12 c.
<> Vid. liti. *P:* dist. 74.
Vid. lilt. *A;* dist. 16

quia est illud, quo una species ab alia differt; ergo proprium nonnisi uni tantum speciei convenire potest.

17. Unumquodque agit, secundum quod est actu

18. Unumquodque cognoscibile est, secundum quod est in actu 42*

19. Unumquodque, dum est, necessario est. Sermo hic est de necessitate *hypothetica* 14. Si enim ponatur aliquid esse, necesse est, ut sit. alioquin idem simul esse, el non esse posset.

20. Unumquodque est propter suam operationem45*47

21. Unumquodque imperfectum causatur a perfecto 16.

22. Unumquodque naturaliter suo modo esse desiderat '7. Ex hoc effato s. Thomas egregie infert substantiae incorruptibilitatem. Eo enim posito, sic arguit: « Desiderium in rebus cognoscentibus sequitur cognitionem. Sensus autem non cognoscit esse, nisi sub hic et nunc; sed intellectus apprehendit esse absolute, et secundum omne tempus. Unde omne habens intellectum naturaliter desiderat esse semper. Naturalem autem desiderium non potest esse inane. Omnis igitur intellectuali substantia est incorruptibilis ls.

23. Unumquodque tantum habet de bono, quantum habet de esse. Veritas huius effati profluit ex eo, quod bonum et ens convertuntur l9.

42 Vid. lilt. *A:* eff. 46.
13 Vi<i. *Nihil cognoscitur, nisi secundum quod est in actu* (litt. -V: eff. 16·.
4* Vid. lift. *A:* dist. 7.
15 Vid. *Ultima perfectio rei est eius operatio* (hic: eff. 4).
10 Vid. *Perfectum est prius imperfecto* (litt. P: eff. 3).
47 Vid. litt. *B:* eff. Jl.
I, q. LXXV, a. 6 c.
40 Vid. litt. *B:* dist. 1.

Distinctiones.

1, Veritas: in essendo - in cognoscendo - in significando. *Veritas in essendo* est convenientia rei cum intellectu. a quo, tamquam a causa, ipsa res pendet. Hoc sensu res naturales dicuntur *verae,* quatenus conveniunt Intellectui Divino, idest illas habent proprietates, quibus a sui Auctore donatae sunt. E. g: lapis dicitur verus lapis, cum assequitur propriam lapidis naturam, secundum eius exemplar, quod est in Divino Intellectu Cami autem fieri nequeat, ut res naturales Intellectui Divino non sint consentaneae, sequitur, ut nulla in eis falsitas esse possit. Eodem sensu res artificiales dicuntur verae, quatenus intellectui artificis respondent. E. g: domus aliqua dicitur vera, si conveniat cum intellectu architecti, qui illam concepit 2. Hinc scientia Dei est *mensura rerum,* quaternis « unumquodque in tantum habet de veritate suae naturae, in quantum imitatur Dei scientiam, sicut artificiatum, in quantum concordat arti ° ». Veritas in *cognoscendo* est convenientia rei cum intellectu, ad (piem *per accidens* ipsa res refertur, seu cum intellectu, a quo res cognosci potest 4. I nde verae dicuntur cognitiones nostrae,

1 Vid. s. Thom., I. q. XV I. a- 1 c-
2 *Ibid.*
I, q. XIV, a. 12 ad 3.
4 I. q. XVI, a. 1 c.

w res, quales revera suul, exhibent ά. Porro in huiusmodi definitione inspicitur veritatis *in cognoscendis ratio formalis, nempe* id, quod eius essentiam constituit, atque suh hoc *respectu clarius* definitur: *Adaequalio rei et intellectus, quatenus intellectus dicit esse, quod est, et non esse, quod non est.* « Veritas, inquit s. Bonaventura, venit ex concordia intellectus ad reni cognitam; haec autem concordia non est aliud, nisi adaequatio rei, et intellectus Quod si illius *fundamentum,* nempe ens, quod cognoscitur, vel *effectus,* nempe cognitio, quae consequitur ex atlaequatione rei et intellectus, spectetur, tunc aliae de ipsa veritate occurrent definitiones. Scilicet secundum *fundamentum* delinitur; *Veritas est id quod est.* Secundum *effectum: Veritas est qua ostenditur id quod est.* Denique veritas *in significando,* quae *moralis dici* solet, vel *materialiter, vel formaliter usurpari* potest. Primo sensu est convenientia signorum cum rebus ad quas patefaciendas destinantur; seu *aequalitas signi ad rem signatam* 7. Altero sensu potius *veracitas* dicitur, atque est convenientia signorum, cum eo quod est in mente, a qua convenientia si quis recedat, mendax dicitur. Iam vero veritas *in cognoscendo logica* audit; veritas autem in *essendo* vocari assolet *metaphysica vel transcendentalis;* quippe quae convenit omnibus entibus, cum sit ipsa entitas rei, prout haec dicit ordinem ad intellectum. Scilicet, sicut bonum *transcendantale* est ipsum ens, quatenus exprimit convenientiam ad appetitum 8; ita verum *transcendentale est* ipsum ens, quatenus exprimit convenientiam ad intellectum. Exinde haec colliguntur: 1° Verum, licet convertatur cum ente, tamen ab eo differt *ratione, (juin addit supra ens comparationem ad intellectum 9. 2° Res* dicuntur verae per ordi-

·' Haec est enim veritatis definitio, firma eius, quod est, intellectio; faisitas enim phantastica quaedam est circa id, quod non est comprehensio, quasi subsistat quod non est. Veritas autem est eius, quod vere est, firma intellectio »; s. *Greg.* Nyssen., *De vita Mosis.*

6 Zn *lib. 1 Sent.,* Dist. XXXVIII, a. II. q. 1 *ad arg.*
2a 2»«, q. CIX, a. 1.
ᵝ Vid. litt. *B-.* dist. 1.
ᵞ *I, q. XVI,* a. 3 c.

nfni ad intellectum, praecipue Divinum, qui est prima rejula aliorum, et a quo, tamquam a sua mensura et principio. ree dependent. 3° Veritas principalius in intellectu, quam in rebus repcritur, ita ut si omnis *intellectus, quod* at *impossibile, intelligeretur auferri, nullo modo veritahs ratio remaneret 10.*

2. Via: compositionis - resolutionis

3, Virtualiter · Eminenter - Formaliter 12

4, VIRTUALITER - REALITER - FORMALITER. Obtinent hae wcesin distinctione plurium inter se 13.* *Virtualiter* autem jocum quoque habet in distinctione quantitatis *virtualis i* quantitate *dimensiva* 1'; tactus *virtualis* a tactu *physi*ω L, *immédiationis virtualis* ab *immediatione suppositi 16.* insuper *virtualiter* aliquid in alio existere, idem est, ac exi-'tcre in *potentia subiectiva* 17: vel etiam idem *ac implici*ter «».

5. Visionis scientia - Simplicis intelligentiae. Dicuntur de scientia Dei. Porro scientia *risionis* denominatur respectu eorum, quae actu sunt, vel erunt, vel fuerunt. Ium enim in aeternitate Dei differentia praeteriti et futuri non adsit, Deus ea omnia intuetur, seu videt tamquam *actu* praesentia. *Simplicis intelligentiae* dicitur respectu eorum, quae sunt mere possibilia, quae nempe neque actu sunt, neque erunt, neque fuerunt I

6, Voces: connotativae - absolutae [20]

io *Qq. dispp., De Ver.,* q. 1, a. 2.
Vid. *Processus: conipositivus · resolutivus* (lilt. P: dist. 63).
12 Vid. lilt. F: dist. 19.
13 Vid. litt. F: dist. 24.
M Vid. litt. *Q:* dist. 3.
15 Vid. litt. *T:* dist. 1.
It Vid. litt. /: dist. 3.
Vid. litt. *A-.* dist· 20.
ts Vid. lilt. F: dist. 8.
19
29 Vid? *Absolute · Connotative* (litt. *A:* dist. 4).

VOCES: PRIMAE INTENTIONIS - SECUNDAE INTENTIONIS

Volitio - Intentio - Fruitio 21.

9, Voluntas - Liberum arbitrium. *Voluntas* et *liberum arbitrium* non sunt duae diversae potentiae, sed una, et eadem, sive *appetitus in bonum ratione apprehensum;* eum hoc tantum discrimine, quod ipsa dicitur *voluntas,* prout fertur in finem: *liberum arbitrium,* prout fertur in ea, quae sunt ad finem. Nihil enim aliud est liberum arbitrium, quam *vis electiva:* electio autem non est de fine, sed de iis, quae sunt ad finem. Inde exoritur distinctio inter *velle* et *eligere. Velle* enim, inquit s. Thomas, proprie dicitur « de fine, qui propter se appetitur. *Elieere* autem est appetere aliquid propter alterum consequendum: unde proprie est eorum, quae sunt ad finem 23 ». Quod si idem sanctus Doctor aliquando doceat *liberum arbitrium esse facultatem voluntatis et rationis* 24, non illud intelligit, liberum arbitrium esse potentiam distinctam a voluntate *et* ratione, sed tantum vult ostendere, liberum arbitrium, quo homo est dominus suorum actuum, et quo actiones proprie dicuntur humanae, esse per rationem et voluntatem 25.

10. Voluntas: signi - beneplaciti. Adhibetur haec distinctio respectu voluntatis Dei. *Voluntas* nempe *beneplaciti* est actus interior eiusdem Divinae voluntatis, fhia-22

21 Vid. *Intentio: prima - secunda* (litt. /· dist. 25).

22 Vid. litt. *U:* dist. 13.

23 I, q. LXXXII1, a. 4 c. « Voluntas finis est; electio vero et propositum eorum quae sunt ad finem. Finem igitur esse aiunt, quod voluntati subiectum est. sive id quod volumus, ut est sanitas: ad finem vero id de quo consilium capimus, cuitismodi est parandae sanitatis modus w: s. Maxim., *Opuscula theologica et polemica, D<' voluntate non simpliciter.*

24 1“ 2e", q. I. a. 1 c.

1 « Electio ac propositum est appel itionis, et consilii iudicii- que concursus. Appetendo enim primum consultamus, seu deliberamus, exindeque indicamus, ac cum indicaverimus, quod ex iudieii libra praestantius visum est, id ei, quod deterius est, praeoptamus o; s. Maxim., *()p. cit.. De naturali voluntate.*

re voluntas huiusmodi *formaliter* est in Deo. *Volunitu to signi* est voluntas Dei improprie dicta, sen est signum exterius, per quod Deus se aliquid velle significat. Nam sicut in hominibus quaedam signa sunt, quae eorum voluntatem aperiunt, quaeque ipsa voluntas appellari solent; ita in Deo *metaphorice* dicitur *voluntas signi* illud signum exterius, (pio suam voluntatem manifestam facit.

Ut darius id intelligatur, prae oculis habenda est s. Thomae doctrina, quaedam nempe Deo tribui *proprie,* quaedam autem *metaphorice.* Ita de Deo aliquas humanas allectiones praedicamus non *proprie,* sed tantum *metaphorice,* scilicet ad ostendendum a Deo illos effectus produci, qui a nobis produci solent, cum illis affectionibus commovemur. E. g.: siculi homines, cum ab ira moventur, punire consuescunt, ita ad significandum Deum punire, dicimus Eum iratum esse. Item, sicuti nostram voluntatem per aliqua signa exprimere solemus, i'a *metaphorice* dicimus in Deo *voluntatem* illud, quod in nobis est signum voluntatis. Sed hoc distat inter voluntatem, et humanas affectiones, quod hae. cum in se imperfectionem involvant, numquam de Deo proprie dicuntur; voluntas vero aliquando etiam *proprie* de Deo praedicatur. Distinguenda igitur est in Deo voluntas *proprie,* et *metaphorice* (licta. Voluntas *proprie* dicta vocatur *voluntas beneplaciti:* voluntas autem *metaphorice* dicta vocatur *voluntas signi,* quae est vel operatio, vel permissio, vel prohibitio, vel praeceptum, vel consilium quia hisce signis nos aliquid velle declaramus 20. Insuper « sciendum est quod haec voluntas signi tribus modis se habet ad voluntatem beneplaciti. Quaedam enim est voluntas signi, quae numquam incidit in idem cum voluntate beneplaciti, sicut permissio, quae permittit mala fieri, cum mala numquam velit; quaedam semper in idem incidit, sicut operatio: quaedam vero quandoque in idem incidit, et quandoque non. sicut prae-

26 I. q. XIX. aa. 11 et 12. « Ut ungeretur Saul in regem, fuit quidem voluntas Dei. sed non beneplacita, neque perfecta. Irascens enim populo, qui refutaverat Deum habere super se regem, eis hominem iussil instituti »; Origen., *In Ep. ad Rom.,* lib. IX. n. 1.

I.

ceptum, prohibitio et consilium [27] ». Nihilominus voluntas *signi* non semper quidem *incidit in idem* cum voluntate *beneplaciti;* at vero semper eoniungitur cum aliqua voluntate *beneplaciti;* licet non semper coniungatur cum ea, quam nos censemus. E. g: cum Deus praecepit Abrahamo, uf filium Isaac immolaret, putabat iste Deum velle eiusmodi sarcificium, dum tamen non erat haec in Deo voluntas *beneplaciti,* sed ut manifesta fieret Abrahami fides et obedientia. Item Deus permittit peccatum; Eius tamen voluntas *beneplaciti* non est peccatum, sed bonum, quod Ipse ex peccato sapientissime eruit.

11. Vot.UNTARIUM - Violentum. Communis pene omnes *voluntarii* definitio est: *Illud, cuius principium est ab intrinseco cum cognitione finis.* Itaque nomen *voluntarii* hoc proprie significat, quod motus ct actus fiat a principio interno, seu a propria illius, qui movetur, inclinatione. Additur, *cum cognitione finis;* ad hoc enim, ut actus, vel motus sit *voluntarius,* requiritur, ut procedat a principio perfecte intrinseco; seu ut agens habeat *in seipso principium sui actus, non solum ut agat, sed etiam ut agat propter finem* [28]. Ex quo fit, ut motus *voluntarii* a *motibus vitalibus* distinguantur. - *Violentum,* sive *coactum* est illud, quod oritur ab exteriori principio, contra voluntatis propensionem. Exinde haec sequuntur: 1° *Violentia absoluta* inferri quidem potest in actus a voluntate *imperatos,* quatenus « per violentiam impediri possunt exteriora membra, ne imperium voluntatis exequantur »; numquam vero in ipsum proprium voluntatis actmn, quatenus nempe hic a voluntate proficiscitur; secus ipse actus esset et non esset simul voluntatis [29]. Diximus, *violentia absoluta,* quae etiam *physica,* vel *compellens* vocari solet; ut intelligatur posse ipsis actibus voluntatis quamdam violentiam inferri. *impulsivam* nempe, seu *moralem,* quod evenit, dum minis, terroribus, suppliciis ad agendum ita inducimur, ut tamen eligendi ius nobis relinquatur. 2° Ex *violenti* defi-

[27] *Qq. dispp., De Ver* q. XXIII, a. 3 ad 6.
[28] 1“ 2*°, q. VI, a. 1 (
[29] *Ibid.,* a. 4 c.

nitione colligitur, ut « cum actio infertur ab aliquo exteriori, manente in eo, qui patitur, voluntate patiendi, non iit simpliciter violentum: quia licet ille, qui patitur, non conferat agendo, confert tamen volendo pati. Unde non potest dici involuntarium ». *Violentum* et *coactum* promiscue adhiberi solent, at magis proprie *violentum* est, quod oritur ex principio extrinseco contra naturam [31]; - *coactum* contra voluntatem [32].

12. Velle: antecedenter - consequenter [33].

13. Velle - Nolle - Non velle. *Velle* diversimode opponitur *non velle* et *nolle.* Scilicet *nolle* significat voluntatem aliquod obiectum fugere; *non velle* significat eam aliquod obiectum neque amplecti, neque fugere. Ex qua distinctione sequitur ut *nolle,* non vero etiam *non velle* efficiat *involuntarium.* Ad hanc distinctionem spectat quod ait s. Thomas: « Non velle dicitur dupliciter: uno modo prout sumitur in vi unius dictionis, secundum quod est infinitum huius verbi: Nolo. Unde sicut cum dico: Nolo legere, sensus est: Volo non legere; ita hoc quod est: Non velle legere, significat: Velle non legere: et sic non velle causât involuntarium. Alio modo sumitur in vi orationis, et tunc non affirmatur actus voluntatis: et huiusmodi non velle non caussat involuntarium [34] ».

14. Volontarium: elicitum - **IMPERATUM [33].**

15- Voluntarium: imperfectum - perfectum. Oritur huiusmodi distinctio ex imperfecta, vel perfecta cognitione finis, quae ad *voluntarii* essentiam, ut iam diximus, requiritur. Porro *voluntarium perfectum* lorum habet, cum cognitio huiusmodi est. ut *non solum apprehendatur res quae est finis, sed etiam cognoscatur ratio finis et proportio eius quod ordinatur ad finem ipsum.* Itaque voluntarium perfectum est illud, quod dicitur ex cognitione, quae

[30] 1η 2Λβ, q. VI, a. 5 ad 2.
[31] Vid. *Motus: naturalis - violentus* (lilt. M: dist. 19) Cf s. Bonav. *in lib. I Sent.*. Dist. VI, a. I. q. 1 *resol.*
[33] Vid. litt. /i: dist. 34
1“ 2Λβ, q. VI, a. 3 ad 2.
Vid. liti. *A:* diet- 22.

attingit finem non solum *materialiter,* sed etiam *formaliter,* seu ut non solum eius bonitas apprehendatur, sed etiam eius merita perpendantur, atque cum mediorum utilitate conferantur. Voluntarium huiusmodi spectat ad sola agentia, quae intellectu pollent Contra, *voluntarium imperfectum* quod a nonnullis dicitur *spontaneum,* procedit cx cognitione, *quae in sola finis apprehensione consistit sine hoc, quod cognoscatur ratio finis, et proportio actus ad finem;* nempe ex cognitione, quae non pervadit *rationem formales* finis, eius cum mediis proportionem perpendendo. Hoc modo *spontanei* sunt actus *appetitus sensitivi,* ideoque tribuuntur etiam brutis 'T.

Hic abs re non erit discrimen adnotare inter *appetitum naturalem, sensitivum* et *intellectivum* 3S, quod apertis verbis explicat s. Thomas, inquiens: « Est nempe quidam appetitus non consequens apprehensionem ipsius appetentis, sed alterius: ec huiusmodi dicitur appetitus naturalis. Res enim naturales appetunt quod eis convenit secundum suam naturam, non per apprehensionem propriam, sed per apprehensionem instituentis naturam. Alius autem est appetitus consequens apprehensionem ipsius appetentis, sed ex necessitate, non ex indicio libero: et talis est appetitus sensitivus in brutis, qui tamen in hominibus aliquid libertatis participat, in quantum obedit rationi. Alius autem est appetitus consequens apprehensionem appetentis secundum liberum indicium, et talis est appetitus rationalis, sive intellectualis, qui dicitur voluntas19 ». Exinde colligitur discrimen inter operationes humanas, ct operationes brutorum, atque rerum naturalium in co consistere, quod res naturales agunt absque indicio, bruta ex indicio, at non libero, homines cx indicio libero.

30 Hac ratione voluntarium a s. Damasceno post Aristotelem *(Eth.* lib. III, c. I› definitur: *Id cuius principium est in ipso agente, cognoscente singula »; De Fide,* lib. II, c. 14.

37 P 2M, q. VI, a. 2 c.

38 Vid. litt. /t: 35.

39 1' 2M, q. XXVI, a. 1 c. « Voluntas est mens appetendi vim habens et appetitus rationem sequens, in id, quod appetitur, tendens »; s. Iron. *Fragm,. Sermonis de Fide.*

Voluntarium: liberum · necessarium. *Voluntarium necessarium* est illud, ad quod voluntas naturaliter ordinatur, ita ut nequeat, ipsum ad suum nutum accommodare. Hoc modo ad voluntatem refertur ultimus finis, qui est beatitudo, seu bonum in communi, et ea quae in ipso includuntur, ut est conservatio sui, cognitio veritatis, etc. - *Voluntarium liberum* est illud, ad quod voluntas nulla vi interna impellitur, ita ut circa ipsum sui iuris sil, et indifferentia gaudeat, seu ita unum prosequatur, ut non sit necessario determinata ad ipsum prosequendum, sed potestatem retineat vel non prosequendi, vel prosequendi oppositum. In horum censu' veniunt bona particularia '. Hinc in actibus *voluntariis liberis* libertas *arbitrii;* in actibus *voluntariis necessariis,* libertas tantum a *coactione* exercetur 41.

17, Voluntarium: morale - physicum. *Voluntarium physicum* est illud, quod oritur ex voluntate ipsius percitae quae agit. *Morale* autem est illud, quod fit per procuratorem, cui ius nostrum commissum est vel a natura, vel a lege, vel a nobis.

18. Voluntarium: directum - indirectum. *Voluntarium directum* vel *secundum se* est illud, in quod voluntas proprie fertur. *Indirectum* dupliciter dicitur, nempe ici « secundum suam causam, quando voluntas fertur in causam et non in effectum, ut patet in eo. qui voluntarie inebriatur, ex hoc enim quasi voluntarium ei imputatur quod per ebrietatem committit »; vel « illud quod voluntas potuit prohibere, sed nou prohibet 12 ». lloc sen-u voluntarium *indirectum* a nonnullis dicitur *negativum.* Nani ‹ voluntarium dicitur, quod est a voluntate; ab aliquo autem dicitur esse aliquid dupliciter: uno modo directe, quod scilicet procedit ab aliquo, in quantum est agens, sicut calefactio a calore: alio modo indirecte, ex hoc ipso quod non agit; sicut submersio navis dicitur esse a guber-

« I, q. LXXVII, a. 1 ct 2.
Vid. litt. L: dist. 2.
12 1» 2*°, q. LXXXVII. a. 7 c.

natorc, in quantum desistit a gubernando 13 ». Neque cuiquam negotium facessat, voluntarium, sive actum voluntatis in negatione consistere. Nam « omissio est voluntaria non quasi actu voluntatis in ipsam transeunte, sed quia in voluntatis potestate est actum non facere, sicut ct facere; et ideo sicut actus dicitur voluntarius, quia est in potestate voluntatis, ita et omissio actus 44 ».

19. Voluntarium: simplex - mixtum. *Voluntarium simplex* seu *purum* est quod omnino et absolute volumus: *Voluntarium mixtum* est quod fit quidem ex voluntatis consensu, sed non sine aliqua repugnantia; uti confessio criminis vi tormentorum a reo extorta; proiectio mercium tempestuoso mari ad vitandum naufragium etc. Iam hujusmodi actus *hic et nunc,* « prout scilicet est impedimentum maioris mali, quod timebatur », est *simpliciter voluntarius;* sed *involuntarius secundum quid,* « idest prout consideratur extra hunc casum existons 45 »; siquidem « involuntarius est sub conditione, idest, si talis metus non immineret 46 ».

20. Voluntarium: virtuale - formale. *Voluntarium formale* est illud, quod procedit a voluntate per actum proprium. *Virtuale* autem est quod includitur in aliquo actu praecedenti, et ab eo consequitur. E. g.: dum quis iter facit, singuli gressus dicuntur voluntarii *virtualiter;* quia procedunt ex voluntaria, efficacique intentione, qua se commisit viae 47.

43 Ia 2™, q. VI, a. 3 c.
11 In lib. 11 Sent., Dist. XXXV, q. 1, a. 3 ad 5. Vid. etiam quae ad hanc reni attulimus in explicatione vocum *Directe · Indirecte* (litt. *D:* dist. 13).
45 1* 2ne, q. VTI, a. 6 *c.*
46 Ibid, ad 3.
47 Vid. litt. *1:* dist. 23.

Effata.

1, Velle rerum mutationes, aut contraria successive fieri, non est mutare voluntatem. Aliud nempe est mutare voluntatem, aliud velle aliquarum rerum mutationes. Tunc enim voluntas mutatur, cum incipit velle, quod prius non voluit, vel desinit velle, quod voluit. At potest aliquis, eadem voluntate immobiliter permanente, velle quod prius fiat hoc, et postea eius contrarium Quocirca, ex eo quod Deus fieri alternis vicibus diversa, immo opposita velit, nihil contra Eius immutabilitatem argui potest, siquidem illa successio et varietas non quidem ipsum actum voluntatis Dei spectat, sed effectus Divinae voluntatis.

2. Veritas rerum naturalium est posterior intellectu divino: prior intellectu creato. Intellectus enim Divinus est mensura entitatis et veritatis rerum, quippe quae dicuntur verae, quatenus consentiunt cum Ideis Divinis 2. Ergo veritas rerum naturalium posterior est Intellectu Divino. At res naturales sunt mensura veritatis nostrorum conceptuum, quippe qui dicuntur veri, quatenus consentiunt cum ipsis rebus \ Ergo veritas rerum est prior, quam veritas nostri intellectus '. Iam ex hoc ipso, quod res ipsae sint mensura intellectus nostri, atque earum mensura sint exemplaria Divini Intellectus, consequitur veritatem logicam, quae est obiectum nostri intellectus, ab ipsius intellectus aestimatione non pendere, sed in ipsa realitate rerunc, et ideo in immutabilibus exemplaribus Divini Intellectus fundamentum habere.

1 Vid. s. Thom., I, q. XIX. a. 7 c.
2 Vid. hic: diet. 1.
3 Vid. ibid.
4 Vid. 6. Thom., *Qq. dispp. De Ver.,* q. I, a. 2.

Hoc unum satis est, *ut refellantur* tum veteres Sophistae, qui veritatem logicam non esse absolutam, sed relativam, tum recentes progressus assertores, qui illam mutari et progredi contendunt: « Non enim ita ideo est in re, quia videtiu· nobis; sed magis quia ita est in re, verum est quod videtur nobis 5 ».

3. Veritas non suscipit magis et minus. Nempe, si accipiatur veritas prout est *adaequatio* rei et intellectus, non datur una veritas altera maior; nam ratio aequalitatis non suscipit magis ct minus °. Attamen si consideretur ipsum *esse* rei, in quo veritas fundatur, existit una veritas altera maior; quae enim sunt magis entia, sunt magis vera: « Cum veritas consistat in adaequatione intellectus et rei, si consideretur veritas secundum rationem aequalitatis, quae non recipit magis et minus, sic non contingit esse aliquid magis et minus verum; sed si consideretur ipsum esse rei, quod est ratio veritatis, eadem est depositio rerum in esse el veritate; unde quae sunt magis entia, sunt magis vera; ct propter hoc etiam in scientiis démonstratifs magis creduntur principia, quam conclusiones 7 ».

4. Verum et bonum convertuntur. Tum enim bonum, tum verum convertitur cum ente s. Ergo ipsum bonum convertitur cum vero, seu bonum et verum idem sunt *secundum reni.* Ea tamen differre *ratione* patet ex eo quod *bonum* respicit appetitum, *verum* autem cognitionem. Hinc sequitur ut veram *secundum rationem* sit prius quam bonum cognitio enim naturaliter praecedit appetitum 9. Circa hoc effatum Bonaventura advertit ipsum intclligendum esse *circa idem.* « Unde si res vera est bona; et si signum sit verum, est bonum; sed tamen non sequitur quod, si signum sil verum signatum, sive res sit bona: et ideo hic est fallacia accidentis: omne verum est bonum: sed illud furari est verum; ergo illud furari eet bonum: ex variatione minoris extremitatis. Verum enim praedicatur dc illo dicto ratione compositionis, cum sit dictio modali-, bonum verum ratione attributionis 1,1 ».

5, Verum non est vero contrarium. Nempe solum falsum repugnat vero. Ex hoc effato, quod evidens ex se esi. Theologi, duce s. Thoma, evincunt veritatem Fidei contrariam esse non posse illis principiis, quae ratio naturaliter cognoscit u. Ex eodem effato etiam consequitur, ut id, quod *simpliciter* est verum, numquam falsum esse posait; alioquin verum sibimetipsi repugnaret I2.

6. Veritate una vera sunt omnia. Quod effatum hoc modo explicandum est: Omnia quae sunt, si ad intellectum Divinum referantur, una veritate Divina vera sunt. Unus enim et simplicissimus est intellectus Divinus. At si veritas accipiatur prout ad intellectum creatum refertur, perspicuum est non omnia esse vera una veritate, quia intellectus creati sunt diversi, et unus intellectus pluribus actibus plure? veritates cognoscit 13. Si denique veritas *improprie* dicta consideretur, nempe si inspiciantur res. quae dicuntur verae, tunc statuendum est plurium rerum plures esse veritates, et unius rei unam esse veritatem. Res enim diversae sunt invicem, et unaquaeque carum est una: « Ratio veritalis in duobus consistit, in esse rei. et in apprehensione virtulis cognoscit nae proportionata ad esse rei. Utrumque autem horum, quamvis reducatur in Deum, sicut in causam efficientem et exemplarem, nihilominus tamen quae'libet res participat suum esse creatum, quo formaliter est. et unus* quisque intellectus participat lumen, per quod recte de indicat, quod quidem est exemplatum a lumine increato Habet etiam intellectus suam operationem in se, ex qua coin pletur ratio veritatis. Unde dico, quod sicut est unum Esse Divinum, quo omnia sunt sicut a principio effectivo exem-

5 *In lib. I Sent.,* Dist. XIV q. V, a. 2 ad 2.
6 « Una quippe est veritas, nec in partes divisa Ioann Chrysost., *In Matth . Hom.* XLVII. al. XLVU I, n. 2.
‘ *Qq. dispp., De Virtut.,* q. II, a. 9 ad 1.
s Vid. litt. *Ii* dist

l " *In lib. 1 Sent.,* Dist. XLVI, a. I, q. 1 *ad arg*
II *Contr. Gent.,* lib. I, c. 7.
12 « Varia, multiformis et confusa res est error, ventas autem una »; s. Ioann. Chrysost., *In Ep. ad Rom.,* f/οπι. Ill. η. I.
I. q. XVI. a. 6.

piari, nihilominus tamen in rebus diversis est diversum esse, quo formaliter res est; ita etiam est una veritas, scilicet Divina, qua omnia vera sunt, sicut principio effectivo exemplari; nihilominus sunt plures veritates in rebus creatis, quibus dicuntur verae formaliter 14.

7. Ex vfro numquam sequitur falsum, et ex falso non potest per sf. sequi verum. Siquidem quoad primum, verum non potest connecti, nisi cum vero; unde quidquid hire infertur ex vero etiam verum esse debet. Ea, enim, quae sunt eadem uni tertio, necesse est ut sint eadem inter se 15.16Hinc si in praemissis extrema cum veritate comparantur cum medio, in consequenti cum veritate secum connectenda sunt; ideoque si praemissae sunt verae, consequens necessario erit verum. - Quoad alterum, ex falso non potest *per se* sequi verum, seu falsum non potest esse causa veri: falsum enim est nihil, et ideo non potest producere veritatem. Attamen *per accidens* ex falso aliquando sequitur verum, quatenus nempe id, quod infertur ex falso, possit esse verum aliunde, non propter ipsum falsum; sive sequitur verum ex falso, non prout est huiusmodi, sed prout conceditur tamquam verum, ita ut ex concesso falso sequatur verum, non quidem tamquam ex causa veritatis, sed illationis: nempe, ut loquitur s. Augustinus, *non ex veritate sententiarum, quae, cum falsae sint, nullae sunt, sed ex veritate connexionis* 10. E. g., in hoc syllogismo: Omnis lapis est animal: sed homo est lapis; ergo homo est animal: consequens est verum, et tamen praemissae sunt falsae. Cuius ratio est. quia ea, quae sunt eadem inter se, non debent esse eadem cum omni tertio; unde licet falsum sit duo extreina con·

11 *In lib. I Sent.,* Dist. XIX, q. V, a. 2 *sol.* « Et si quidem recte consideremus, potestate una est virtus; accidit autem ut ca cum his quidem insit rebus, dicatur prudentia, in aliis autem animi magnitudo, vel iustitia. Eadem autem ratione, cum sit una quoque veritas, in Geometria, Geometriae veritas; in Musica autem, Musicae; et in recta Philosophia fuerit Graeca veritas »; Clem. Alex. *Strom.,* lib. T, n. 20. Et Origenes: « Nec mirum est, si veritas, cum sit ima, multas quasi veritates ab illa dicamus effluere»; *In Ioann.,* c. VI. n. 2.

15 Vid. lilt. *E:* eff. 2.

16 De *f)oclr. Christ.,* lib. II, c. 31 et 32.

cltisionis esse eadem cuidam uni tertio, poterunt tamen esse eadem inter se.

8. Violentum non est perpetuum. *Violentum* dupliciter dicitur, primo, ex parte termini; secundo, non solum ex parte termini, sed ex parte principii, quod illum terminum producere potest. Primo modo violentum vocatur illud, quod caret aliquo bono, ad quod naturalem inclinatione habet, sed in lota natura non est aliquod principium, cuius virtute possit obtinere illud bonum. Hoc sensu dicitur caecus violenter detineri sine potentia videndi, et anima separata detineri sine corpore. Et hoc violentum, quatenus ipsae vires naturae considerantur, semper est perpetuum. Secundo modo dicitur violentum illud, quod caret aliquo bono ad quod habet naturalem inclinationem, et simul est in ipsa natura aliquod principium, per quod possit illud obtinere; sicut cum ignis per violentiam detinetur deorsum, aut lapis sursum. Iam de hoc genere *violenti* dicitur *violentum numquam esse perpetuum* 17.

9, Virtus consistit in medio. « Hoc, quod vult Philosophus, virtutem esse in medio, intelligendum est de virtutibus moralibus, non autem est verum de virtutibus theologicis 18*». Et sane, virtus moralis consistit in medio *inter superabundantiam et defectum* le. Nam « virtutes morales sunt circa passiones et operationes, quas oportet dirigere secundum regulam rationis. In omnibus autem regulatis consistit rectum, secundum quod regulae aequantur: aequalitas autem media est inter maius et minus; et ideo oportet quod rectum virtutis consistat in medio eius, quod superabundat, et eius, quod deficit a mensura rationis recta 20 » Virtutis autem *theologicae* « mensura et regula est ipse Deus Eides enim nostra reeulatur secundum veritatem Divinam

17 Vid. s. Thom., *Qq. dispp., De Ver.*. q. XXIV. a.
18 *Ibid., De Virt.,* q. III, a. 2 ad 10.
i® *Ibid.* q. I, a. 13 c.
20 *In lib. Ill Sent.,* Dist. XXXIII, q. I, a. 3 *sol.* 1 c. — Vid. lilt. *M:* dist. 8, 9 ct 15. « Tene medium, si non vis perdere modum. Locus medius tutus est. Medium, sedes modi et modus virtus »: s. Bern., *De Consid.,* lib. II, et alibi *(Super Cant.,* Senn. LVIIb: « Medium vitiorum tenet virtus ».

Charitas autem secundum bonitatem Eius; Spe» autem secundum magnitudinem omnipotentiae ct pietatis Eius; et ista est mensura excedens omnem humanam facultatem; unde numquam potest homo tantum diligere Deum, quantum diligi debet, nec tantum credere, aut sperare in Ipsum, quantum debet; unde multo minus potest ibi esse excessus, et sic bonum talis virtutis non consistit in medio; sed tanto est melius, quanto magis acceditur ad summum 21 ». Subdit autem sanctus Doctor, *quandoque aliquam ex virtutibus theologicis posse esse in medio per accidens;* scilicet « ratione eius, quod ordinatur ad principale obiectum; sicut fides non potest habere medium et extrema in hoc quod innitatur Primae veritati, cui nullus potest nimis inniti; sed ex parte eorum, quae credit, potest habere medium et extrema, sicut unum verum est medium inter duo falsa. Et similiter spes non habet medium ct extrema ex parte principalis obiecti, quia Divino auxilio nullus potest nimis inniti, sed quantum ad ea, quae confidit aliquis adepturum, potest esse ibi medium, et extrema: in quantum vel praesumit ea, quae sunt supra suam proportionem, vel desperat de his, quae sunt sibi proportionate 22 ». Vel etiam *per accidens* virtutes *theologicae in medio* consistunt 2-3, quatenus exercendae sunt secundum mensuram conditionis naturae. et nostri ingenii vires, non vero nimio conatu, adeo ut corpus laedatur, aut nimium debilitetur. Siquidem, aiente s. Bernardo. « cum nullum finem, vel terminum habere debeat devotio amantis, tamen terminos suos et fines et regulas habere debet actio operantis 24 ».

10. VOLITUM NIHIL, NISI COGNITUM 25.

11. Voluntas, seu ippetitus, est rei unibilis. Quod ita explicatur a Seraphico Doetore: « Dicendum, quod appetitus absolutus et deliberatus est rei unibilis et possibilis, ct iste est appetitus cum eligentia. Sed appetitus velleitatis, qui est impossibilium, non est rei unibilis secundum veritatem, sed rei quae desideratur, sicut aliquis appetit esw velox sicut hirundo, et similia... Si tamen aliquis contendat, quod appetit *voluntate eligentiae,* fatendum est, quod indicium eius est perversum, sive aestimatio salter intellectus practici, quo indicat se ad illud posse pervenire, quamvis indicium speculationis dictet contrarium 26 ».

12. Voluntas et intellectus se invicem circumcedunt. Nempe, mutua est reflexio intellectus in actus voluntatis, et voluntatis in actus intellectus. Etenim voluntas eiusque actus, et obiectum, prout sunt quaedam entia et vera, communi obiecto intellectus continentur, quippe quod omne ens, prout est verum, est obiectum intellectus. Vicissini, intellectus, eiusque actus, et obiectum, prout quaedam entia et bona sunt, obiecto communi voluntatis continentur, quia omne ens, prout est bonum, est obiectum voluntatis 27 ».

21 1« 2«, q. LXIV, a. 4 c.
22 1· 2"", q. XVII, a. 5 ad 2.
21 Qq. dispp.. De Virtut.. q. IV. a. 1 ad 7.
31 Serm. ad Fratres, De Monte Dei.
25 Vid. *Ignoti nulla cupido* (litt. *I:* eff. 4).
2,i *In lib. Il Sent..* Dist. VII, p. 1. a. I. q. 11 *ad arg.*
27 Vid. lilt. *B:* eff. 14.

FINIS

Distinctiones

PAG.

Abductio - Obiectio . . . 266
Ab extrinseco - Ab intrinseco
Absolute - Accommodative . 2
Absolute - Comparative . . 3
Absolute - Connotative . . *ib.*
Absolute - Dependentor . . *ib.*
Absolute - Hic et nunc . . *ib.*
Absolute - Hypothetice . . 4
Absolute - Modaliter . . . 5
Absolute - Totaliter . . . *ib.*
AUSVIUL - VI &IV 419
Absolute - Relative - - - - 351
Abstract™ : formalis - totalis 5
Abstract io : negativa - praecisiva 7
Abstractive - Intuitive - Comprehensive - - - - *ib.*
Accidens - Substantia . . . 378
Accidens : logicum - physicum 8
Accidens: modale - absolutum ..... *ib.*
Accidens: respectivum - absolutum 9
Accidens: speciei - individui *ib.*
Accidentaliter - Essentialiter *ib.*
Actio: immanens - transiens 10
Actio - Factio 11
Actus · Potentia - - - - *ib.*
Actus: essentialis - notionalis..... 246
Actus: hominis - humani . 12
Actus: elicitus - imperatus 13
Actus: primus - secundus . *ib.*
Actu : signato - exercito . . 14
Adaequari - Aequale esse *et* aesimilari ..... *ib.*

PAO.

Adaequate - Inadaequate 15
Ad extra - ad intra . . *ib.*
Adhaesive - Lnhaesive - 1 formative ..... *ib.*
Alienantor - Proprie . . 30"
Aliquid - Unum - - - - 416
Alteratio - Accretio - Deeretio 15
Ampliatio - Restrictio - Alienatio - Suppositio . - . 382
Analogia : attributionis proportionis..... 16
Analogia : proportionis proportionalitatis . . . 18
Analogice - Aequivoce - Univoce - Denominative . . 15
Analysis : consequentiae consetj nentis 19
Annihilât™ - Corruptio . . 164
Antecedenter - Concomitanter - Consequenter . . . 19
Ante praedicamenta - Post praedicamenta..... 297
Antiquius - Senius - - - - 371
Appetitus: concupiscibilis - irasci bilis 20
Appetitus: elicitus - naturalis 20
Appetitus: naturalis - sensitivus · intellectivus . . . 434
Aptitudo: positiva - negativa 172
A quo - Ad quem - Cui . . 20
Argumentari: a maiori ad minus - A minori ad maius - A simili..... 21
Argumentari : a priori - A posteriori 22
Artificiose - Naturaliter . . *ib.*

(⧫ Vid. nota ad pag. 470.

PAG.

Ascensus terminorum - Descensus 404
A se - Per se..... 235
Assensus - Consensus . . . 22
Assertive - Narrative - Disputative 23
Attributum: superius - inferius ..... *ib.*
Aurea - Aureola - - - - - *ib.*

B

Bonum: entitative - naturaliter - Moraliter - - - - 49
Bonum: honestum - utile - delectabile ..... *ib.*
Bonum: in omni genere - in aliquo genere..... 50
Bonum - Pulcrum - - - - 309
Bonum: relativo - absolute 50
Bonum: subiectivum - obiectivum 51
Bonum: transumptiva - proprie ..... *ib.*
Boiitnn: verum - apparens . *ib.*

C

Catogorematice - Syncategorematice 63
Categorica - Transcendentaliter *ib.*
Causa - Conditio sine qua non - - - - - - - - 65
Causa - Principium - - - - 64
('ausa: externa - interna 65
Causa: efficiens - exemplaris - finalis - - - - - *ib.*
Causa: formalis - mn - materialis *ib.*
Causa formalis - Forma 113
Causa: prima, ewunaa - prima; secunda - Princeps, instrumcntaria - Univoca, aequivoca - Necessaria, libera - Universalis, particularis - Physica, moralis - Adaequata, inadaequata - Proxima, remota - Per se, per accidens . . 66

PAG.

Causaliter - Formuliter . . 06
Certitudo - Evidentia - - - 69
Certitudo: metaphyeica - physica - moralis . - - - 225
Ceteris paribus - Ceteris imparibus 70
Circulus uniformis - Demonstratio circularis - - - - 101
Circumscriptive - Definitive - Repletive.....
Cognitio: abstractiva - intuitiva - comprehensiva . . 7
Cognitio: intuitiva - discursiva..... 200
Collective - Distribuitive .
Commune: secundum participationem - secundum praedicationem - - - - *ib.*
Commune - Universale . . 417
Complete - Incomplete - - - 71
Complexe - Incomplexe . . *ib.*
Compositio - Unio - - - - 412
Compositio: physica - metaphysica - logica - - - - 72
Compositum: substantiale - accidentale 380
Comjmsitus sensus - divisus 72
Comprehensive - Intuitive -
Conceptus: formalis - obiectivus 198
Conceptus: ultimatus - non ultimatus..... 73
Concomitanter - Formuliter . 147
Concupiscentia: antecedens - consequens 73
Concursus: mediatus - immediatus - praevius - - - 74
Confuso - Determinate . · ·&·
Confuso - Distincte - - - - 75
Connaturale - Naturale . . 242
Conscientia - Syndereeis . . 75
Consecutive - Formaliter . · 147
Consensus - Assensus . . . ®
Consensus - Electio - Usus . 419
Consequenter - Anteccdenter - Concomitanter . . . · · 19
Conservatio: directa - indirecta .....
Continuum - Contiguum . - '&·

PAG.

Contradictorie · Privative - Contrario - Relative - - - 76
Contraria: immediata - mediata 77
Contrario - Contradictorie - Subcontrarie..... 78
Copulari - Significare - Supponi 3S1
Corpus: physicum - solidum 371
Corruptio - Annihilatio . . 1GI
Creatio - Generatio - - - - *ib.*
Culpa - Defectus - Malum - Peccatum..... 100

D

Datio - Missio Processio . . 99
Datum - Donum..... *ib.*
Debitum : ex merito - ex conditione naturae. . . . *ib.*
Decretio - Accretio - Alteratio .....1r'
Defectus - Malum - Peccatum - Culpa 100
Definitio: nominis - rei . . *ib.*
Definitive - Circumscriptive - Repletive..... 70
Delectabile - Utile - Honestum 49
Demonstratio circularis Circulus uniformis - - - 101
Demonstratio: propter quid - quia..... 103
Denominative - Analogice - Univoce - Asquivoce . . . 15
Densum - Rarum 347
Dependero: simpliciter - secundum quid.....
Descensus : logicus - physicus .....
Descensus torni inorum - a-
.....
Desilio per primum esse rei - per ultimum esso rei .
Determinato - Confuse . . .
Dicere ad - Dicere in . .
Dictum: de omni: de nullo
Differentia - Distincta - Diversa .....

PAU.

Differentia : communis - propria - maxime propria . . 105
Differentia : constitutiva - divisiva ..... ib.
Directe - Indirecte - - - - 106
Directe - Reflexe - - - - 107
Dispositiones : praeviae concomitantes..... 108
Dispositio - Habitus . . . 174
Disputative - Assertive - Narrative 23
Distincte - Confuse - - - - 75
Distinctio - Partitio - Divisio ..... 1<>S
Distinctio realis - rationis - formalis 150
Distinctio realis : maior - minor .....»b.
Distinctio: rationis ratiocinantis - rationis ratiocinatae «eu virtualie.....tb.
Distributio: absoluta - accomoda..... 109
Distributive - Collective . 71
Diversitas : logica-physica 109
Diverso respectu - Eodem respectu ..... «b»
Divieim - coniunctim . . «b.
Donum - datum.....99

E

Effectus - Priucipiatum . . 64
Electio - Consensus - Usns . 119
Elementa - Principia - - - 301
Elicitus - Imperatus - - - 118
Eminenter - Virtualiter - Formaliter 147
Ens: naturae - rationis 118
Ens - Ree..... 119
Eodem respectu - Diverso respectu 109
JEqualo esse -Adaequari . . 14
.Equalitas: aequiparantiae - proportionis.....119
.Equalifas - inaequalitas . . 334
.Equivocatio : dialectica physica..... 120

103
216
104
197
74
104
113
101

PAG.

Æquivoce - Univoce - Analogice - Denominative . . . 15
Error - N©scientia - Ignorantia 185
Essentia - Natura 241
Essentialiter - Accidentaliter 9
Essentialiter - Participative 121
Æternitas - Ævum - Tempus 403
Evidentia - Certitudo . . . 69
Exercito - Signato *(netu)* . . 14
Ex nihilo sui - Ex nihilo subiecti..... 121
Explicite - Implicite . . . 122
Extensive - Intensive . . . 123
Extrinsece -Intrinsece . . *ib.*

Facere - Agere..... 138
Felicitas: obiectiva - formalis *ib.*
Finis: naturalis - supornaturalis *ib.*
Finis: operantis - operis . . 139
Finis: primarius - secundarius *ib.*
Finis: proximus - remotus . 110
Finis: quo - cuius - cui . . ib.
Forma: accidentalis - substantialis..... 143
Forma - Causa formalis ib.
Forma - Figura . . . 141
Forma - Materia . . . ib.
Forma: informans - separata 143
Forma: intrinseca - cxtrinseca 145
Forma: physica - metaphysica - logica..... *ib.*
Forma: subsistens, *seu* immaterialis - materialis . . Ut
Formaliter - Causaliter . . 116
Formaliter - Concomitante!·. 147
Formaliter - Consecutive . . *ib.*
Formaliter - Eminenter - Virtualiter ' - - - - - ib.
Formaliter - Identic© . . . 148
Formaliter - In causa . . . 149

PAG.

Formaliter - Materialiter . 149
Formaliter - Objective . . . ib.
Formaliter - Healiter - Ratione 150
Fruitio - Volitio - Intentio . 430

Ü

Generatio - Creatio - Corruptio - Annihilatio 164
Generice - Specifice - Numeric© 166
Genus: proximum - remotum 167
Genus: supremum - medium - Infimum..... ib.
Gubernatio - Providentia . ib.

H

Habitus - Dispositio . . .
Habitus: entitutivus - opcrativus .....
Habitus: innatus - infusus - adquisitus 176
Habitus - Potentia 177
Habitus - Privatio . . . . ib
Hic et nunc - Absolute . . . 178
Homonyma - Synonyma - Paronyma..... 15
Honestum - Utile - Delectabile 49
Hypothetice - Absolute . . 178

Identic© - Formaliter . . . ns
Ignorantia - Nescientia - Error 185
Ignorantia: antecedens concomitans - consequens . *lb.*
Immediatio: suppositi - virtutis 1S6
Imperatus - Elicitus . . . 13
Implicite - Explicite . . . 122
Impossibile: metaphysice · physice - nioraliter - - - 225
Inadaequate - Adaequate . 15
In causa - Formaliter . . 149

PAG.

Inceptio et desitio: per primum esse rei - per ultimum esse rei..... 187
Incomplete - Complete . . . 71
incomplexe - Complexe . . *ib.*
Indifferentia: activa - passiva 188
Indifferentia: activa - suspendra 189
Indifferentia; obiectiva subiectiva ..... *ib.*
Indifferentia: physica - moralis ..... *ib.*
Indifferentia: quoad specificationem - quoad exercitium ..... *ib.*
Indirecte - Directe . . . 1(16
Individuum - Singulare 1S9
Individuum: signatum - vagum 190
Indivisibile: negative - privative ..... '91
Indivisibile: simplex - materiale ..... ib.
In fieri - In facto esse . 192
Infinitum: categorematicum - syncategoromaticum . . *ib.*
Infinitum: privativum - negativum ..... *ib.*
Informative - Inbacsive - Adhaesivo..... 15
Initium - Radix..... 214
In loco esse - Locatum esse
In quale - In quid - In quale quid 194
In recte - In obliquo . . . ib.
In sensu: composito - diviso
In signo: priori - posteriori 371
Intellectus: agens - patiens 194
Intellectus: speculativus - practicus..... 195
Intelligere - Ratiocinari . 196
Intendi - Remitti..... 356
Intensive - Extensive . . . iS3
Intentio actualis - virtualis - habitualis - interpretativa 197
Intentio: formalis - obiectiva 198

PAG.

Intentio: intellectus - voluntatis 197
Intentio: prima - secunda . 199
Intentio - Volitio - Fruitio . 430
Intentionaliter: primo - secundo 199
Intrinseca - Extrinsece . . 123
Intuitiva cognitio - Discursiva..... 200
Intuitive - Abstractive - Comprehensive.....
Iustitia: legalis - distributive - commutatira . . . 200

Lato - Stricte..... 213
Libertas: a coactione - a necessitate naturae - - - - *ib.*
Libertas: contradictionis - specificationis..... 214
Liborum arbitrium - Volun- 430
Locatum esse - In loco esse 214
Locatum - Situm . . . .
Locus: vulgariter - philosophice sumtus..... *ib.*
Logica diversitas - Phisica *ib.*
Logica potentia - Physica . *ib.*
Logica proprietas - Physica . *ib.*
Logica veritas - Metaphysics - Moralis..... *ib.*
Logice - Physice - - - -
Logice - Physico - Mota physice 216
Logicus descensus - Physicus *ib.*

M

Malum - Defectus - Peccatum - Culpa..... 219
Malum: naturae - culpae . *ib.*
Materia - Forma..... *ib.*
Materia: prima - secunda . *ib.*
Materia: proprie - improprie accepte 220
Materia: sensibilis - intelligibilis 221

PAH.

Materialiter - Formaliter . . 149
Medium cognitionis: sub quo - in quo.....222
Medium : per abnegationem - per participationem . . 223
Modium: rei - rationis . . *ib.*
Medium : subiecti - formae . *ib.*
Mensura : activa - passiva . 224
Meritum : de condigno - de congruo ..... *ib.*
Motaphysice - Psysice Logice 216
Missio - Datio - Processio . 99
Modus - Species - Ordo . . 224
Moraliter - Physice - - - - 225
Moraliter - Physice - Metaphysice .....ib.
Motus: proprie acceptus - improprie acceptus . . . 226
Motus: accretionis - dooretionis - alterationis - - - - 228
Motus: successivus - instantaneus..... ib
Motus violentus - naturalis . 229
Mutatio substantialis - accidentalis - - - - - - - 230

N

Narrative - Assertive - Disputative 23
Natura - Essentia - - - - 241
Naturale . Connaturale . . 242
Naturaliter - Supernaturaliter 243
Naturaliter - Violenter . . ib.
Natura: naturans - nahirata ib,
Necessitas; antecedens - consequens 244
Necessitas: consequentiae - consequentis..... 245
Necessitas: quoad exercitium - quoad specificationem . . ib.
Negatio - Privatio - - - - ib.
Negative - Positive - - - - 287
Nescientia - Ignorantia - Error 185
Nomen: primae notionis - secundae notionis . . . 216

PKG

Nolle - Non velle..... 433
Nomina : propria - appropriate 24ß
Nominaliter - Participnliter ib.
Notio : formalis prima - obiectiva prima - secunda formalis - secunda obiectiva . *ib.*
Notionalis actus - essentialis ib.
Notum : secundum se ct quoad nos - secundum se et non quoad nos . - - - 246
Notius: nobis - Notius natura 247
Numerio» - Specifice - Generic© 166
Numerus: formalis - materialis 249
Numerus: numerans - numeratus - - - - - - - - ib.
Numerus: trasoendentalis · quantitntivus.....250

O

Dbiectio - Abductio - - - 266
Obiective - Formaliter . . . *ib.*
Objective - Snbiective - - - 377
Obiectum: adaequatum - inadaequatum 266
Obiectum : adaequatum, seu extensivum - proportionatum, seu connatutnle . . ib.
Obiectum: attributionis - attributum .....ib.
Obiectum : materiale - formale .....ib.
Obiectum : quod - quo - - - 268
Obligaro: semper - ad semper .....ib.
Omne - Totum 407
Opinari - Scire.....268
Opposita K complexa - incomplexa - - - - - - - - ih.
Ordo : activus - passivus . . 269
Ordo: intentionis - exactionis .....ib.
Ordo: naturae - cognitionis . *ib.*
Ordo naturalis - moralis . ib.

PAO.

Ordo: perfectionis - generationis 270
Ordo - Species - Modus . . 224
Ostensive, *sive* directe - Per deductionem ad impossibile, *sive* indirecte - - - - 271
Ostensive, eive directe - Per deductionem ad impossibile, sive indirecte - - - 271

P

Paronyma - Homonima - Synonyma 16
Pars.· aliquota - non aliquota.....280
Pars: essentialis - quantitativa.....ib.
Partialiter - Totaliter - - - 406
Participaliter - Essentialiter 282
Participare: proprie - improprie 281
Participative - Nominaliter *ib.*
Partitio - Divisio - Distinctio 108
Pati: proprie - minus proprie - communiter . . . 282
Patibilis qualitas - Passio . 283
Peccatum - Culpa - Mnlum - Defectus 100
Perfectio : quoad entitatem finem. 283
Perfectio : simpliciter simplex - simplex secundum quid.....284
Permanentia - Successiva . 381
Permissio : legalis - causalis 281
Per se - A se.....285
Per se - Per accidens . . . *ib.*
Persona - Suppositum . . 287
Personaliter - Simpliciter . ib.
Physice - Logice.....ib.
Physicum - Solidum . . . 374
Positive * Negative - - - - 287
Possibile: intrinsece - extrinsece.....^S9
Possibile: simpliciter - ex suppositione..... 290

PAG.

Potentia - Aetna..... U
Potentia - Habitus - - - - 291
Potentia - Potentialitas . - 290
Potentia: activa - passiva . 291
Potentia - Impotentia - - - *ib.*
Potentia : logica - physica . 292
Potentia : naturalis - supernaturalis - obedientialis *ib.*
Potentia : obiectica - subiectiva.....2'3
Potentia: ordinata - absoluta ..... ib.
Potentia: proxima - remota 294
Potentia simultatis - Simultas potentiae..... *ib.*
Practice - Speculative . . *ib.*
Praeceptum : affirmativum - negativum.....295
Praecisive - Negative » - - ib.
Praedicamenta - Praedicabilia 296
Post-Praedicamenta - Ante-Praedicamenta - - - - 297
Praedicamentaliter - Transcendental!ter .....*ib.*
Praedicari : in quale - in quid - in quale quid . . *ib.*
Praedicatio : exercita - signata 298
Praedicatio: indirecta - directa 297
Praedicatio: intrinseca - extrinseca 298
Praedicatio: ordinata - inordinata - praeter ordinem ib.
Praedicatio : per inhaerentium - per identitatem . . ib.
Praenotio: circa affectiones - circa principia . . ib.
Praenotio: quid nominis - an sit.....*ib.*
Primarium. - Secundarium 299
Primo intentionaliter - Secundo intentionaliter . . *ib.*
Primum : in omni genere - in aliquo genere - - - - ib.
Principia: compositionis - generationis 301
Principia - elementa . . . ib.

PAG.

Principia: in habitu - in actu 302
Principia: propria - communia 300
Principiatum - Effectus 299
Principium - Causa . . ib.
Principium: complexum in complexum - - - - 300
Principium: essendi - cognoscendi ..... *ib.*
Principium: originale - initiale ..... *ib.*
Principium: quod - quo . . 302
Principium quo: proximum - remotum ..... *ib.*
Prioritas: perfectionis - generationis *303*
Prioritas: temporis - naturae - originis - cognitionis 302
Prius: in intentione - in execution© 303
Prius: natura, *sive* absolute - cognitione, *sive* quoad nos ..... ib.
Privatio - Habitus . . . .
Privatio - Negatio 245
Privatio: simplex - non simplex 304
Privative - Contradictorie - Contrarie - Relative . . . 76
Processio - Datio - Missio . 99
Processus: compositivus - resolutivus - - - - 304
Productio: per defectionem - per protensionem per derivationem 305
Pro generibus singulorum - Pro singulis generum . . 306
Prognosticum - Commemorativum - Demonstrativum . *ib.*
Proportio geometrica - Aequalitas arithmetical . . *ib.*
Proportio: habitudinis - eniitatis 307
Proportio - Proportionalitas ib.
Proportio: de tertio - de secundo - do primo adiecente ib.
Proprie - Alienantor . . . ib.

PAG.

Proprie: ex parte subiecti - ex parte praedicati . . . 307
Proprietas physica - logica . 308
Proprium: late - stricte sumtum ..... ib.
Propter quid - quia 103
Providentia - Gubernatio . 167
Pulcrum - Bonum 309
Punctum physicum - mathematicum 287

Q

Qualitas: accidentalis - essentialis 326
Qualitas patibilis - Passio . 283
Quantitas: continua - discreta 327
Quantitas: diniensiva - virtualis ..... ib
Quantitas: fluens - permanens - - - i. - - - - . 328
Qua tale, idest formaliter - Materialiter ..... ib.
Quidditative, idest essentialiter - Accidentaliter . . *ib.*
Quid nominis - Quid rei . *ib.*
Quid *(In)* - In quale - In quale quid 194
Quies desiderii - Quies motus 329
Quies: privativa - positiva 329
Quoad nos - Secundum se . 370
Quo - Quod, *vel,* Ut quo - ut quod . . - - - - - - - 329

Q

Radix - Initium 347
Rarum - Densum ..... *ib.*
Ratio: formalis - Obiectiva *ib.*
Ratio formalis: sub qua - quae . . t 318
Ratio: inferior - superior . ib.
Ratio: speculativa - practica 349
Ratiocinari Intelligere . . . 196
Ratione: ratiocinata - ratiocinantis 349

PAO.

Realitas - Res - - - - 349
Realiter - Formaliter - Ratione 350
Iterprocatio: mutuae consecutionis - mutuae praedicationis - mutuae relationis
Reductio: ostensiva - ad impossibile ..... ib.
Reductivo - Directo - - - - ib.
Reduplicative - Specificative ib.
Reflexe - Directo 351
Regressus - Circulus vitiosus ..... *ib.*
Relatio: ad - in 352
Relatio: proprie realis - rationis - mixta ..... *ib.*
Relatio: mutua - non mutua 3.53
Relatio: transcendentalis - praedicamentalis 354
Relativo - Contradictorie - Contrarie - Privative . . 356
Relativum - Absolutum . . 351
Relativum: extrinsecum - intrinsecum 356
Relativum spectatum: materialiter - formaliter ib.
Remitti - Intendi . . *ib.*
Roplotive - Definitive - Circumscriptive . . . 357
Ros - Ens 358
Restrictio - Ampliatio - Suppositio - Alienatio . . . 3S2

S

Sapientin - Scientia 369
Scientia - Tntelligentia . . 370
Scientia: visionis - simplicis intelligentiae 129
Scire - Opinari - - - - - - 268
Secundarium - Primarium 370
Secundum quid -Absolute
Secundum quod ipsum - Seeundum aliud 370
Secundum se - Quoad nos . ib.
Senius - Antiquius . . . .
Sensus: compositus - divisus *ib*
Signate - Exercito . . . . *ib.*

PAG

Signum: demonstrativum - rememorativum - prognosticum 371 .....
Signum: prius - posterius *ib.*
Signum: sensibile - rationale 372
Signum: speculativum practicum ..... *ib.*
Simile esse - Aseimilari . . 14
Similitudo - aequalitas . . 372
Simplicitas: physica - metaphysica - logica - - - - *ib.*
Simpliciter - personaliter *ib.*
Simpliciter - secundum quid *ib.*
Simultas: temporis - consequentiae - naturae - divisionis .....
Simultate potentiae - Potentia simultatis ..... *ib.*
Singulare - Individuum . . 189
Situm - Locatum 215
Solidum - Phvsicum . . . 374
Species: impressa - expressa 375
Species: intentionalis - logica . ib.
Species - Ardo - Modus . . 224
Specificative - Reduplicative 376
Specificativum: intrinsecum - extrinsecum .....
Specifice - Generice - Numeric© 166
Speculative - Practice . . . 376
Stricte - Late 213
Subalternans - Subalternata 376
Subcontrarie - Contrarie - Contradictorie .....
Subjective - Obiective . . . 377
Subjective - Terminative ib.
Subiectum: attributioni* - praedicationis 378
Subiectum: inhaesionis - denominationis ..... *ib.*
Subiectum: inhaesionis - informationis ..... *ib.*
Subiectum: in quo - de quo *ib.*
Substantia - Accidens . . . *ib.*
Substantia: completa - incompleta 380
Substantia: prima - secunda ib.
Substantiale compositum - accidentale .... *ib.* .....

PAO.

Successiva - Permanentia . 381
Supernatnraliter - Naturaliter .....*ib.*
Supponi - Significare - Copulari .....*ib.*
Suppositalitas - Personalitas 387
Suppositio - Persona - Subsistentia 385
Suppositio - Ampliatio - Restrictio - Alienatio . . . 382
Suppositio: collectiva - distributiva.....383
Suppositio: confusa - determinata .....*ib.*
Suppositio: formalis - materialis .....*ib.*
Suppositio: simplex - personalis, seu realis - - - - 384
Syncategorematice - Categorematice - - - - - - - - *ib.*
Synderesis - Conscientia . . 75
Synonymum nomen - Homonymum 387

PAG.

titatem - secundum essentiam . - - - - - - - - 406
Terminus: univocus - analogus - aequivocus . . . *ib.*
Totaliter - Absolute - - - 5
Totaliter - Partialiter - - - 406
Totum : absolute - per comparationem ad partes . . ib.
Totum: homogeneum - heterogenoum.....40"
Totum : logicum - physicum ib.
Totum: perfectibile - perfectivum - perfectum - - - 408
Totum : potentiate - essentiale .....ib.
Totum : substantiale - integrate ..... *ib.*
Totum - Totaliter - - - - ib.
Totum - Totus.....409
Transcendentaliter - Praedicamentaliter.....297

U

Ubi : circumscriptivum - definitivum 412.....
Ultimum : in re - extra rem 190
Unio - Compositio - - - - 412
Unitae: per se - per accidens 114
Unitas: simplicitatis - compositionis..... *ib.*
Unitas: specifica - generica - numerica..... 415
Unitas : transcendentalis - quantitativa..... 412
Universale - Commune . . 417
Universale: complexum - incomplexum..... *ib.*
Universale: in causando - in repraesentando - in significando - in essendo . . . *ib.*
Universale: metaphyeicum - logicum..... 418
Unum - Aliquid..... 416
Unum - Unicum..... 117
Usus - Electio - Consensus . 419
Utile - Honoetum - Delectabite 19

PAG.

Ut quo - Ut quod - - - - 413
Ut sic · Absolute - - - - ib.

V

Venias: in eesendo - in cognoscendo - in significando 427
Velle antecedenter - consequenter 19
Velle - Non velle - Nolle . 433
Via: compositionis - resolutionis 429
Violentia : compellens - impulsive 432
Violentus motus - naturalis 229
Virtualiter - Eminenter - Formaliter.....147
Virtualiter - Realiter - Formaliter.....150
Visionis scientia - simplicis intelligentiae.....429
Voces: connotativae - absolutae 2

PAG.

Voce->: primae intentioni» - secundae intentionis . . 199
Volitio - Intentio - Fruitio 430
Voluntas - Liberum arbitrium .....ib.
Voluntas: signi - beneplaciti ..... ib.
Voluntarium - \ lotentum . 432
Voluntarium . directum - indirectum 435
Voluntarium : elicitum - imperatum ..... , 13
Voluntarium : imperfectum - perlectum.....433
Voluntarium: liberum - necessarium 135
Voluntarium : morate - physicum .....*ib.*
Voluntarium; simplex mixtum 436
Voluntarium: virtuale - formale .....*ib.*

PAG.

Ab eodem res habet quod sit ens, et quod sit una . . . 24
Ab extremo ad extremum non datur transitus, nisi per medium ..... *ib.*
Ab indifferenti nihil determinatum oriri potest . . 263
Absolutum est prius respectivo 21
Alistraetius quo aliquid est, eo simplicius est . . . .
Abstractum est forma concreti ..... *ib.*
Abstractum est prius concreto ..... *ib.*
Abstrahentium non est mendacium 26
Absurdo uno dato, sequitur alterum 425
Abusus non tollit usum . . 26

PAG.

Accessus est prior, quam recessus 26.....
Accidens est entis ens.
Accidens non costituit substantiam 28.....
Accidens non est de essenba substantiae.....*ib.*.....
Accidens est extra substantiam ..ib.....
Accidens non est nolalins suo subiecto - - - - - - 29
Accidens non extendit se ultra suum subieotum . . 30
Accidens non migrat de subiecto in subiectum . . . *ib.*
Accidens non potest convenire alicui ut gedus . · . 31
Accidens non potest corrumpere subiectum - - - - ib.
Accidens praedicatur de subiecto ..... *ib.*

PAG.

Accidens uni non est niteri subsflantia 32
Accidentia mutant eonditionem substantiae - - - - *ib.*
Accidentia speciei accidunt generi, non contra - - - 33
Accidentis esse est inesse . 27
Accidentis non est accidens, *vel.* Accidens non est sublectum accidentis - - - 28
Actio fit per contactum . . 33
Actio fit per contraria . . *ib.*
Actio infert passionem . . 34
Actio non est in agente, sed in **patiente**.....*ib.*
Actio non fit sine aliquo motu 35
Actio, quae efficienter procedit ab aliquo agente, non potest esse productiva illius .....*ib.*
Actio recipit magis et minus 36
Actionem formae impedit **quantitas**.....335
Actiones sunt a proportion^· maioris inaequalitatis, *rd*
Actiones sunt a superante . 36
Actiones sunt suppositorum *ib.*
Actu et potentia virtuali idem simul esse non potest 42
Actu posito, tollitur potentia ib.
Actu sublato non tollitur potentia ..... ib.
Actui repugnat accidere actnm . _ 37
Actus diversi possunt osse eiusdem habitus . . . 1R2
Actus est perfectio potentiae 37
Actus est potior habitu . . 1R2
Actus est prior potentia . . 3R
Actus est. qui separat et distinguit 37
Actus est ratio intelligendi 39
Actus et potentia sunt contraria - - - - - - - - - 40
Actus et potentia sunt eiusdem **poneris**..... 39

PAO.

Actus et potentiae differentiae eunt valde oppositae 41
Actus non parum differt a **potentia**..... ib.
Actus praeferendus est potentiae in lx>nis, non autem in **malis**.....ib.
Actus unus non est operativus **alterius**..... ib
Actus unus potest esso duorum habituum . - - - 181
Ad habitum a privatione non datur regressus . - - - 184
Addiscens artem operatur actionem artis sine arte . . 42
Admiratio parit scientiam . ib.
Adveniente perfecto, non manet imperfectum - - - - 309
Aoqinvocationes latent in genere 172
Affirmatio est prior negatione 42
Agens ex tota potentia producit optime - - - - - 43
Agens omne agit, in quantum est **actu**.....ib.
Agens non datur sine patiente 263
Agens omne agit per suam formam 44
Agens omne agit propter finem **y**.....ib.
Agens omne producit sibi simile 394
Agens patiente est nobilius 44
Agens unum, in quantum est unum, immediato non producit, nisi unum - - - - 45
Anima est species spocierum, seu forma formarum . . 47
Appetitus est rationo caron**tiao**.....ib.
Ars est simia et imitatrix naturae .....!53
A sensu distributive ad collectivum non valet illatin 47

B

PAG.

Bona non sunt facienda, ut veniant **mula**.....52
Bonitas essentialis rei melior osse non potest; accidentalis vero $do - - - - ib.
Bonis *(in)* actus praeterendus est potentiae, non autem in **malis**..... 41
Bonum additum bono facit maius 53
Bonum cuiuslibet creaturae consistit in modo, specie et **ordine**..... 55
Bonum commune est principium motivu.111 voluntariorum 342
Bonum commune melius est bono **privato**..... 54
Bonum difficilius constituitur quam malum - - - - 57
Bonum est diffusivum sui . 55
Bonum est ex integra causa, malum ex quovis defectu 56
Bonum est finis cuiuslibet rei 152
Bonum est naturaliter prius **malo**.....57
Bonum est potentius malo . ib.
Bonum est quod omnia appetunt; malum id, quod omnia **fugiunt**..... 58
Bonum est ut in pauciori-bus; malum ut. in pluribus 233
Bonum et malum sunt genera contrariorum - - - - 59
Bonum et malum sunt in rebus; verum et falsum sunt in mente ..... ib.
Bonum et verum se mutuo **includunt**..... 60
Bonum non est Ixmo contrarium .....ib.
Bonum, quanto communius, tanto **divinus**.....54
Bonum totius est bonum partium 61
Bonum uniuscuiusque rei in quadam unitateconsistit 62

c

PAG.

Causa causae est etiam causa causati .....
Causa finalis est prima inter omnes causas . . . *ib.*
Causa in actu simul est cum effectu in **actu**.....ib.
Causa necessaria semper agit quantum potest - - - 256
Causa prior est eno effectu 81
Causa secunda agit in virtute Causae primae - - - 84
Causa sublata, tollitur effectus; et, causa posita, ponitur **effectus**..... 397
Causae efficienti assimilatur effectus 82
Causae aequalitas causât aequalem effectum - - - - S3
Causae quaedam sunt sibi invicem causae - - - - *ib*
Causae secundae non agunt, nisi motae a prima . . 84
Cognoscere rem universaliter est perfectius cognoscere _ 425
Communius est nobilius . . 85
Compositio ibi est, ubi est distinctorum unio - - - - ib.
Comjxjsitius quo aliquid est, imperfectius **est**..... ib.
Compositum est aliquid, quod nulli partium convenit 86
Connexa producuntur eadem **actione**..... 337
Contradictio est oppositionum **maxima**.....86
Contradictio fortissima est, et nihil tamen ea infirmius 87
Contradictio inter omnia alia opposita est prima . . . ib.
Contradictoriorum semper linum est verum, alterum **falsum**.....ib.
Contraria eidem secundum idem et eodem tempore nequeunt attribui - - - - 88

PAG.

Contraria iuxta se posita magis elucescunt - - - - 88
Contraria nata sunt fieri circa idem sublectum . . 90
Contraria se mutuo expellunt a sublecto,nisi eorum alterum insit a natura . *ib.*
Contraria sub eodem genere maxiino distant - - - - 91
Contrarictas seu oppositio relativa est omnium minima ..... *ib.*
Contrariis *(Ex)* omnia fiunt 92
Contrariorum contraria sunt consequentia 93
Contrariorum contrariae sunt: causae 92
Contrariorum eadem est disciplina - - - - - - - - 94
Contrariorum eadem est ratio 96
Contrariorum eadem est scientia 94
Contrariorum rationes in intellectu non sunt contrariae 358
Contrariorum uno posito, ponitur **alterum**.....96
Contrariorum uno posito, negatur **alterum**.....97
Contrariorum unum semper est privatio alterius . . *ib.*
Contrarium est malo tum bonum, tum malum . . 232
Contrarium est potentia aliud contrarium 91
Contrarium sibi experit contrariam - - - 89
Conveniens fit a convenienti 97
Corruptio et generatio non afficiunt directe materiam, nec formam, sed compositum 168
Corruptio unius est generatio alterius, et. generatio unius est corruptio alterius ..... *ib.*
Creatura distat a Deo in infinitum 322

D

MO.

Dans formam dat omnia consequentia formam . . . 110
Dare melius est, quam accipere 236
Dato uno absurdo, sequitur alterum *425*
Definitio dicit esse - - - - 110
Definitiones diversae sunt, si res sint diversae - - - - 111
Definitiones *(Quorum)* sunt diversae, eorum forma diversa **est**.....*ib.*
Deletio proprietatum est naturae **negatio**.....323
Denominatio fit ab actu . . 112
Denominatio fit a *parte* po**tiori**..... *ib.*
Deus et natura nihil faciunt **frustra**..... 113
Deus in unoquoque operatur secundum eius proprietatem ..... *ib.*
Dici : de omni - de nullo . . *ib.*
Differentia genus dividit, et speciem constituit - - - Ill
Differentia nobilior est genere .....*ib.*
Differentiae non recipiunt magis et minus; non intenduntur, aut remittuntur . 115
Dispersa in inferioribus sunt unita in superioribus; *et vicissim,* quae in superioribus sunt unita, sunt multiplicata in inferioribus . 33"
Dispositio et habitus in eadem potentia habent fieri . 115
Dispositio fit habitus . . . *ib.*
Distinctioni non opponitur unio 116
Diversa ratio inferiorum non facit aequivocationem superiorum 206
Diversae sunt , differentiae generum non subalternatim positorum 173
Divisibilifas est passio quantitatis 117

PAG.

Diversitas non tollit univocationem 116

E

Eadem sunt principia essendi et cognoscendi . - - - 124
Eudern uni tertio sunt eadem inter se 125
Effectus assimilatur causae agenti 127
Effectus deficiens a causa particulari nondeficit a causa universali - - - *ib.*
Effectus est posterior sua causa ..... *ib.*
Effectus est proportionalis suae causae efficienti . . . *ib.*
Effectus idem numero non potest esse a pluribus causis 128
Effectus necessitas, vel contingentia attenditur secundum conditionem causae **proximae**.....388
Effectus productus ab una causa non potest idem numero produci ab alia causa 129
Effectu posito, ponitur causa, et, sublato effectu, tollitur causa 397
Eiusdem est incipere rem et perficere ipsam - - - - 311
Eiusdem est posse et agere 130
Eiusdem potentiae est tendore in finem, et finem consequi .....*ib.*
Ens actu et ens potentia sunt idem 40
Entia non sunt multiplicanda sino necessitate - - - 130
Esse est alisolute melius non **esse**.....*b·
Essentiae rorum sunt indivisibiles I31
Essentiae rerum sunt immutabiles et aeternae . . · 'b

PAG.

Ex bono aliquando sequitur **malum**.....232
Ex contrariis omnia fiunt . 132
Ex duobus entibus in actu non fit unum *ib.*
Exis-tentia debet proportionari cum entitate eius, cuius est existentia - - - - *ib.*
Existimare et opinari non est in **nobis**.....276
Ex nihilo nihil fit - - - - 133
Ex non quantis non potest fieri **quantum**.....*ib.*
Ex qualibet particulari propria operatione tota virtus agentis demonstratur . 135
Ex quovis non fit quodvis . *ib.*
Extrema magis opponuntur extremis, quam mediis . 136
Extremo *(Ab)* ad extremum non datur transitus, nisi per **medium**.....*ib.*
Ex vero numquam sequitur falsum, et ex falso non sequitur per se verum . . *137*

F

Falsum fundatur in vero . 151
Finis cuiuslibet rei est bonum 152
Finis est causa causarum . 154
Finis est mensura mediorum 152
Finis est nobilior iis. quae sunt ad **finem**.....153
Finis est secundum se volitas .....*ib.*
Finis habet similitudinem cum his quae sunt ad finem 154
Finis ita se habet in operatives. sicut principium in **speculativis**..... 392
Finis movet efficientem . . 154
Finis non movet, nisi cognitus ..... 15«
Finis particularis ordinatur nd finem communem . . *ib.*

PAG

Finituni infinito ad(litum non facit maius 157
Forma dat esse rei - - - - ib.
Forma est communicabilis et universalis ..... ib
Forma est divinum quoddam et appetibile..... 158
Forma est prior materia ib.
Forma et materia eunt sibi invicem causa..... 159
Forma recepta in subiecto non naturali, sed extraneo, recipitur in eo arnisibiliter 160
Forma substantialis non recipit magis et minus . . •100
Formae actionem impedii quantitas..... 335
Formae est movere 159
Formae forma non datur ib.
Formam inter atque materiam debet esse proportio . 160
Formali cuiuscumque remoto, tollitur species . . . 161
Frustra est potentia, quae non potest redigi in actum 162
Frustra est potentia, quae non traducitur in actum . 161
Frustra fit per plura quod fieri potest per pauciora 163

G

Generale idem est essentialiter cum his ad quae est genorale 168
Generatio et corruptio non afficiunt directe materiam, nec formam, sed compositum ..... ib.
Generatio fit in instanti ib.
Generatio unius est corruptio alterius, et corruptio unius est generatio alterius 169
Generatione posteriora sunt priora perfectione . . . 170
Genus continet suas differentias .....ib
Genus eet imperfectius specie 171

ri G

Genus est magis ens, quam species 170
Genus est prius specie . . 171
Genus inest suis speciebus . ib.
Genus referendum est ad plures species.....172
Genere *(In)* latent aequivocationes .....ib.
Generum non subalternatim positorum diversae sunt differentiae 173

H

Habitus eiusdem possunt esse diversi actus . - - - 162
Habitus est altera natura . 178
Habitus et dispositio in eadem potentia habent fieri
Habitus generati signum est delectatio...180.....
Habitus generatur ex actibus 179.....
Habitus idem non potest esse duarum potentiarum 181
Habituum duorum potest esse unus actus - - - - ib.
Habitu potior est actus . . 182
Habitu utimur cum volumus 183
Habitum *(Ad)* a privatione non datur regressus . . . 184

Idem est principium constitutivum rei in esse proprio, et distinguens earn a ceteris 201
Idem est principium essendi et operandi ..... ib.
Idem habitus non potest esso duarum potentiarum . . 181
Idem non potest esse causa contrariorum 202.....
Idem semper facit idem . . ib.
Ignoti nulla cupido - - - - ib.
Immediatus motus localis non potest dari - - - - 217

PAG.

Implicat, ergo esse non potest 203
Impossibile eet idem simul esse et non esse 202
In bonis actus praeferendus est potentiae, non autein in malis.....
inconveniens est aliquid esse propter vilius se . . . 201
Indifferenti *(Ab)* ut indifferenti nihil determinatum oriri potest 263
individua sunt infinita . . 204
Individuorum multiplicatio intenditur a natura ob speciei conservationem ib.
Individuum est incommunicabile 205
Indivisibile additum indivisibili non facit maius . .
Inferiori multiplicato, multiplicatur ratio in illo inclusa..... 239
Inferior natura non jxitest appetere gradum superioris naturae 402
Inferiorum diversa ratio non facit aequivocationem superiorum..... 206
Infimum supremi attingit supremum infimi - - - - 402
Infiniti ad finitum nulla est proportio 206
Infinito non est aliquid maius .....
Infinitum impossibile est esse ex finitis..... 207
In genere latent aequivocationes 172
In multis ordinatis ad unum semper invenitur unum ut principale et dirigens . . 389
In naturalibus et moralibus non quaeritur quid semper fiat, sed quid in pluribus accidat - - - - - - - - 207
Intellectus abstrahit a materia 208

PAG.

Intellectus est impermixtus; intus voro existons prohibet extraneum...209.....
Intellectus est in principio sicut tabula rasa *210*
Intellectus est intus legens . ib.
Intellectus est potentia rollexivu ..... *ib.*
Intellectus intelhgendo fit omnia 211.....
Intellectus natus est aptus ad omnia intelligenda . . 209
In intellectu nihil est, quod prius non fuerit in sensu . 251
Intelligibile in actu est intellectus in actu 252.....
Intentio naturae est ad speci Hu 212
Iu unoquoque Deus operatur secundum propria eius naturam 113.....
In unoquoque genere primum est causa ceterorum . . 316
In unoquoque genere primuni movens est non motum in illo genero . . 318
Ita se habet finis in operativis, sicut principium in speculativis..... 392
Ita se habet magis ad magis. sicut simpliciter nd simpliciter 393
Ita se habet oppositum in opposito, sicut propositum in proposito..... 391
Ita se habet res ad cognosci. sicut ad esse..... 124

L

Latio est prima mutationum 216
Localis motus est omnium perfectissimus.....*ib.*.....
Localis motus immediatus non potest dari . . . .
Locus est immobilis terminus continentis - - - - - - *ib.*
Locus proprie mathematicis non debetur - - - - 218

PAG.
Locus totius ost etiam locus partium 218
Logica eet omnia et nihil . *ib.*

M

Magis et minus accipitur secundum maiorem accessum ad terminum . . . 230
Magis et minus non variant speciem ..... *ib.*
Magis ita se habet ad magis, sicut simpliciter ad simpliciter 393
Magis universale comparatur ad minus universale, ut totum et ut pars - - - 231
Magis universalia sunt priora minus universalibus . ib.
Malo est contrarium tum bonum, tum malum..... 232
Malum aliquando sequitur ex bono..... *ib.*
Malum est ex quovis defectu; bonum ex integra causa . 56
Malum est in aliquo bono . 233
Malum est praeter intentionem in rebus..... *ib.*
Malum est ut in pluribus: bonum ut in paucioribus . ib.
Malum habet aliquo modo causam..... 234
Malum non est aliqua natura 233
Malum non totaliter consumit bonum..... 234
Malum simpliciter summum esse non potest..... ib.
Mathematicis proprie non debetur locus..... 218
Materia deprimit formam . 235
Materia est de se otiosa . . ib.
Materia et forma sunt sibi invicem causa..... 159
Materiam inter atque formam debet osse proportio 160
Materia non creatur, sed concreatur 235
Medium comparatum uni extremo videtur alterum . . ib.

FA0.
Medium est nobilius extremis 236
Modium quo magis appropinquat uni extremo, eo magis recedit ab alio, et vicissim ..... j'b,
Melius est dare, quam acci-

Modus cognoscendi sequitur modum essendi - - - - 237
Modus operandi sequitur modum essendi - - - - ib.
Moralibus *(In)* et naturalibus non quaeritur quid semper fiat, sed quid in pluribus accidat - - - - 207
Motus comparatur ad quietem ut ad principium et ut ad terminum 23S
Motus intensior est in fine quam in principio - - - ib.
Motus localis est omnium perfectissimus..... 216
Motus localis immediatus dari non potest..... 217
Movens et mobile debent esse simul 257
Movens primum debet esse immobile..... 117
Movens primum in quolibet genere debet esse non motum in illo genere motus . 318
Multiforme sequitur ad uniforme 239
Multiplicatio individuorum eet propter conservationem speciei..... ib.
Multiplicato inferiori multiplicatur ratio in illa inclusa ..... ib.
Multiplicato uno oppositorum, multiplicatur et reliquum ..... ib.
Multiplicato uno relatorum, multiplicatur et reliquum 240
Multiplicitas nominum non attenditur secundum nominis praedicationem, sed secundum significationem ib.

PAG.
Multitudo ex unitatibus constituitur 240

N

Natura abhorret a vacuo . 258
Natura ad unum determinatur 250
Natura causât, (plia est; voluntas causât, quia vult . 251
Natura compendio studet - Delectatur paucissimis - uno ad plura utitur - Nihil temere facit - - - - 254
Natura cuiusque rei ex eius operatione ostenditur . . 236
Natura est entis amans . . 252
Natura incipit ab imperfectioribus 253
Natura inferior non potest appetere gradum naturae superioris..... 402
Natura inferior non potest consequi quod est proprium superioris naturae, nisi per huius actionem . . 344
Natura longo superat artem 253
Natura non deficit in necessariis, nec abundat in superfluis 254
Natura non potest ferri supra seipsam..... ib.
Natura semper facit melius quod potest..... 255
Naturae opus est opus intolligentiao 251
Naturam imitatur ars . . 253
Naturale non assuescit in contrarium 255
Naturale unum non impedit totaliter naturale eiusdem roi.....256
Naturalibus (fui et moralibus non quaeritur quid semper fiat, sed quid in pluribus accidat - - - - 207
Necessaria causa semper agit quantum potest - - - - 256

FAG.
Negatio reducitur ad genus affirmationis..... 257
Nomo intendens rnalum operatur ..... , . 273
Nemo potest tollere quod natura dedit.....344
Nihil agit in distans . . 257
Nihil agit in seip»um - - - 258
Nihil agit, nisi secundum quod est actu..... *ib.*
Nihil agit ultra suam speciem ..... ib.
Nihil cognoscitur, nisi secundum quod est in actu . . 259
Nihil dat quod non habet . ib.
Nihil est causa sui ipsius 260
Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu . 201
Nihil in nihilum abit . . 262
Nihil indicatur secundum illud, quod rei competit per accidens, sed secundum illud, quod competit ei per 68.....388
Nihil maius infinito - - - 206
Nihil potest esse per se malum 233
Nihil potest reduci de potentia in actum, nisi per aliquod ens actu.....263
Nihil, quod est ad utrumlibet, exit in actum, nisi per aliquid determinetur ad unum .....tb.
Nihil volitum, nisi cognitum 202
Nihilo *(Er)* nihil fit . . . 133
Nominum multiplicitas non attenditur secundum nominis praedicationem, sed secundum significationem . 210
Non datur actio in distans 13
Non datur ngen$ sine patiente 263
Non datur formn formae . 159
Non datur processus in infinito i 321
Non datur regressus a privatione ad habitum - - - - 184

PAG.

Non omnis, quidam non . . 261
Nulla est proportio liniti ad infinitum.....322
Nulla potentia cognitrix naturaliter deficit a cognitione sui obiecti.....261
Nulla potentia ferri potest extra latitudinem sui obiecti .....*ib.*
Nulla res habet potestatem supra suum esse - - - - 265
Nulla substantia caret accidente ..... *ib.*

O

Obiecta priora sunt operationibus, et potentiis . . 272
Obiecto. quod communius est, respondet illud, quod naturaliter est prius . - 273
Obiectum intellectus est quod quid est..... *ib.*
Obiectum eo nobilius et altius est, quo simplicius est et abstractius - - - - 272
Omne agens agit, in quantum est actu.....273
Omne agens agit propter bonum . .....*ib.*
Omne agens agit propter finem .....*ib.*
Omne agens producit sibi similo 394
Omne, quod est ex nihilo, in nihilum tendit.....274
Omne, quod est per participationem, causatur ab eo quod est per essentiam . 275
Omne, quod movetur, ab alio movetur 274
Omne unibile est proportionabile 422
Omnia appetunt primum bonum 58
Omnia, quae dicuntur secundum ordinem ad aliquid, ah illo specificantnr . . . 275

PAO

Omnia sunt vera una veritate .....
Omnis actio fit per contactum .....
Operari sequitur esse - - - 276
Operatio notior est, quiuii suljstantia.....ib.
Operatio particularis et propria agentis probat totam eius virtutem..... ib.
Opinari et existimare non est in nobis..... ib.
Oportet principiamanere . 318
Opposita iuxta se posita magis elucescunt.....88
Opposita nata sunt fieri circa idem subiectuiu - - - 90
Opposita nequeunt eidem secundum idem ad idem et eodem tempore attribui . 88
Opposita non definiuntur per idem..... 277
Opposita reducuntur ad idem genus.....*ib.*
Opposito relativa est omnium minima.....91
Oppositorum contraria, sunt consequentia 93
Oppositorum eadem est disciplina, et scientia - - - 94
Oppositorum eadem est ratio 96
Oppositorum potentia est eadem 277
Oppositorum uno multiplicato, multiplicatur et reliquum 239
Oppositorum uno posito, ponitur alterum.....96
Oppositorum uno posito, negatur alterum..... 97
Oppositum ita se habet in opposito, sicut propositum in proposito - - - . 391
Oppositum non dicitur de suo opposito..... 278
Oppositum si est causa oppositi, etiam propositum est causa propositi - - - 39!

PAG.

Optimi est optima producere 278
Optimum opponitur pessimo *ib.*
Opus naturae est opus intelligentiae 251

P

Perfectio ultima rei est eius operatio 421
Perfectio ultima rei est coniungi suo principio . . . 422
Perfecto adveniente, non manet imperfectum - - - - 309
Perfectum est prius imperfecto 310
Perfectum et imperfectum ab eadem virtute causantur . 311
Positu causa, ponitur effectus 397
Posito actu, tollitur potentia 42
Posito elfectu, ponitur causa 397
Posito universali, ponitur aliqua eius pars subiecta , 311
Posito uno contrariorum, ponitur alterum.....96
Posito uno contrariorum, negatur alterum..... 97
Possibili posito in actu, nihil implicat..... 311
Posteriora generatione sunt priora perfectione . . . 312
Potentia cognoscitiva non potest naturaliter deficere a cognitione sui obiecti *ib.*
Potentiae eiusdem est tendere in finem, et finem consequi 130
Potentia est eius, cuius est actus 312
Potentia non potest ferri extra latitudinem sui obiecti 313
Potentia oppositorum est eadem 277
Potentia potest naturaliter ferri in id omne, quod continetur sub eius formali obiecto..... 313
Potentia, quae non potest redigi in actum, estfrustra *ib.*

PAO.

Potentia, quae non redigitur in actum, est frustra . . 313
Poteuliu, quae poLeot maius, potest et minus - - - - 314
Potentia, quo periectior est, eo universalius habet obiectum .... ib.
Potentia talis est, qualu est essentia ..... ib.
Potentiae manifestantur per effectus .....*ib.*
Potentia, quae respicit finem universalem, movet potentias, quae respiciunt fines particulares.....315
Potentiae specificantur per actus et obiecta - - - - ib.
Primum in unoquoque genere est causa ceterorum . . 316
Primum movens debet esse immobile.....317
Primum movens in quolibet genere est non motum in illo genere motus - - - - 318
Primum principium activum est maxime in actu . . . *ib.*
Principia oportet manere . *ib.*
Principium constituens rem in esse proprio, et distinguens eam a ceteris est idem..... 201
Principium essendi et operandi est idem.....*ib.*
Priori remoto, removetur posterius..... 319
Prius includitur in posteriori .....*ib.*
Prius non dependet a posteriori ..... ib.
Privatio non cognoscitur per propriam speciem, sed per alienam, seu, Privatio cognoscitur per habitum . . ib.
Privatio non est per accessum, sed per recessum . 320
Privatio non recipit magis et minus - - - - - - - ib.
Privatione (.4) ad habitum non datur regressus . . . 184

PAG.

Processus in infinitum dari non potest..... 321
Proportio debet esse inter formam atque materium . 160
Proportio nulla est inter finitum atque infinitum 322
Propria sunt secunda naturae momenta 323
Proprietas intonsior est, eum appropinquat suae origini. *ib.*
Proprietatum deletio est naturae negatio..... *ib.*
Prorium primo inest speciei 324
Propter quod unumquodque tale, et illud magis . . . *ib.*

Q

Qualis est essentia, talis eet potentia 331
Qualis modus essondi, talis modus operandi 237
Qualis unisquisque est, talis finis videtur ei 331
Qualitas est nobilior quantitate ..... ib.
Qualitas fundat similitudinem ..... *ib.*
Qualitas habet contrarium . 332
Qualitas suscipit magis et minus 333
Qualitatis non est qualitas 334
Quando alterum praedicatur de altero, tamquam de subiecto, quidquid dicitur de praedicato, de subiecto quoque dicitur..... *ib.*
Quantitas fundat rerum aequalitatem et inaequalitatem *ib.*
Quantitas impedit actionem formae 335
Quantitas non habet contrarium *ib.*
Quantitas non suscipit magis et minus..... *ib.*
Quantum additum quanto facit maius . . . . 6. . . 336

PAG,

Quantum intendis, tantum facis ..... ib.
Quantum non fit ex non quantis..... 133
Quae dicuntur secundum ordinem ad aliud, ab illo specificantur..... 2'5
Quae in superioribus sunt, unita, sunt multiplicata in inferioribus: ct *vicissim*: Quae sunt dispersa in inferioribus, sunt unita in superiorihus..... 337
Quae inter se sunt connexa, eadem actione producuntur ..... ib.
Quae uni et eidem sunt eadem, sunt eadem inter se . *ib.*
Quaelibet species generis perfectioris nobilior est qualibet specio generis imperfectioris 396
Qui potest maius, potest et minus 33S
Quidquid Causa prima cum secunda efficere potest, hoc potest sola Causa prima . 339
Quidquid dicitur de definitione, dicitur de definito . *ib.*
Quidquid est in effectu, est in causa ..... *ib.*
Quidquid movetur, ab alio movetur 310
Quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur . *ib.*
Quilibet singularis defectus causât malum; bonum autem causatur ex integra causa 56
Quod advenit enti in actu, est accidens.....341
Quod est ex nihilo, in nihilum tendit 274
Quod est per aliud, reducitur ad illud, quod est per so tamquam in prius . . 311
Quod est per essentiam, est causa eius quoti eet per participationem - - - - 342

PAG.

Quod est per se, est semper prius eo, quod est per aliud 389
Quod est prius composito, non cxistit per existentiam compositi...342
Quod eet proprium superioris naturae, non potest consequi natura inferior nisi per actionem superioris naturae, cuius est proprium 3-14
Quod est ratio alterius se habet ad aliud sicut formale ad materiale . . 343
Quod cxistit per aliud, est accidens ib.
Quod inest alicui per se, non potest separari ab eo *ib.*
Quod natura dedit, tollere nomo potest....314
Quod naturaliter inest, veriori modo inest, quam quod accidentaliter . . . 345
Quod non est de se tale, debet fieri talo per aliud . . *ib*
Quod participatur ab aliquo, potest de illo praedicari . *ib.*
Quod spectat ad naturam, semper est principium in quolibet 389
Quod transit de potentia ad actum, niutatur 345
Quod uni est accidens, alteri non est substanta 346
Quodvis non fit ex quovis . . 135
Quo aliquid est abstractius eo est simplicius . . .
Quo communius est bonum eo divinius est . . 54
Quo communius aliquid est.. eo est nobilius . . . 85
Quo compositius aliquid est eo imperfectius est . *ib.*
Quo magis modium appropinquat uni extremorum, eo magis recedit nb alio, et vicissim 236
Quo maior est virtus producendi, eo maiorem effectum producit .....
Quo perfectior est potentia, eo universalius habet obiecturu 314
Quo simplicius aliquid est, «> est nobilius.....
Quorum definitiones sunt diversae, eorum forma est diversa 111

R

Ratio contrariorum est <adem
Ratio diversa inferiorum non facit aecjuivocationem superiorum 206
Rationes contrariorum in intellectu non eunt contra riao..... 358
Receptum est in recipiente per modum recipientis . . 359
Recipiens debet esse denudatum a natura recepti . . *ib.*
Regressus non datur a privatione ad habitum . . . 184
Relata dicuntur ad convertentiam .....* . . 35.9
Relata non habent contrarium 360
Relata non suscipiunt magis et minus *ib.*
Relata per se mutuo definiuntur 364
Relata sunt simul natura . 361
Relata sunt simul cognitione 363
Relatio habet esse imperfectissimum *365*
Relatio non facit compositionem ..... *ib.*
Relative dicta possunt de novo praedicari de aliquo absque eius mutatione . . *ib.*
Relatorum uno multiplicato, multiplicatur et reliquum 36S
Relatum non dicitur his 366
Remota ratione formali cuiuscumque rei. tollitur species 368

PAG.

Res nulla habet potestatem supra snuni osse - - - - 265
Res sicut so habet ad esse, ita ad cognosci.....124
Res ab eodem desumit unitatom, a quo desumit suum esso 123

S

Sapientis est ordinare . . 3S8
Scientia oppositorum est eadem 94
Secundum conditionem causae proximae attenditur necessitas, vel contingentia effectus.....388
Secundum illud, quod rei competit per se. de ipsa indicatur, non autem secundum illud, quod ei competit per accidens - - - - *ib.*
Semper id. quod est per se. est prius eo. quod est per aliud 389
Semper id. quod spectat ad naturam, est principium in quolibet.....*ib.*
Semper invenitur unum ut principale et dirigens in inultis ordinatis ad unum . *ib.*
Sensibile in actu eet sensus in actu.....*ib.*
Sensus est singularium . . 390
Sensu (A) distributive ad collectivum non valet illatio 17
Si negatio negationis causa est. et affirmatio affirmationis causa erit; et contra 391
Sicut multiplicatur unum oppositorum, ita dicitur et reliquum . ..... *ib.*
Sicut se habet principium in speculativis, ita se habet finis in operntivis . . . 393
Sicut se habet propositum in proposito, ita oppositum in opposito.....391

PAO.

Sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis 393
Sicut se res habet ad esse, ita ad cognosci..... *ib.*
Similo est similo simili . . *ib.*
Similo non agit in similo formaliter ut simile . . 394
Similo producit sibisimile . *ib.*
Simplex non potest dividi . 395
Simplicius est potentius . . 396
Simplicius quo aliquid est, eo in pluribus invenitur . 395
Singulare non definitur . . 396
Singularia cognoscuntur sensu 391
Si oppositum est causa oppositi, etiam propositum est causa propositi - - - - 392
Species quaelibet generis perfectioris nobilior est quavis specie generis imperfectioris 396
Species sunt sicut numeri . 397
Sublabi causa, tollitur effectus ..... *ib.*
Sublata parte integrante, tollitur totum..... 398
Sublato actu, non tollitur potentia .....*ib.*
Sublato effectu, aufertur causa 397
Sublato universali, tolluntur particularia 398
Substantia est hoc aliquid . *ib.*
Substantia non est in subiecto 399
Substantia non habet contrarium .....ib.
Substantia non suscipit magis et minus.....190
Substantia numero eadem manens est subiectum contrariorum - - - - - - 401
Substantia univoco praedicatur de inferioribus . . . *ib.*
Superiora in entibus sunt perfectiora inferioribus . *ib.*

PAG.

Superioris naturae gradum inferior appetere non poteet 402
Superius non patitur ab inferiori *ib.*
Supremum infimi attingit infimum supremi . . . . *ib.*

Tale additum tali facit magis tale 409
Talis est essentia, qualis potentia 314
Talis est modus operandi, qualis essendi, et vicissim 410
Tantum facis, quantum intendis 336
Totius et partium eadem est ratio 410
Totius bonum est bonum partium ..... *ib.*
Totum denominatur a proprietate partium - - - - ib.
Tria omnia sunt..... 411

U

Ubi est distinctorum unio, ibi est compositio 85
Ubi non est totum et pars, aut totum sumitur, aut nihil 420
Ubi terminatur operatio prioris potentiae, ibi incipit operatio sequentis . . *ib.*
Ubi unum propter alterum utrobique unum *421*
Ultima rei perfectio est eius operatio ..... *ib.*
Ultima rei perfectio est conjungi suo principio . . . *422*
Unibile omne est proportionabile ..... *ib.*
Unio non opponitur distinctioni 116
Unita in superioribus sunt multiplicata in inferioribus 337

PAG.

Unitatem ab eodem r« desumit, a quo desumit suum esse.....
Uniuscuiusque reti natura ex eius operatione ostenditur
Unius potentiae unus est actns
Unius rei unica eet definitio ill
Unius tanturn est unum proprium 425
Universale aut nihil est, aut posterius eet 423.....
Universale est per se incorruptibile 424
Universale est semper et ubique ..... *ib.*
Universalia natura sua eunt notiora..... 248
Universaliter rem cognoscere eet perfectius cognoscere
Universalius comparatur ad minus universale, ut totum et ut pars 231
Universalius est prius minus universali ..... *ib.*
Uno absurdo dato, sequitur alterum 425
Uno contrariorum posito negatur alterum.....
Uno oppositorum multiplicato, multiplicatur et reliquum .....
Uno relatorum multiplicato. multiplicatur et reliquum 368
Unum naturale non impedit totaliter naturale eiusdem rei 256
Unum contrariorum semper est privatio alterius . . *97*
Unumquodque agit, secundum quod est actu . . .
Unumquodque cognoscibile eet, secundum quod est actu *259*
Unumquodque dum est. necessario est..... 426
Unumquodque est propter suam operationem . . . ib
Unumquodque imperfectum causatur a perfecto . . . ib

PAG.

Unumquodque naturaliter suo modo esse desiderat . *ib*
Unumquodque tantum habet do bono, quantum habet de esse..... *ib.*
Unus actus potest esse duorum habituum.....181
Utimur habitu, cum volumus 183

V

Velle rerum mutationes, aut contraria successiva fieri non est mutaro voluntatem 437
Veritas non suscipit magis et minus.....438
Veritas rerum naturalium est posterior Intellectu Divino, prior intellectu creato 437

PAO.

Veritate una vera sunt omnia 439
Verum et bonum convertuntur 438
Verum et bonum se mutuo includunt.....60
Verum et falsum sunt in monte; bonum ot malum sunt in robus..... 59
Voriun non esc vero contrarium 439
Vero *(Ex)* numquam sequitur falsum, et ox falso non potest per se sequi verum 440
Violentum non est perpetuum 441
Virtus consistit in medio . ib.
Volitum nihil, nisi cognitum 202
Voluntas causât, quia vult . 251
Voluntas et intellectus so invicem circumcedunt . . 443
Voluntas, seu appetitus, est rei unibilis.....442

• Notandum huius *indicis* vocibus non semper explicitos titulos respondere, cum earum nonnullae, pro maiore tironum utilitate, ad conceptus quibus in contextu innuitur se referant.

EDit o b.

: 470